
3 1761 04569151 6

POLYBII

HISTORIARVM

TOMVS VII.

ΛΥΒΙΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

POLYBII

MEGALOPOLITANI

HISTORIARVM

QVIDQVID SVPEREST.

RECENSVIT, DIGESSIT,
EMENDATIORE INTERPRETATIONE, VARIETATE LECTIONIS, ADNOTATIONIBVS, INDICIBVS ILLVSTRAVIT

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER
CIVIS GALLO-FRANCVS, ARGENTORATENSIS.

TOMVS SEPTIMVS.
ADNOTATIONES AD LIB. XI — XXX.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCXCIII.

LECTORI SALVTEM!

Quum in Præfatione, quinto hujus operis Tomo præmiſſa, ſpem noſtram ſignificaremus fore, ut Adnotationes noſtræ ad illas Hiſtoriæ Polybianæ reliquias, quæ Tomo noſtro ſecundo, tertio quartoque continentur, non ultra unius juſti voluminis menſuram eſſent excreturæ; multum tunc aberamus ut animo proſpiceremus, ne ſeptimum quidem hoc Volumen, ſuperiori accedens, omnem rerum dicendarum copiam, tametſi in breve magis magiſque contrahere, quam in longius ſtuduerimus diducere, eſſe comprehenſurum. Enimvero ſub manibus creſcere videntes operis molem, non tam id tamen cavendum nobis exiſtimavimus, ne ſpe noſtra excidiſſe videremur, quam curandum, ut coeptam inſtituti rationem, & in principio operis profeſſam, perficeremus, commodiſque pro virili Lectorum conſuleremus Polybii ſtudioſorum. At nunc, quæ ſunt reliqua noſtri laboris, Adnotationes dicimus in poſtremorum decem Librorum Reliquias, tum Indices Latinos Græcoſque, certiſſimam (ut humani quidpiam certum eſſe poteſt) fidem noſtram interponere poſſe nobis videmur, ea omnia cum octavo totius operis Volumine, bono cum Deo, fore abſoluta. Ceterum animum pertexendis in Polybium commentariis intentum, ejuſque laboris adſiduitate fatigatum, paululum nuper relaxaturi, in eam forte incideramus cogitationem, ut relegeremus quæ Viri docti, qui ſuperiori memoria de Polybii Hiſtoriis bene meruerunt, ad

reliquias aliquas earumdem Hiſtoriarum a ſe olim repertas, & e Bibliothecarum umbra publicam in lucem editas, eſſent præfati. Quibus in Præfationibus quum multa quidem ineſſent, ad ipſum Polybium Polybiique Hiſtoriam nullo modo ſpectantia; rurſus vero haud pauca, ad Scriptorem hunc & ad monumentum ingenii, quod reliquit, pertinentia, quæ lectu nec injucunda nec infructuoſa videbantur etiam nunc & poſthac Polybii lectoribus futura: nonnulla quidem ex his in noſtra Præfatione, partim primo Tomo, partim ſecundo noſtræ editionis præmiſſa, jam ſuo quæque loco delibaveramus; ſed faciendum putavimus, ut quidquid hujus generis eſſet, reſectis diſputationibus, ab eodem argumento alienis, cum Polybii Lectoribus, qui noſtra utentur editione, continua ſerie, ipſis auctorum verbis, communicaremus. Quo e genere quidem, quæ ante Iſaaci Caſauboni editionem prodiere, hic nunc collecta dare conſtituimus, e Nic. Perotti, Vinc. Obſopoei, Arnoldi Arlenii, (qui Hervagianam editionem curavit,) denique Fulvii Vrſini ſive Dedicationibus ſive ad lectorem Præfationibus decerpta. Quibus integram Henr. Valeſii Præfationem, Excerptis de Virtutibus & Vitiis præmiſſam, ad quam paſſim etiam in Adnotationibus hoc eodem Tomo comprehenſis provocatum eſt, ſubjiciemus. Vale.

NIC.



NIC. PEROTTI

IN POLYBII HISTORIARVM LIBROS PROOEMIVM AD NICOLAVM V. PONTIF. MAXIMVM. a)

Absolui tandem aliquando delegatum mihi abs te munus, Pontifex Maxime, converſis in Latinum ſermonem quinque libris Polybii, qui ſoli nobis ſuperſtites ex ampliſſima illius hiſtoria remanſere. Quare immortalem ſuperis habeo gratiam, quorum majeſtate ſuggerente mihi favorem opus perfeci, ut optatum ſanctitati tuæ, ita, niſi me animus fallit, gratiſſimum futurum. Tibi vero ingentes ago gratias, agamque dum vivam, quod me unum ex multis, cui hoc munus delegares, elegiſti. Nam per immortalem Deum, quid mihi, vel in præſentiarum gratius, vel ad poſteritatis memoriam glorioſius injungi potuit, quam ut veterem, atque reconditam, ſed tamen egregiam, ac luculentam, præſtantis, & ſynceri autoris hiſtoriam in lucem proferrem: & quaſi de novo ſcribens, noſtris hominibus, tanquam per manus traderem? Mihi quidem ita jucundus hic labor fuit, ut majorem mihi fingere voluptatem ne voto quidem potuiſſem: Primum, quod morem gerebam voluntati tuæ, cujus maxima ſemper, ac pene immortalia fuerunt erga me, & meos beneficia: deinde, quod tanta varietate rerum, & copia mirum in modum oblectabar. Quis enim ſuavior animi cibus offerri poteſt, quam lectio hiſtoriæ? hujus præſertim, in qua cum magnitudine ac diverſitate rerum geſtarum, ſplendor quoque verborum conjunctus eſt, & ſuavitas orationis quibuſdam quaſi luminibus ſententiarum reſperſa:

 ut

a) De Perotti verſione latina quinque priorum Polybii librorum, cui hoc Prooemium ille præmiſit, diximus in Præfat. ad noſtram hanc Polybii editionem, T. I. p. 6. & p. 50 ſq.

ut mihi videatur uno in opere Polybius & ſummus hiſtoricus, & orator maximus, & optimus philoſophus fuiſſe: poſtremo, quod non mediocrem me apud noſtros homines gloriam conſecuturum ſperabam, ſi mea opera tam præclarus autor ex peregrino, aliquando Romanus factus eſſet, & omiſſa gentili lingua, Latine loqui didiciſſet. Verum tamen omnem hanc meam voluptatem, atque hoc omne ſolatium, non parum ad extremum conturbavit imperfectio operis, quod ex quadraginta ab illo editis voluminibus, vix quinque prima nobis ſuperſunt, atque hæc quidem ad adparatum cæterorum ſcripta: ut mihi certe videatur quaſi de induſtria, hujus autoris ſermo interruptus, dum comparata, veluti quodam exordio, auditorum benevolentia, atque omnium auribus ſibi conciliatis, rem ipſam aggreſſurus erat, de qua agebatur. O gravem, deteſtabilemque jacturam, o cladem eo magis ab omnibus deplorandam, quo nemo non modo ex Græcis, verum etiam ex Latinis hiſtoricis Romanorum res geſtas, vel verius, vel copioſius, vel majori cum diligentia complexus eſt: ſcripſit enim, ut facile ex his quinque libris intelligi poteſt, quæcunque a Romanis ſunt geſta, a tempore quo primum extendere manus extra Latium coeperunt, quouſque totius orbis imperium adepti fuere: atque hæc ita ſcripſit, ut Latini fere omnes eum deinceps ſint ſecuti: nam, ut de reliquis taceam, manifeſtiſſimis argumentis deprehendi poteſt, Titum Livium Patavinum, hiſtoricorum apud Latinos principem, hunc potius, quam Fabium Pictorem, aut Piſonem, quos ipſe memorat, ſecutum fuiſſe: quippe & in his, in quibus Polybius illos reprehendit, Polybii ſententiam haud obſcure ſequitur, & ita nonnunquam illius veſtigiis inhæret, ut mihi quidem vigeſimus primus liber Livii, ex tertio Polybii libro fere ad verbum tranſlatus eſſe videatur: ac nihil ſane inter eos intereſt, niſi quod Livius aliquanto brevius res geſtas refert, Polybius diffuſius. Livius portenta, ac prodigia plurima, & oracula, ac viſiones Deorum commemorat: Polybius his omni-

omnibus dimiſſis, præcepta quædam inſerit, ad vitæ inſtitutionem neceſſaria. Poſtremo Livius conciones integras, atque directas, Polybius obliquas exponit: quibus in rebus uter eorum magis ſit probandus, non eſt mei vel ingenii, vel ætatis judicare: quippe qui ne admirari quidem ſatis eorum virorum doctrinam pro merito poſſem. Verum equidem in Polybio brevitatem non deſydero, in Livio interdum fortaſſe aliquid latius: floſculi vero ſententiarum quos operi ſuo Polybius inſerit, magis profecto mihi mentem implent, quam portenta Livii, atque prodigia: quid enim dici minus credibile poteſt, quam aut apparuiſſe Deum Annibali? aut ingenuum infantem ſemeſtrem in foro Olitorio triumphum clamaſſe? aut bovem ſua ſponte in tertiam contignationem aſcendiſſe? aut in agro Piceno lapidibus pluiſſe? aut aliud quidpiam hujuſmodi factum eſſe? quæ res ne ab eo quidem ſunt creditæ, a quo ſcribuntur, nec dignæ ſunt quæ in ſomniis viſæ referantur: nam de obliqua oratione manifeſtum eſt, quid Trogus Pompejus ſenſerit: qui, ut Iuſtinus refert, in Livio & Salluſtio reprehendere ſolebat, quod conciones directas, pro ſua oratione, operi ſuo inſerendo, Hiſtoriæ modum exceſſiſſent. Sed quo magis in hoc vagatur oratio mea, eo magis augentur mihi luctus, & commiſeratio quædam de tanta clade, jacturaque librorum. O ſi reviviſceret Polybius, atque hanc deformatam operis ſui faciem agnoſceret, vix octava ſui parte ſuperſtitis; quam moleſte, quam graviter, quam acerbe ferret perlatos a ſe incaſſum tot labores, tot fruſtra evigilatas noctes, tot a ſe ſuſceptas, tam brevi tempore evanituras atque occaſuras cogitationes! Quanquam eandem fortunam alii quoque infiniti, tam græci, quam latini authores ſunt experti: quantum enim in utraque lingua a doctiſſimis viris relictum legimus! quantulum eſt, quod ſupereſt librorum! &c. - - -

---

a 5 VIN-



VINCENTII OBSOPOEI

AD GEORGIVM, MARCHIONEM BRANDENBVRGENSEM ETC. EPISTOLA NVNCVPATORIA, EDITIONI HAGENOENSI QVINQVE PRIORVM POLYBII LIBRORVM PRAEMISSA. [b])

Multa sunt, Georgi Princeps Illustrissime, quæ vitam mortalium emendant & erudiunt. Cumprimis tamen duas res esse tradit Polybius, [c]) quibus quisque in melius facile mutari potest, quarum una est proprii cujusque infortunii experimentum, altera alienæ calamitatis exemplum. Harum equidem priorem nemo insiciabitur multo, quam secundam, ad docendum esse efficaciorem. Verum hæc sine detrimento ejus, cui accidit, sapientiæ magistra esse non potest. Sed enim sapientia quæ calamitosis experimentis perdiscitur, ut nimio constat, ita semper dura & acerba rudimenta discenti exhibet. Neque vero admodum feliciter sapit, qui accepto malo (veluti stultos sapientes fieri testantur proverbia) primum sapere incipit. Ceterum secunda, etsi non tantum in docendo habet virium, hoc tamen nomine potior habenda est, quod & omni detrimento careat, & tuta colligendæ sapientiæ præcepta tradat omnibus. Inde quoque fieri videmus, ut priorem quidem sapiendi modum, nemo sit, qui sponte discendum, aut experiendum eligat, propterea quod absque acerbitate, dolore, & periculis accidere queat nemini. Quis enim non malit tuto, quam periculose, sapiendi rationem investigare? Quis non præoptaret potius alterius dolore discere suo carere posse, quam aliis sapiendi documentum exhibere? Hunc vero, hoc est secundum cogno-

b) De illa Editione vide nostram Præf. T. I. p. 6. p. 14 sqq. & p. 34 sq.
c) lib. I. c. 35.

cognoſcendæ ſapientiæ modum libenter omnes amplectimur, quod ejus adminiculo ſine omni difficultate atque diſpendio id quod melius eſt, & factu atque omiſſu præſtabilius, unicuique cernere liceat. Quapropter humanæ vitæ actiones recte & penitius conſideranti, optima ad vitam bene & ſapienter inſtituendam magiſtra videtur Experientia, quæ rerum ab aliis geſtarum commemoratione facile deprehenditur. Hæc enim ſola ſine noxa, ſine labore, ſine periculis, ſine diſpendio, optimos rerum judices facit, format & conſtituit.

Quorſumnam iſta, fortaſſe inquit tua Magnitudo, Princeps Illuſtriſſime? Horſum ſcilicet, ut indicarem, veterum Hiſtoriarum cognitionem rerum omnium eſſe utiliſſimam & præſtantiſſimam. Ex hac enim, tamquam optima vitæ magiſtra, ſaluberrima rerum humanarum exempla, ſapientiſſima conſilia, optima monita petuntur & hauriuntur: quibus informati, quid recte, quid prave fieri, quid prudenter, quid temere inſtitui, quid graviter & ſapienter, quidque ſecus, dici poſſit, præterea, quid tentandum, quid omittendum, quid quoque conſilio adgrediendum aut devitandum ſit, videntes majoribus noſtris hoc aut illud feliciter aut male ceſſiſſe, haud difficulter deprehendimus. Et quod alii ſuo periculo & diſcrimine experti ſunt, variis multiplicium rerum eventis exagitati, illud nos extra teli jactum, extra omnem fortunæ aleam conſtituti, ſecuri ſub tecto, ſub umbra, majorum exempla repetentes animo, diſcere poſſumus. Haudquaquam vero vulgaria ἢ εὐκαταφρόνητα documenta legenti proponit Hiſtoria: an autem aliquid hac aut moneat efficacius, aut dehortetur prudentius, aut ſuadeat aut diſſuadeat amicius, aut erudiat felicius, nemo fortaſſe affirmabit.

Neque unum aut alterum docet Hiſtoriarum cognitio, ſed omnium ordinum, omnium ætatum, omnis conditionis ac fortunæ homines, ſummos & infimos, privatos & publicos, principes & ſubditos. Neminem non docet, nemi-

neminem non doctiorem & rerum multarum prudentiorem a ſe dimittit, qui quidem non oſcitanter, ſed attento animo in veterum Hiſtoriarum monumentis verſatus fuerit. Et quia vita humana plena eſt cæcitate & erroribus, plena ſtultitia, ignorantia & inconſulta temeritate, neque quiſquam eſt mortalium, cujuſcunque tandem ordinis fuerit, qui non frequentiſſime hallucinetur, peccet, erret, deliret, interdum etiam ob conſilii & ſapientiæ inopiam graviter lapſus impingat; ſequitur, omnibus quoque neceſſariam eſſe accuratam Hiſtoriarum cognitionem. Conſentaneum ergo eſt, ut ab omnibus non ſegni ſtudio perdiſcatur: potiſſimum vero a magnæ fortunæ & amplæ conditionis hominibus, cujuſmodi ſunt Summi Magiſtratus & Principes, quorum vita & opes in excelſo ſunt, & officii adminiſtratio ad plurimos pertinet. Siquidem illi aut ſummo omnium bono prudentes ſunt, aut ſummo omnium malo deſipiunt, neque labi poſſunt ſine multorum calamitate & exitio. Quid autem Reipublicæ accidere poteſt cauto & cordato Principe utilius? contra, quid temerario & ſtolido luctuoſius?

Et quia ſapientiam natura nemini nato inſevit, ut editus in lucem, jam inde a cunabulis, aut mox decurſo pueritiæ & juventutis ſpatio, pleno pectore ſaperet, (nihil enim hominem ſcire ſine doctrina affirmat graviſſimus author Plinius) ſed multo rerum uſu, multis annis paranda & colligenda eſt ſapientia; ea vero non aliunde compendioſiore diverticulo quam ex Hiſtoriis perdiſcitur, quando nuſquam diverſarum rerum uſus & eventus accuratiore diligentia depictus & adumbratus cernitur: magnorum Principum primum & unicum ſtudium eſſe debebat, noſſe & inveſtigaſſe Hiſtorias; ſecundum, ſumma diligentia curare, ut veterum Scriptorum & Hiſtoriographorum lucubrationes & monumenta conſervarentur. Hæc enim plane res eſſet Principum cogitationibus digniſſima, quibus olim ſtudio fuit optimorum librorum copiam in communem ſtudioſorum uſum ingentibus etiam impenſis conqui-

quirere. Nec deſunt qui hac ratione immortalem gloriam conſequuti ſunt. Hæc enim niſi ſalva ſint, tot populorum geſta, tot majorum noſtrorum fortia facta, tantas rerum viciſſitudines, adeo varias & multiplices temporum mutationes, tam diverſos gentium mores & ritus, tot regnorum everſiones, cædes, ſtrages, clades, conſilia, caſus, pericula, tot bonorum Principum virtutes, & improborum vitia, tot ante actorum ſeculorum vivendi rationem, nullo modo ſcire poſſumus. Planeque de ſapientiæ officina & vitæ magiſtra virtutiſque parente, Hiſtoria, actum eſſe videmus, niſi ejus generis authores ſedulo conſerventur & cuſtodiantur, qui res antiquas poſteris prodiderunt, & veterem hiſtoriæ memoriam literis renovare ſtuduerunt.

Quorum ex numero fuit & hic Polybius Megalopolitanus, hiſtoriæ tam græcæ quam latinæ facile principatum obtinens, ſi omnia ejus ſcripta ad memoriam noſtram ſalva perveniſſent. Vtitur hujus teſtimoniis non raro, apud Græcos, præſertim Plutarchus, apud Latinos vero frequentiſſime Livius, crebro etiam Plinius, adjecta fere ſemper honorifica nominis ejus mentione. Ex quo non obeſæ naris lector facile æſtimare poteſt, quantæ authoritatis apud doctos ſemper habitus ſit Polybius. Verum, quæ ejus fuerit eruditio, & in ſcribenda Hiſtoria elegantia, fides, & diligentia, abunde probabunt ejus libri, quos adhuc a ruina & interitu habemus ſuperſtites. At enim quantum jacturæ ceteris hujus libris amiſſis fecerimus, ex ejuſdem vita, quam ex Suida libuit in hoc ipſum adſcribere, clare patebit. His enim verbis author ille noſtri Polybii commeminit, inquiens: Πολύβιος, Λύκου [d]) υἱὸς, ἀπὸ Μεγάλης πόλεως τῆς Ἀρκαδίας, καθηγησάμενος Σκιπίωνος τοῦ Ἀφρικανοῦ, ὅτε καὶ Παναίτιος ὁ Φιλόσοφος γεγονὼς, κατὰ Πτολεμαῖον τὸν ἐπικληθέντα Εὐεργέτην. Οὗτος ἔγραψε τὴν μακρὰν Ἱστορίαν Ῥωμαϊκὴν ἐν

d) Λυκόρτου vel Λυκόρτα ſcribendum dudum monitum eſt a viris doctis.

ἐν βίβλοις μ'. Ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Φυγῆς Κλεομένους &c. - - Quis vero ſiccis oculis tot tantorum librorum cladem & jacturam poteſt ſaltem reminiſci animo. Neque tantum interiit ingenium & labor nequicquam exhauſtus Polybii, verum innumeræ gentes & populi, ampliſſima regna, potentiſſimi Reges & Principes e memoria hominum aboliti & exterminati una perierunt. Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ. Nam de his multa quoque in ſua Epiſtola Perottus, Sipontinus Epiſcopus, hujus interpres, commemorat.

Cæterum cum nuper felici quadam fortuna, atque equidem, ut opinor, non ſine mente, non ſine numine divûm, opera ornatiſſimi viri Iacobi Ottonis Aezelii, cauſſarum oratoris optimi, Polybii reliquiæ græcæ, ad manus meas perveniſſent, exilui ſane gaudio, vel guſtum aliquem tanti authoris adhuc ſupereſſe in ea lingua, qua ipſe Hiſtoriam compoſuiſſet. Venit vero mihi in mentem ilico, hoſce libros & luce & tua amplitudine muneris loco eſſe digniſſimos, meque apud omnes Φιλολόγους καὶ Φιλέλληνας & ſtudioſos immortalem gratiam initurum, ſi iſtæ lautiſſimæ græci ſermonis & hiſtoriarum reliquiæ meo ſtudio invulgarentur. Ego itaque cum alias Græcis ſcriptoribus propter ſummam eruditionem & dictionis elegantiam impenſe faveam, & hoc authore propter innumerabiles ejus virtutes mirifice delecter, quantum ad exſcribendi operam pertinebat, non paſſus ſum totum interire: ſic ducens animo, ſatius eſſe, de tanto theſauro, majore ex parte cum temporum iniquitate, tum hominum incuria deperdito, vel exiguum quiddam habere, quam prorſus omni carere. Eas itaque doctiſſimi Polybii reliquias tuo ampliſſimo nomini, Georgi, Principum decus, dedicamus, ut hoc commendatior exiret in manus hominum, minima ſui parte renatus Polybius, tui clariſſimi nominis acceſſione cohoneſtatus. &c. - -

Porro autem, quo pleniori obſequio omnes Atticæ linguæ ſtudioſos, quibus nondum omnino conceſſum eſt in

amplissimo Græcorum scriptorum pelago sine cortice (quod ajunt) natare, demererer, impetravi ab ornatissimo viro Ioanne Secerio, Haganoënsi Typographo, quo jam multos annos utor familiarissime, ut interpretationem latinam Nicolai Perotti, viri doctissimi, ad calcem adjungeret, ut esset, quo nonnunquam in authoris sensu hærentes & hæsitantes respicerent. In eadem hoc unum Lectores admonitos esse volo, non paucos locos per hosce quinque libros a Perotto non esse expressos. Quid autem caussæ fuerit, quod intactos reliquerit, scire non possum. [e]) Hoc tamen facile conjecto, non esse credibile, Perotto ita per omnia exemplar fuisse lacerum & mutilum; interdum enim totas subtersilit paginas: hoc verum esse mox deprehendet, qui posteriores tres præsertim libros cum sua translatione contulerit. Supplevissem vero perlibenter hosce defectus, nisi negasset quidam pulchrum esse, in alieno libro ingeniosum videri velle. Itaque Perotto versionem suam intactam reliquimus, non gravatim hanc lampada alteri tradituri, hoc laboris subire, eamque invidiam in se accipere volenti. Non tam multos magistros habet, qui in publico ædificat, quam ille iniquos calumniatores & judices, qui hoc sæculo aliquid communis utilitatis gratia edit & scribit in publicum.

Verumenimvero, ut tandem finem faciam, ejus generis authores priscos, solidæ eruditionis refertissimos, debebant nostri quoque Typographi tandem per Germaniam excudere, ut optimi codices iterum in lucem reducerentur, haberentque etiam inopes, unde mediocri impendio bonorum librorum copiam sibi parare possint. &c. - - -

Ex Onoltzpachio, decimo quarto Kalendas Octobris, Anno M. D. XXIX.

e) Vide Præfat. nostr. T. I. p. 50 sq.

ARLE-



ARLENII PRAEFATIO.

CLARISSIMO ILLVSTRISSIMOQVE DIEGO HVRTADO MENDOZAE, CAESARIS APVD PAVLVM III. PONT. MAX. LEGATO, ARNOLDVS PERAXYLVS ARLENIVS S. P. D. [f])

Quæ res ad ſummam nominis claritatem conſectandam duæ plurimum poſſunt, Diege vir nobiliſſime, hæ nunc a veſtra familia ſunt ambæ, rei militaris virtus, & bonarum artium doctrina. - - -

Quæ ſane cum ejuſmodi ſunt, ut ſummum tuum ingenium ſummamque induſtriam ac ſtudiorum doctrinarumque fructus lætos & uberes facile declarent: tum me, quotieſcunque ad ea ipſa conſideranda animum confero, lætitia quadam efferunt ingenti, gaudioque perfundunt vel maximo: quod ipſum ut impenſius a me fieri debeat, facit incredibilis fides, obſervantia, & meum erga te domumque veſtram, in cujus jam ſatis pridem ſum clientela, perpetuum ſtudium. Verum cum hujuſce perceptæ meæ lætitiæ nullam hoc tempore ſignificationem dare potuiſſem majorem, Megalopolitanum Polybium, auctorem (ut inquit M. Tullius) inprimis bonum, in tuo nomine apparere volui: præſertim cum ad hoc ipſum perficiendum mihi facilem haberem præſtantem virum, & ad rectiora juvanda ſtudia inſigniter idoneum, Ioannem Hervagium, qui omnia, quæ ad accuratiorem editionem pertinere videbuntur, facile præſtare poteſt. Huc etiam accedit, quod, hoc Scriptorum genere a ſtudioſis omnibus me gratiam ini-

f) Præfixa iſta dedicatio ſive præfatio eſt Editioni Polybii Baſileenſi, quæ anno M.D.XLIX in lucem prodiit; quam ab Editoris nomine *Arlenianam* poteramus adpellare, ſed (præeunte Vrſino, Reiſkio aliiſque) *Hervagianam* a doctiſſimi Typographi nomine, e cujus officina prodiit, plerumque nominavimus. De ea vide Præfat. noſtr. T. I. p. 7 ſq. p. 16 ſqq.

initurum non exiguam, jam edito Iosepho cognovissem: quo etiam tempore cum multa de Historiæ usu, dignitate ac fructu proposuissem, non erit necesse eadem hoc loco a capite, quod ajunt, arcessere. Nec est quod vel meo testimonio, vel amplissimis etiam verbis, Polybium nunc me laudare ornareque satis commode posse confidam: cum in hunc ipsum celebrandum multi ex Latinis pariter & Græcis non solum omnes laudes congerant, sed longe clarissimus etiam vir, idemque summus imperator, Africanus ille Scipio, eundem sibi tum consiliorum, tum rerum gerendarum, & comitem & quodammodo socium adjunxerit. Quod certe Scipionis judicium ad declarandam hujus Scriptoris excellentem doctrinam, industriam singularem, & rei militaris peritiam minime vulgarem, fuit longe maximum simul, ac verissimum. Nam qui accuratius hosce, quos fortuna nobis reliquos fecit, libros perlegerit, is facile videbit, Polybium non tam gravis Historici munus explevisse, quam magni oratoris ac præstantis Philosophi partes commode semper usurpavisse: quippe qui rerum gestarum perpetuam narrationem ita moderandam censuit, ut suum nonnunquam judicium & præcepta ad institutionem vitæ necessaria interponenda existimaverit. Hunc etiam insignis ille Historiarum scriptor Titus Livius tam libenter sequitur, ut belli Punici librum primum ex eo, qui apud Polybium ordine tertius est, bona ex parte converterit. Quod tametsi ab aliis etiam antea sit observatum, a me tamen hoc nomine libentius repetitum, quo utriusque linguæ studiosis ostenderem, ut, si quando ad illam priscam interpretandi laudem, felicitatemque latine repræsentandi auctorum sententias, aspirare vellent, hosce libros tanquam exemplar, quod imitarentur, sibi proponerent.

Hujus itaque Scriptoris libros quinque priores, quorum editionem ante annos aliquot docto viro Vincentio Obsopoeo debebamus, jam ad manu scriptos codices collatos, una cum sexto propemodum integro damus, multo tum castigatiores, tum alicubi plenius instructos. Quibus

ex domeſtica tua bibliotheca duodecim conſequentium librorum Epitomen (quam a Corcyra, ex doctiſſimi ſenis Iani Moſchi ſupellectile nactus eras) nunc primum adjecimus: rati hoc tam ſingulari beneficio literarum ſtudioſos bonoſque viros cumulatius arctiuſque tibi devincire. Quod ſi ex ea calamitate, quam quadraginta hujuſce viri libri acceperunt, (ut interim de Numantino Bello, quod Cicerone teſte a perpetuis ſuis Hiſtoriis ſeparavit, nihil dicam) fortuna plura nobis adſervaviſſet, vel fortuitus obtuliſſet caſus, minime paſſi fuiſſemus a literatis hominibus ea diutius deſiderari. Quanquam quæ adferimus, ejuſcemodi certe ſunt, ut acceſſione tam luculentea Obſopoei Vincentii editioni facile tenebras offundant: cui tamen, ſi grati videri volumus, ingentes habendæ ſunt gratiæ, quod ea quæ tum habebat, & ut habebat, libenter communicavit. Atque utinam propediem exiſteret aliquis, qui & pluribus & melioribus in lucem prolatis, etiam hanc noſtram obſcuraret: æquiſſimo certe animo pateremur, hunc nobis ſuſceptum laborem quaſi irritum fieri. Reliquum eſt, ornatiſſime vir, ut omnium literatorum nomine tibi gratias agam: orem etiam atque obteſter, ut, cum omni genere laudis præſtantiſſimus ſis, diſciplinarum & artium præclara ſtudia auctoritate tua defendere, fovere, & exornare pergas. Hac enim ratione nomen tuum, cum præclariſſimis literarum monimentis conjunctum, ad majorem ſplendorem veteraſcet, & ornatioribus poſteritatis judiciis honeſtabitur, ac immortale plane reddetur. Vale.

ANTO



ANTONIO PERRENOTTO
CARDINALI GRANVELANO
FVLVIVS VRSINVS. g)

Ant. Augustinus archiepiscopus Tarraconensis, omnis politioris doctrinæ vindex & assertor, misit ad me superioribus annis Polybii fragmenta quædam, ut titulus indicabat, περὶ πρεσβειῶν, a Iohanne quodam Constantinopolitano collecta, qui Ro. antiquitatem in capita, & locos communes digesserat; vt eum librum a mendis, quibus pæne infinitis corruptus erat, vindicarem, & cum studiosis etiam, si videretur, communicarem. Cum itaque quantum ego per varias occupationes potui, hæc scripta accurate, diligenterque legissem, proque ingenii mei viribus, quæ perexiguæ sunt, omni ratione expolienda curassem; vel ob ipsum operis argumentum, digna maxime visa sunt, quæ prodirent in lucem. continent enim Pop. Rom. ad reges, exterasque nationes, & regum rursus, exterarumque nationum ad Pop. Rom. magnis de rebus ultro citroque missas legationes, in quibus cum alia multa sunt, unde nostras actiones veterum exemplorum regula metiri possimus, tum conciones præclare habentur, deque foederum, & pacis conditionibus disceptationes ad rerum gerendarum rationem perutiles. In quo quidem genere imprimis excelluisse inter Græcos videtur Polybius, qui rerum explicandarum prudentia, qua ita narrat eventus, ut caussas simul aperiat; & bellorum peritia, quibus Scipionem secutus interfuit, Ro. historiam XL. libris tanta puritate contexuit, ut eorum epitomen M. Brutus confecerit; Livius autem ita fuerit imitatus, ut ejus non tantum sententias, sed verba etiam ipsa, & ad verbum plane expresserit. Quo magis fit, ut satis mirari non possim, hominem

g) Vide Præf. nostr. T.I. p 9 sq. & p. 18 sq.

minem ita de Romano nomine meritum, pæne silentio præteritum ab ipso, cum semel tantum, aut iterum illum nominet, & quidem exigua cum laude, vel potius nulla, *auctorem non spernendum* appellet. h) Quo quidem laudis genere, quis est tam malus scriptor, qui se affici æquo animo patiatur? quantum autem Polybio debeat Livius, ex vtriusque scriptis, quæ reliqua sunt, & maxime e Polybianis iis, quæ in præsentia emittimus, intelligi potest. Ex quibus satis constat Livium proposuisse sibi Polybium, quem non tantum ut ducem sequeretur in bellis Punico secundo, Persico, Antiocheno, Achaico. Numantino, & Punico tertio describendis, sed cujus insisteret vestigiis, & voces quasi ex ore ejus emissas exciperet, dictatasque notaret. Atque has quidem antiquitatis reliquias animus fuerat in Latinum versas cum aliis ejusdem argumenti fragmentis, quæ Græce tantum nunc prodeunt, in lucem dare. Sed mirum est, quam hoc nostrum consilium, aliud ex alio quotidie impedierit. Itaque editus jam Polybius cum esset in publicum proditurus, ut ad te primum mitteretur, typographo tui observantissimo mandavimus. Tu namque, PERRENOTTE CARDINALIS, is es, cui ob singularem rerum gerendarum scientiam, excellentemque scriptorum hujusmodi intelligentiam, imprimis hæc debentur, &c. - -

Vale. Romæ XII. Kalend. Decemb. M.D.LXXXI.

h) Vide Testimonia Veterum de Scriptis Polybii. T.V. nostræ edit. p. 31.

HEN-



HENRICI VALESII

IN COLLECTANEA EX POLYBIO, DIODORO ET ALIIS, AD CANDIDVM LECTOREM PRAEFATIO. [i])

Etſi in argumento hujus libri [k]) ſatis ſuperque & conſilium collectoris, & collectionis ordo ac methodus aperitur, pauca tamen cum de Conſtantino ipſo, hujus collectionis auctore, tum de editione noſtra hic præfari viſum eſt. Igitur Conſtantinus Auguſtus Leonis Auguſti filius fuit, Baſilii Auguſti nepos: unde *πορφύρας ἀπόγονος* in argumento hujus libri dicitur, ac vulgo *πορφυρογέννητος* cognominatur. (ſic enim malo dicere, quam cum aliis *πορφυρογεννήτην*) Hic cum admodum puer a patre eſſet derelictus, tutoribus ſummam imperii, ut fere fit, penes ſe retinentibus, lene ac placidum ingenium ad humaniorum artium ſtudia contulit. In quibus cum magnopere profeciſſet, (fuit enim omnibus diſciplinis excultiſſimus) tandem conſilium prorſus regio animo dignum cepit, quo non ſibi ſolum, ſed etiam ſtudioſis omnibus prodeſſet. Primum itaque optimorum ſcriptorum in omni doctrinæ genere exemplaria, quæ jam tum ob frequentes barbarorum excurſus, crebraſque urbium vaſtationes rariora erant, undique conquiſivit, iiſque Palatinam bibliothecam inſtruxit, non magis principis ipſius, quam publico omnium uſui dicatam. Deinde cum tanta tamque immenſa librorum moles pleroſque a legendo deterreret, ipſe, ut principem decuit, ſingulorum utilitati ac compendio conſulens, auctores omnes, qui idem argumentum tractaverant, in unum compegit corpus, reſectis ſuperfluis, ac ſelectis ex unoquoque ſcriptore iis locis, quæ quiſque elegantiſſime tractaverat. Tales ſunt *Γεωπονικῶν* libri a Conſtantino

 noſtro

k) Prooemium illud dicit, Eclogis Conſtantini Porphyrogeniti juſſu confectis præmiſſum, quod græce & latine exhibuimus in Præfat. T. II. noſtræ edit. p. 29 ſeqq.

nostro collecti, ut titulus ipse & argumentum iis libris præfixum demonstrat. Sed & Ἱππιατρικῶν libros, qui etiamnum extant ex Simone, Xenophonte, Apsyrto & Hierocle excerpti, ab eodem esse collectos equidem non dubito.

Verum his, & si qui præterea ejusmodi libri ad notitiam nostram non venerunt, & magnitudine operis & utilitate longe præstant Collectanea Historica, in tres & quinquaginta titulos (quos locos communes vocant) ab eodem Constantino distributa, ac sex supra centum libris comprehensa. Singulos enim titulos Constantinus in duo volumina diviserat: priori continebantur antiquissimi quique historiæ scriptores, aut certe, qui historiam ab origine mundi repetebant: ii vero, qui res gestas Cæsarum composuerant, in posterius volumen erant reiecti. Ex his autem tribus ac quinquaginta titulis excerptorum, unicus hodie superest, qui de legationibus inscribitur, in duos, ut dixi, distributus libros. Prior a Fulvio Vrsino, alter a Davide Hoeschelio viris doctissimis est editus. Quibus iungendus etiam est hic noster, qui nunc primum in lucem prodit beneficio viri clarissimi doctissimique & ad iuvandas literas unice nati, NIC. FABRICII PEIRESCII, titulo περὶ Ἀρετῆς καὶ Κακίας. Ita unus adhuc & quinquaginta horum collectaneorum libri desiderantur, gravi sane ac deflenda jactura. Ii enim si omnes extarent, non difficile esset, conjunctis ac consarcinatis omnibus fragmentis, optimos scriptores, aut undequaque integros, aut certe levissime mutilos exhibere. Tituli autem eorum librorum, qui desunt, quos quidem in nostro codice citatos reperi, hi fere sunt: *περὶ ἀναγορεύσεως βασιλέων.* [l]) *περὶ ἀνακλήσεως ἥττης. περὶ οἰκισμῶν. περὶ παραδόξων.* [m]) *περὶ ἐπιβουλῆς. περὶ δημηγοριῶν.* [n]) *περὶ ἐθνῶν. περὶ συμβολῆς*, id est, *de præliis. περὶ ἐκκλησιαστικῶν. περὶ πολιτικῶν διοικήσεως. περὶ γνωμῶν. περὶ ἑλληνι-*

κῆς

l) Vide Præfat. Tom. nostro II. præfixam p. 31.

m) Vide ad Polyb. XXIV. 8, 15

n) Polyb. XXIX. 4, 2.

κῆς ἱστορίας. περὶ ἀνδραγαθημάτων. περὶ στρατηγημάτων. [p]) περὶ γάμων. Quibus addi poteſt, περὶ ἐκφράσεως. cujus libri index laudatur a Suida in σάμβυκες. Item, περὶ ἐπιβοῶν. περὶ κυνηγεσίας. [q]) περὶ στρατειῶν, περὶ νίκης. περὶ ἐπιστολῶν. περὶ ἐθῶν, aliique plures, qui in Excerptis Legationum citabantur: quorum indicem refert Hoeſchelius in epiſtola, quam editioni ſuæ præfixit. Et hæc de Conſtantini conſilio ac methodo in his conficiendis libris dicta ſufficiant.

Reſtat, ut quid a nobis ſpeciatim in editione hujus libri præſtitum ſit, paucis moneamus. Primum igitur id mihi conſilium fuit, ut ea dumtaxat, quæ nondum edita eſſent, ederem in lucem. Quocirca evolvendæ fuerunt editiones omnium auctorum, quorum hic fragmenta referuntur, eo ut inveſtigarem, quid editum, quid nondum editum fuiſſet. Quod ſi quis interdum locus in exemplari noſtro vel auctior, vel emendatior legebatur, tum ego illum apponere minime dubitavi. Nonnunquam vero initium dumtaxat loci cujuſdam, qui in editis codicibus extabat, conſulto poſui, ut notatis utrimque duobus quaſi confiniis, facilius intelligeretur, ubinam fragmentum aliquod ſedem haberet: quod quidem in collectaneis ex poſtremis Dionis libris ſæpius occurrit, verbi cauſſa p. 697. 701. 714. Deinde in collocandis Scriptoribus nolui eum ordinem ſequi, quem inſtituerat Conſtantinus. Etenim ille primum Ioſephum, atque inde chronicorum ſcriptores chriſtianos poſuerat: priſcos autem illos Græcæ ac Romanæ hiſtoriæ conditores quaſi poſt ſigna rejecerat. Ego vero ordinem temporum ſequi malui, ac Polybium agmen ducere juſſi: quod & Fulvium Vrſinum in edendis collectaneis legationum feciſſe animadverti poſtea. Ioannem autem Malelam (ne quis forte eum hic deſideret) conſulto miſſum feci, eo quod præter tres quatuorve fabulas de Minoe, Antiopa ac Bellerophonte, eaſque illepido ſermone textas, nihil bonæ

 fru-

o) Vide ad Polyb. VII. 13, 8.
p) Ibid. ad IX, 24, 6.
q) Cod. Bav. ad Polyb. XXIII, 1, 9.

frugis continebat. Georgium quoque Syncellum, quod is mancus ac lacer erat, neque ullum ex ejus editione operæ pretium fore videbam, itidem prætermisi. Ceterum in Græco, ut vocant, textu, multa sunt a nobis emendata, nonnulla etiam addita ac suppleta, præsertim ex Suidæ lexico. Quippe hic grammaticus cum cetera Constantini nostri collectanea studiose legerat, (vixit enim pæne iisdem temporibus, ut ipsemet innuit in v. Ἀδὰμ) tum ex hoc excerptorum περὶ Ἀρετῆς καὶ Κακίας libro plurima in Lexicum suum conjecit, suppresso, ut solet, auctorum nomine. Proinde & Fulvius Ursinus ex eo Suidæ lexico multa Polybii fragmenta collegit, non ex ms. codicis auctoritate, ut putavit Casaubonus, sed sola conjectura adductus, & indicio styli, qui Polybianum quid referre videbatur. Argumento sit, quod multa Polybio assignat, quæ alterius auctoris sunt: ut cum eum locum, qui a Suida laudatur in Ἀποχρησάμενος, tribuit Polybio, qui tamen est Ioannis Antiocheni, extatque in hac editione nostra pag. 838. item cum alterum locum a Suida adductum in Φειδίας, eidem Polybio vindicat; at is est desumtus ex Iuliani orat. 3. Sic etiam locus ille, quem Casaubonus in fragmentis Polybii p. 1012. de Philopoemene intellexit, Polybii nullo modo est, sed elogium est Valerii Poplicolæ, ex Dionysii Halicarn. lib. V. Iam locus ille de Cretensibus, p. 1013. est ex Diodori Siculi legatione ultima. Ibidem de Massanissa locus est ex Appiani Lybico. Horum doctissimorum virorum exemplo, quædam Polybii fragmenta haudquaquam spernenda, ex Suidæ lexico adjecimus, quæ erant ab ipsis prætermissa. In quibus si forte nos conjectura nostra fefellit, cum magnis viris errasse, patrocinium erit culpae.

Superest, ut de Interpretatione mea ac Notis pauca dicam. Fragmentorum interrupta series magnam interpreti difficultatem afferat necesse est. Etenim cum sensus (præcipue in historiis rerum gestarum) fere ex antecedentibus pendeat, amissis iis difficile est mentem auctoris assequi posse.

posse. Ad hæc elegantiam latini sermonis hujusmodi excerptorum interpretatio vix admittit. Proinde si forte in alterutro peccat versio nostra, veniam nobis a lectore concedi æquum erit. Ex tot enim interpretibus, qui græcos libros latina lingua expresserunt, quotusquisque est, qui non quandoque sit lapsus? mihi quidem is optimus interpres videri solet, qui rarissime peccat. Polybii versio latina auctore If. Casaubono, viro eruditissimo, hodie communi omnium consensu optima atque emendatissima habetur. Eadem tamen nævis suis non caret. Ac, ne forte id temere effudisse quibusdam videar, quædam hic eius versionis *σφάλματα* adducere non inutile fuerit. Polybius lib. II. p. 150. [r]) ait: *ὥστε παραπλήσιον εἶναι τὸ σύμπαν σχῆμα τῆς στρατοπεδείας τῇ τῶν ἀγαθῶν ὁπλομάχων προβολῇ.* quæ sic vertit Casaubonus, *ut castrametationis universa forma similis esset peritorum campidoctorum positioni;* cum *gladiatorum* vertere debuisset. In Polybii lib. IV. p. 32.. [s]) legitur, *ὁ δ' αὐτόμολος*, Casaubonus *Automolum* vertit, cum nomen esse proprium putaret: at Polybius Aetolum quendam transfugam intelligit, cujus supra meminerat. Pag. 907. *Calliam quinquertionem* vertit, [t]) qui in Græco est, *Καλλίας ὁ παγκρατιαστής.* quasi idem esset *παγκρατιαστὴς* & *πένταθλος.* Mitto, quod p. 296. [v]) ubi habetur, *οἱ δ' Ἀχαιοὶ τὸ λάφυρον ἐπεκήρυξαν κατὰ τῶν Αἰτωλῶν*, vertit, *jus esse spolium capiendi ab Aetolis edixerunt.* eodemque modo vertit pag. 305. & pag. 746. [x]) cum tamen *prædam* interpretari debuisset. Iam quod *ἐξελίττειν* semper interpretatur, *explicare aciem,* non possum probare. Latini certe id dicunt *subducere.* Sic Frontinus lib. II. cap. 4. de Fabio Rullo. & Salustius in Catilina ad finem. Livius lib. XLIV. de Aemilio Paulo, *ex postrema acie triarios primos subducit, deinde principes, postremo hastatos.* Plutarchus eandem rem narrans, *οὕτω δὲ*

r) Polyb. II. 65, 11.
s) IV. 57, 8.
t) XXVIII. 16, 4.
v) IV. 26, 7.
x) IV. 36, 6. & XVII. 4, 8.

δὲ τῶν συνεχῶν τοῖς τελευταίοις καθ' ὑπαγωγὴν ἐξελιττομένων. Sed & cap. 9. legationum, [y]) ubi Polybius dicit, *ἧκον τὴν τῶν Θερμικῶν σύνοδον*, vertit Casaubonus, *Thermopylas ad Græcorum conventum venit.* secutus T. Livium, qui lib. XXIII. ita dicit. Videndum tamen est ne Polybius potius de conventu publico Aetolorum, qui in oppido Thermo fiebat, senserit, de quo consule cap. 73. legation. [z]) Quid quod & pag. 773. [aa]) mendum esse putavit in his, *λαβὼν γὰρ συνεργὸν τὴν ἀχαριότητα τὴν χαριμόρτου.* at locus est planissimus. alludit enim Polybius ad Charimorti nomen. Neminem etiam inducere debet conjectura illa Casauboni, qui excerpta illa a libro VI. ad XVII. suspicatur esse epitomen a M. Bruto confectam. [bb]) Quod iis demum persuadere poterit, qui nesciunt, quantum inter excerpta & epitomen intersit. Epitome nihil omittit, quod ad historiam spectat, excursus dumtaxat, qui in Polybio nimis frequentes sunt, resecat. In excerptis loca tantum selecta continentur. Atque hæc de versione Casauboni quasi per excessum dicta sint, non obtrectandi studio, (id enim alienum est a nobis) sed ut, si forte quid a me peccatum in versione mea deprehendetur, facilius lector ignoscat. Deinde vero, ut abstersis his nævis aliquam gratiam a studiosis iniremus, hominis enim ingenui esse arbitror, ut ait Polybius noster, non ex alienis erratis gloriam captare, sed cum nostris, tum etiam alienis scriptis, quantum in nobis est, curam atque emendationem adhibere. Cujus quidem instituti nostri ubique velim lectorem meminisse, si quando in notis a doctorum hominum opinione dissentimus. Idemque ipse a ceteris postulo, ut sicubi, quod nimium sæpe fortassis accidit, a veritate aberraverim, corrigere, atque emendare ne dubitent; hoc enim, dummodo bono more & citra convicium fiat, gratiæ atque honori habendum puto. Vale lector.

y) XVIII. 31, 5.
z) Voluit *cap. 74. legation.* scribere. Nobis est lib. XXVIII. 4, 1.
aa) XXVIII. 38, 2.
bb) Vide Testim. Veterum de Scriptis Polyb. T. V. nostræ edit. p. 23. & Præf. ad T. I. p. 7.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XI.

RELIQVIAS.

CAPVT I.

Cap. I.

Verſ. 1. Ad Polybium auctorem diſerte fragmentum hoc retulit Suidas, in Ῥᾳδιέστερον. Eſſe autem ex hoc libro XI. ductum, non dubitare nos ſinit narratio, primo capite Excerptorum Antiquorum, ex eodem libro ductorum, comprehenſa, ſi conferatur cum Livii narratione lib. XXVII. c. 39 & ſeqq. Ad prædictum fragmentum pertinent hæc Livii verba, ipſo cap. 39. *Hannibal, etſi ea æſtate tranſiturum in Italiam fratrem crediderat, haudquaquam tam facilem maturumque tranſitum exſpectabat. Ceterum Haſdrubali & ſua & aliorum ſpe omnia celeriora atque expeditiora fuere.* De ejuſdem *Haſdrubalis tranſitu in Italiam, moxque inſecuta clade,* conferendus Appianus in Bello Hannibal. cap. 52. qui docet, *quod Annibal ſex menſibus emenſus erat iter, idem intra duos menſes ab Haſdrubale eſſe confectum.*

Verſ. 2. τοὺς πολεμίους ἐκτεταγμένους καὶ προάγοντας. προσάγοντας Reg. E. id eſt *advenientes, ſigna jam inferentes;* quod verum putamus, & in contextum adoptandum. conf. X. 39, 6. & ibi notata. Livius XXVIII.

Verſ. 2. 38. *Cum, omiſſo itinere, quod fugæ ſimile erat, caſtra metari Poenus in tumulo ſuper fluminis ripam vellet; advenit Livius, peditum omnibus copiis, non itineris modo, ſed ad conſerendum extemplo prælium inſtructis armatisque.* — *Ibid.* παρατάττειν cum Scalig. correxit Caſaub. πράττειν ed. 1. cum msstis omnibus. τάττειν Vrſinus. conf. verſ. 3.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. τὸ βάθος αὐξήσας &c. Livius: *longior, quam latior, acies erat.* Quatuor verbis τῶν ταξ. καὶ ποιήσας caret Reg. E. — *Ibid.* βραχεῖ. Mendoſe βραχὺ Reg. F. G. Tub. & Veſ. a pr. manu. — *Ibid.* χώρῳ cum Vrſino correxit Caſaub. χρόνῳ ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* τῆς παρατάξεως rurſus cum Scal. correxit Caſaub. πράξεως ed. 1. cum msstis. τάξεως ora Med. & ora ed. 1.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Λίβιος. Mendoſe Λίβυς Reg. E. Moxque idem ἀντεποίει, pro ἀντεπήει. — *Ibid.* ταῖς αὐτοῦ δυνάμεσιν. Caſaub. *cum univerſa ſua manu*, quaſi eſſet πάσαις ταῖς. Immo, *cum ſuo exercitu.* Exercitus Livii diſtinguitur ab exercitu Neronis.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Ὁ δὲ Κλαύδιος. C. Claudius Nero, M. Livius Salinator II. Conſules A. V. C. 547. — *Ibid.* περικερᾶν τοὺς ὑπεναντίους, *circumire & a latere adgredi hoſtem.* Vſitatius quidem in hac re eſt verbum ὑπερκερᾶν, ſed & illud probum, & uſurpatum Polybio V. 84, 8. Atque etiam ſignificantius eſt verbum περικερᾶν ad id quod dicimus, quam ὑπερκερᾶν, quandoquidem hoc per ſe non ſignificat *circumire*, ſed tantum *producere* vel *extendere alterum aciei cornu ultra hoſtis aciem*, ut docet Aelianus Tact. c. 49. quod eo quidem conſilio utique fit, ut deinde ab illa parte circumducamus noſtrum illud cornu circa hoſtem, & a latere eum adgrediamur, ſed hoc proprie eſt περικερᾶν. — *Ibid.* διὰ τὰς προκειμένας δυσχωρίας. Nempe *collis oppoſitus*, ut ait Livius, *arcebat, ne aut a fronte, aut ab latere adgrederetur.*

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ἀπόρως. Mendoſe ἀπείρως Reg. E. — *Ibid.* μηδέν. μὲν Reg. F. G. Tub. — *Ibid.* ὑπ' αὐτοῦ τοῦ συμβ. &c. Prætermiſit hæc uſque ad πράττειν Reg. E. τοῦ poſt

αὐτοῦ

αὐτοῦ abest ed. 1. Aug. Reg. F. G. Ves. Adjecit Casaub. cum Vrsin. & habet codex Tubing.

Vers. 7. *τοὺς αὐτοῦ στρατ.* *τοὺς αὐτοῦ* sola ed. Ern. *τοὺς αὐτοῦ* editiones superiores cum Aug. Reg. E. Vesont. Perperam *τοὺς αὐτοὺς* Reg. F. G. Tub. — *Ibid.* „Post *στρατιώτας* (ait REISKIVS) deest *καὶ περιαγαγών.* Livius XXVII. 48. ubi de hac pugna exponit: *cohortes aliquot subductas e dextro cornu - - post aciem circumducit.*" — Immo vero ex eisdem Livii verbis, ad quæ vir doctus provocavit, intelligitur, recte habere vulgatam, nihilque deesse. Non omnes milites a dextro cornu abduxit Nero, ne scilicet, quid moliretur, intelligeret hostis; sed partem tantum, nempe eos, qui *κατὰ τὸν ὄπισθεν τόπον τῆς μάχης,* id est, *qui in extrema acie stabant:* jam cum his *τὸ λαιὸν ὑπεράρας* &c. Sic omnia recte procedunt. Turbaverat Reiskium Casauboni versio, quam & nos imprudentes tenuimus, cum sic fere fuisset scribendum: *sumtis e dextro cornu suis militibus, qui in extrema acie stabant, circumductisque circum lævum Romanæ aciei, a latere adgressus est Poenos.* Mox vero etiam ulterius progressus, a tergo quoque invasit hostem, ut vers. 10. docet Polybius. Vers. 7.

Vers. 8. *μέχρι μὲν οὖν.* *οὖν* caret Reg. E. Vers. 8.

Vers. 10. *κατ' οὐράν.* Forte *προσπεσεῖν καὶ κατ' οὐρὰν,* etiam *a tergo.* Livius: *tantaque celeritas fuit, ut, quum ostendissent se ab latere, mox in terga jam pugnarent.* Vers. 10.

Vers. 12. *ψιλὰ τῶν Ἰνδῶν.* Suidas, hæc verba citans, *ψιλὸν* ait & *γυμνὸν* denotare, & *ἀντὶ τοῦ ἐρήμου* poni. Vers. 12.

CAPVT II. Cap. II.

Vers. 1. *καὶ τὸν πρὸ τούτου χρόνον.* *κατὰ* percommode abesse hoc loco poterat, *καὶ* vero necessario requiri videbatur. Sicut nunc *κατὰ* perperam pro *καὶ*, sic vers. 9. *καὶ* pro *κατὰ* temere posuerunt librarii. — *Ibid.* *ὃ ν. οὐκ ἄξιον.* Emendationem Casaubono præiverat Scaliger. — *Ibid.* *ἀνεπισήμαντον.* Suidas, hæc Polybii verba respiciens, interpretatur *ἀκλεᾶ, ἄδοξον, sine elogio.* Vers. 1.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. χωριζόμενος. — „Forte χωριζόμενος ἐκεῖνος (Hannibal puta) εἰς τὴν Ἰταλίαν.“ REISKIVS. — *Ibid.* ταῦτα μὲν ἡμῖν πρότερον δεδήλωται. λέλεκται ſuppleverat Scaliger. Quod ſi in fine verſus 3. pro δεδηλώκαμεν eſſet δεδήλωται, quod ad ἡμῖν referri poſſet; nihil hoc loco ad complendam orationem magnopere deſideraſſes. Ac neſcimus, an vel ſic, quamquam ἀνακολουθία exſiſteret conſtructionis, carere poſſemus verbis a Caſaubono adjectis.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Si verum & genuinum eſt διὰ τὸ τοὺς ἐπαποστελλ. in quod ſcripti libri conſentiunt omnes, neceſſe fuerit intercidiſſe nonnihil, ſcilicet de *diſſenſione & invidia ducum Poenorum*, de qua vide lib. IX. c. 11. — *Ibid.* ἐλαττώσεις poſſunt quidem *clades* & varii generis *jacturæ* intelligi; ſed fortaſſe nunc ſigillatim ita dicit *honoris, auctoritatis & imperii diminutionem*, (ut V. 2, 8.) nempe ob alios duces a Poenis in Hiſpaniam miſſos.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τελευταίαν. Perperam τελευταῖον ed. 1. Med. Reg. F. G. & Veſ. a pr. manu. — *Ibid.* πέφηνεν. Sic recte edd. & mssti. Perperam πέφυκεν Suidas, verba hæc Polybii citans in Ἐπίστασις. — *Ibid.* καὶ ζῆλον. Conjunctionem, quæ aberat ab ed. 1. & msstis, adjecit Caſaubonus cum Suida.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. σφίσι cum Vrſino correxit Caſaub. Et in ora codicis Veſont. notatur ἴσως σφίσι.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. διὰ τὴν αὐτῶν. Male διὰ τῶν αὐτῶν Reg. E. *Ibid.* ἀγεννίαν. Ex hoc detorta utique videri debuit vulgata ſcriptura ἀγγελίαν. Et paſſim id vocabulum frequentavit Polybius. conf. ad V. 85, 13. Et convenit id, quod τῇ ἀγεννίᾳ, id eſt, *ignaviæ ducum* opponitur de *militibus, quod* εὐγενῶς *pugnam capeſſiverint.* — *Ibid.* αἰσχράς. Conf. verſ. 11. — „*effecerunt, ut, quas clades acciperent, eæ clades turpes & pudendæ eſſent.*“ REISK. — *Ibid.* πρὸ τούτου. conf. verſ. 1.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Διότι δέ. δὲ deeſt ed. 1. & msstis. Inſertum a Caſaub. ex conject.

Verſ.

Verf. 9. κατὰ λόγον. Mendofe κατὰ λόγων Reg. F. G. Iidemque foli articulum τοῦ omittunt ante δύνασθαι. — *Ibid.* κατὰ τοὺς κινδύνους cum Vrfino correxit Cafaub. Perperam καὶ κατὰ τοὺς κινδύνους ed. 1. cum msstis. conf. ad verf. 1. — *Ibid.* ὡς τῆς αὐτοῦ σωτηρίας. Poft μᾶλλον non fuo loco ftare ὡς exiftimaverat Reifkius. Sed non inufitata illa conftructio Polybio. Vide Adnot. ad III. 12, 5. Verf. 9.

Verf. 10. πρόνοιαν εἶχε. Sic ed. 1. confentientibus noftris codicibus. πρόνοιαν ἔσχε Cafaub. cum Vrfino, præter rationem. In eis, quæ fequuntur, fuerit fortaffe qui vulgatæ fcripturæ defenfionem fufcipiat, folo verbo ἐχώρησε in χωρῆσαι mutato, hoc modo: οὐχ ἧττον πρόνοιαν εἶχε, καίτοι σφαλεὶς τοῖς ὅλοις, ὅμως χωρῆσαι τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν ὑπομεῖναι &c. *non minus providerat, ut, etfi fumma rei male ei ceffiffet; tamen cederet tempori, neque fuftineret quidquam &c.* Sed ficut docta fane atque ingeniofa eft Vrfini Cafaubonique emendatio, fic & tam infignem veri fpeciem habere vifa eft, ut ab ea nullo modo recedendum putaremus. ὁμόσε ἰέναι τοῖς παροῦσι, *congredi cum præfenti fortuna, non terreri, non frangi ad illius adfpectum.* Scaliger, fervans punctum, quod poft οὐχ ἧττον πρόνοιαν εἶχε erat in ed. 1. & in msstis, verba hæc cum fuperioribus, deleto commate, quo feparabantur, conjunxit: tum vero tenens καίτοι, & ὅμως ἐχώρησε, quæ pariter in ed. 1. & in msstis erant, ὑπέμενε pro ὑπομεῖναι fcribendum cenfuit. Verf. 10.

Verf. 11. ἀναστρεφομένων. Perperam ἀναφερομένων Reg. E. — *Ibid.* σφάλωσι correximus, cum σφαλῶσι daret ed. 1. cum msstis. σφάλλωσι fua auctoritate ediderat Cafaub. σφάλωσι etiam a Scaligero videmus adnotatum. Verf. 11.

CAPVT III. Cap. III.

Verf. 1. στιβάσι. Sic V. 48, 4. conf. II. 17, 10. Fieri tamen poteft, ut etiam ἡ στιβὴ pro ἡ στιβὰς in ufu fuerit, licet præterierint Lexicographi. Verf. 1.

Verf. 3. *Verf.* 3. οὐκ ἐλάττους μυρίων. Credibilior hic numerus, quam immanis ille quem Livius prodidit lib. XXVII. c. 49.

Verf. 4. *Verf.* 4. ἀφικομένης. ἐφικομένης Reg. E.

Verf. 5. *Verf.* 5. οὐ μόνον τὸ γεγονὸς, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ μέρος διασαφοῦντες. Conf. ad III. 32, 3. Fortaffe nil opus erat adjecto articulo τὰ, & poterat ex fuperioribus hic intelligi τὸ γεγονός. Sic τὸ γεγονὸς διασαφεῖν κατὰ μέρος, idem fuerit, ac διασαφεῖν τὰ κατὰ μέρος τοῦ γεγονότος. — *Ibid.* πᾶς τε ναὸς ἔγεμε πελάνων καὶ θυμάτων. Toupius (in Emend. in Suidam Part. I. ad voc. Ἀνάστατοι) παιάνων conjiciens, refpexerat Sophoclea verba in Oedipo Tyr. vf. 5. Sed nil caufæ fuit, cur folicitaretur vulgata. Apud Ariftophanem quoque, eodem loco quem ibidem protulit Toupius, in Pluto vf. 660 fq. πόπανα καὶ προθύματα & πέλανος junguntur.

Cap. IV.

CAPVT IV.

Ex libro XI. Polybii ductam effe Eclogam hanc Valefianam, de *Thermo Aetoliæ oppido a Philippo iterum fpoliato*, fidem facit fubfcriptio, quæ claudebat in codice Peirefciano præcedentem Eclogam, (quam libro X. cap. 26. exhibuimus) & fic habebat: Τέλος τοῦ δεκάτου λόγου τῆς Πολυβίου ἱστορίας. Huic accedit aliorum nonnullorum Aetoliæ oppidorum mentio apud Stephanum Byzant. ex eodem undecimo Polybii libro ducta. Livius XXVIII. 8. in horum temporum hiftoria in rebus anni ab V. C. 546. vel 547. (nam res duorum annorum in unum annum ab illo contractæ funt, ut monuimus ad X. 47 extr.) mentionem facit exfcenfionis a Philippo in Aetolorum ditionem factæ, & prædæ inde abductæ: nec tamen *Thermi* oppidi, nec aliorum, quæ Stephanus Byz. commemoravit, meminit. Fortaffe vero poft proximum Excerptum Antiquum, id eft, poft caput noftrum feptimum hujus libri, rejicienda fuerat hæc Ecloga. Confer quæ monemus ad cap. 5, 1. Primo autem loco in Rebus Græciæ hujus

anni

anni hujusque libri ponendum fortasse fuit illud Fragm. de quo ad finem cap. 47. lib. X. diximus, quod retulimus in *Spicilegio Reliquiarum ex lib.* XI. Tom. V. p. 38. Quo pertinet quod Livius XXVIII. 7. ait: *Philippus Deos hominesque accusans, quod tantæ rei fortunam* (vivum capiendi Attalum) *ex oculis prope raptam amisisset.*

Vers. 1. εἰς τὸν Θέρμον. — „εἰς τὸ Θέρμον." REISK. Conf. ad V. 7, 6. & V. 8, 1. — *Ibid.* ὅσα πρότερον ἀπέλιπε &c. Confer lib. V. c. 7-9. — *Ibid.* κακῶς δὲ τότε. — „κάκιον δὲ τότε." REISK. Vers. 1.

Vers. 4. φύτειον. Vide notata ad IV. 63, 7. & ad V. 7, 7. Vers. 4.

CAPVT V.

Cap. V.

Ex libro XI. & ex rebus anni ab V.C. 547. decerptum esse Fragmentum, quod *hoc cap. & seqq.* continetur, & inscriptio Excerptorum Antiquorum ex hoc libro, & series eorumdem Excerptorum testatur. Hominem Græcum loqui, totum declarat orationis argumentum. Insulæ incolam, & insulæ ad Asiam pertinentis, is se prodit cap. 5, 6. Itaque collato eo, quod hoc tempore Livius XXVIII. 7. *legatorum Ptolemæi Rhodiorumque* mentionem facit, *de finiendo bello Aetolico agentium*; colligere licet, *Rhodii legati* esse orationem, quæ hoc Excerpto continetur. De legatorum conventu, quo *de dirimendo inter Philippum atque Aetolos bello agebatur,* jam in rebus etiam anni superioris dixerat Livius XXVII. 30. Casaubonus eidem Excerpto hujusmodi præfixit Argumentum: *Quomodo ad Aetolos, in publico conventu congregatos, legati venerint a Ptolemæo rege, Rhodiorum civitate, itemque Byzantinorum, & pluribus aliis: quorum unus universæ Græciæ nomine Aetolos hortatus est, ut, posito bello, quod cum Philippo gerebatur, pacem facerent, & a Romanorum consiliis caverent.* Argumentum.

Vers. 2. τὸν πόλεμον ἀνεστήσασθε. Aut ἐνεστήσασθε aut συνεστήσασθε legendum contendit Reisk. At com- Vers. 2.

 modissi-

modissime libri omnes *ἀνεστήσασθε*, *resuscitastis*, *renovastis bellum.* conf. lib. IV. c. 3. — *Ibid.* διελείπομεν restituimus ex ed. 1. consentientibus msstis.

Vers. 3. *Vers.* 3. τῆς ὑμετέρας καὶ Μακεδόνων στοχαζόμενοι καταφθορᾶς. Frustra urget Reiskius, σωτηρίας, non καταφορᾶς, fuisse scribendum. στοχάζεσθαί τινος: *intueri aliquid*, *rationem alicujus rei habere.* — *Ibid.* σφετέρων πατρίδων, *vestrae patriæ* interpretatus est Casaubonus. Imo *nostrarum patriarum*; ut XI. 31, 6. Conf. hoc cap. vs. 6.

Vers. 4. *Vers.* 4. ἐπὶ τοῦ πυρὸς cum Scalig. correxit Casaub. — *Ibid.* καὶ τῇ τῆς ὑποκειμένης ὕλης διαφθορᾷ. — „Ignis in aliam partem magis, quam in aliam, incumbit, prout aut a ventis regitur, aut res ipsi objectæ citius tardiusve conflagrant, vel ignem admittunt facilius, ægriusve, aut plane excludunt." REISKIVS. — „An διαφορᾷ, id est, apta constitutione ad concipiendum ignem." GRONOV. *in Notis msstis.* — *Ibid.* ὥρμησε cum Vrsino correxit Casaub. ὁρμῆσαι ed. 1. cum msstis.

Vers. 5. *Vers.* 5. ποτὲ μέν. τότε μὲν tenuerant editores omnes, consentientibus msstis. Potuerat utcumque τοτὲ ferri; quod repetitum quidem, idem valet ac ποτὲ - - ποτέ. Sed nunc, quum sequatur ποτὲ δὲ, utique & ποτὲ μὲν requirebatur, ut post Vrsinum monuit Reiskius. Eumdem errorem notavimus ad III. 17, 8. — *Ibid.* φθείρων ἀδίκως bene omnes. Ingeniosius, quam verius, Reiskius φθείρων ἀδιακρίτως, *promiscue.* — *Ibid.* πᾶν τὸ παραπεσόν οἱ, *quidquid ei obvium est.* Quum probati libri obtulerint hanc lectionem, nihil amplius quærendum duximus. Commodum quidem foret ἀεὶ καινοποιούμ. quod Vrsinus voluerat, sed non necessarium. Minime omnium placet Reiskii commentum: φθείρων ἀδιακρίτως, πᾶν τὸ παραπεσὸν ὡσεὶ κοινοποιούμενος. quod ita ille interpretatus est: *fertur temere, promiscue habens & communis veluti juris quodcumque ei occurrerit.*

Vers.

Verſ. 6. νησιώτας. Operarum errore νησεώτας ed. Caſaub. & Gronov. — *Ibid.* τὸν μὲν πόλεμον ἆραι. — REISKIVS: „Pro καταθέσθαι, inquit, eſt in Hervag. & Auguſt. ἀρετήν. Poſtrema ſyllaba adhæſit e proximo τὴν δ' εἰρήνην. Cæterum fuit in aliis codicibus καταθέσθαι, in aliis eodem ſenſu ἆραι, e quo, cum proximo vocabulo copulato, effecerunt ἀρετήν." — Neſciverat nimirum Reiſkius, verbum καταθέσθαι merum eſſe Vrſini commentum; & poterat hoc neſcire, quia non modo codicum msstorum non adfuit illi copia, ſed quoniam ipſe etiam Vrſinus diſſimulavit, cum non (ut aliâs) moneret, ſuo *ex ingenio* ita ſe emendare. At perraro aliâs quoque in emendationibus ad has Reliquias deperditorum Polybii librorum notam illam Vrſinus adjecit, quia in his pleraque ex ingenio erant corrigenda. Noſtro quidem hoc loco codices noſtri ad unum omnes, Vrb. Med. Aug. Reg. F. G. (in Reg. E. non ineſt hoc Excerptum) Veſont. & Tubing. cum ed. 1. in ἀρετὴν conſentiunt. Aliud eſt αἵρεσθαι τὸν πόλεμον, nempe *ſuſcipere bellum:* aliud αἴρειν τὸν πόλεμον, quod idem valet ac ἀναιρεῖν *tollere bellum*, *finem belli facere*, ut jam monuimus ad IX. 11, 2. Aliud rurſus αἱρεῖσθαι τὸν πόλεμον, *eligere bellum*, *conſilium capere belli faciendi.* In eamdem cum Reiſkio cogitationem, verbum ἆραι latere in ἀρετὴν, incidiſſe jam Caſaubonum intelligimus ex eis quæ ad oram Baſil. notavit. Verſ. 6.

Verſ. 7. εἰ -- ἐπολεμεῖτε πόλεμον. — „ἐπολεμεῖτε ſcribendum, propter ſequens ἔσχε συγγνώμην. Verum deinde [vſ. 8.] ſubaudiri debet πολεμεῖτε in præſente, quaſi dixiſſet εἰ δὲ πόλεμον πολεμεῖτε πάντων αἴσχιστον." REISKIVS. — ἐπολεμεῖτε correxerat etiam Scaliger in ſuo libro. Verſ. 7.

Ibid. ἀλυσιτελῆ perſpecte, ut mihi quidem videtur, correxit Caſaub. λυσιτελῆ ed. 1. conſentientibus msstis; quod ferri utique non poterat. Quo pacto enim, quæſo, dici poſſit, aut quis hoc dictum ferat, *eſſe omne bellum fructuoſum?* Immo vero hoc dicit orator: *omne bellum*,

Verſ. 7. etiam e quo ſuperior diſceſſeris, *damnoſum eſſe & perniciosum, & cum multa calamitate utrimque conjunctum.* Id eſt autem ἀλυσιτελῆ. vide III. 116, 13. IV. 49, 2. Ac fuit hoc ipſum bellum utique Aetolis etiam damnoſum; nam & anno ſuperiori bis a Philippo prælio victi ſunt, ut docet Livius XXVII. 30. & hoc anno ipſa Aetolia a Philippo vaſtata eſt, ut vidimus hoc libro Polybii XI. cap. 4. ſi modo ea res ante hunc conventum accidit, de quo nunc agitur. — *Ibid.* τὴν τῶν ἀποβαινόντων ἐπιγραφήν. conf. ad II. 2, 9. — *Ibid.* διακειμένοις. Mendoſe διακειμένην ed. 1. & Med.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. πλήρη cum Vrſino correxit Caſaub. Perperam πλῆρες ed. 1. cum msstis. Quod vero δὲ poſt πλήρη adjectum Vrſinus voluit, id quo pertineat non videmus, & ex operarum errore ortum putamus.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ἀνέξεσθε Caſaub. cum Aug. Reg. G. & Vrſino. ἀνέξεσθαι ed. 1. Med. Reg. F. Veſ. Tub. quod ferri utcumque poterat, intellecto verbo δεῖ. — *Ibid.* ἀκούσαντας edd. cum Med. Aug. putamus & Vrb. Perperam ἀκούσας Reg. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* ἀπολέσαι δέ. Commodius utique hoc videri debuit, ac pæne neceſſarium: licet ferri etiam poſſe librorum ſcripturam ἀπολέσθαι putaverit Reiſkius.

Cap. VI.

CAPVT VI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τὸ προστατ]όμ. Corrupte τὸν στατομ. Reg. G. Tub. τὸ τατ]ομ. Reg. F.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. δὲ ἐπ' ἐξανδραποδισμῷ. Præpoſitionem, cum abeſſet ab ed. 1. & msstis, adjecit Caſaub. cum Vrſino. In cod. Veſont. ſuper ſecunda litera vocabuli ἐξανδραποδ. ſuperſcripta eſt litera π ab eadem manu, tamquam voluiſſet ἐπ' ἀνδραποδισμῷ. Sed veram putamus Vrſini emendationem, nam compoſito vocab. ἐξανδραποδισμὸς, non ſimplici ἀνδραποδισμὸς, aliâs pariter utitur Polybius. conf. VI. 49, 1. IX. 34, 7.

Verſ.

Verf. 3. τὰ γράμματα recte edd. putamus & Med. & Vrb. Corrupte τὰ πράγματα Aug. Reg. F. G. Vef. Tub. Confer notata ad IX. 40, 3. Sicut paulo ante γράμματα & πράγματα inter fe opponuntur, fic nunc γράμματα & ἔργα. De re confer infra vf. 8. Verf. 3.

Verf. 4. ὁ μὲν Φίλιππος. Carent ὁ μὲν Reg. F. G. Tub. *Ibid.* κατὰ τούτων πεποίησθε τὰς συνθήκας. — „Poft τούτων addunt Herwag. & Aug. γάρ. Si recte, (neque dubitamus, recte id addi) neceffe eft paulo ante, poft δεινὸν, aliquid deeffe, e. c. ἔργον δὲ τὰ τῶν τῷδε συμμάχων ὑπαρχόντων, *titulum & prætextum belli fuftinet Philippus; — res autem & veritas belli funt fortunæ fociorum ejus.*" REISKIVS. — Cum vidiffemus, particulam γὰρ omnes agnofcere codices, fpeciem nobis habere videbatur Reifkii conjectura. Neque tamen aufi fumus, neque nunc audeamus, ab expeditiore difcedere Cafauboni ratione, importunam particulam delentis. Commodiffimum foret δὴ pro γὰρ, fi addicerent libri. Nec δὲ fpernamus, repetitum ex fuperioribus verbis τούτῳ δὲ συμμάχων ὑπαρχ. Ac paffim fane particulas δὲ & γὰρ perperam permutatas inter fe vidimus a librariis. Conf. ad III. 33, 19. III. 5, 8. III. 70, 4. IV. 44, 8. Verf. 4.

Verf. 6. πόλεως . . πόλεις. — „πόλεις fufpectum. Quæ enim dictio? quæ fententia? *fi vos ipfi potiremini alicujus oppidi, neque liberos effetis mancipaturi, neque oppida inflammaturi.* Immo vero *domos*, τὰς οἰκίας, aut pro πόλεως legendum erit ἔθνους aut πολέμῳ." REISKIVS. — Nil mutant libri: neque fatis cauffæ nos quidem videmus, cur folicitetur confentiens codicum fcriptura. Id unum monemus, quoad fententiam pronomen αὐτοὶ non tam ad κυριεύσαντες, quam ad ὑβρίζειν ὑπομείνητε effe referendum: *vos hoc facere ipfi non fuftinetis, fed cum barbaris pacti eftis, ut illi id faciant.* — *Ibid.* ἐμπιμπράναι. Mendofe ἐπιμπράναι ed. 1. Aug. Reg. F. G. Tub. & Vefont. fed in hoc primum fuerat οὔτε πιμπράναι. Verf. 6.

Verf.

Verf. 8. *Verf.* 8. πρότερον μὲν ἠγνοεῖτο. Cum Scaligero hoc correxit Cafaub. De re confer fupra verf. 3. — *Ibid.* διὰ τῆς Ὠρειτῶν καὶ τῶν ταλαιπώρων Αἰγινητῶν. intellige πόλεως. Ceterum de *Oreo* a Romanis capta vide Liv. XXVIII. 5 fq. De *Aegina* Liv. XXVII. 30 & 33. & Polyb. XXIII. 8, 9 fq. — *Ibid.* γενόνατε καταφανεῖς. In hanc fcripturam codices confentiunt ad unum omnes; quam cum ex ed. 1. & cod. Aug. cognoviffet Reifkius, unice veram merito judicavit, vertitque *denudata eft animorum veftrorum turpitudo.* — *Ibid.* ἐπὶ τὴν ἐξώστραν ἀναβιβαζούσης. De vocab. ἐξώστρα (five ἔξωστρα) conf. Polluc. IV. 127 — 129. & quos laudavit Erneftus in Clavi Ciceroniana, v. *Exoftra.*

Verf. 9. *Verf.* 9. ποῖόν τι recte Cafaub. cum Scalig. Vitiofe ποιῶν τι ed. 1. confentientibus msstis.

Cap. VII.

CAPVT VII.

Verf. 1. *Verf.* 1. Ὅτε γὰρ ἄν. Verum hoc judicaverat Reifkius, ὅτε γὰρ ἂν per tmefin dictum putans pro ὅταν γὰρ, cui veremur ne temere obtemperaverimus. Sane repofitum malimus id quod libri habent omnes, & orationem fic velimus diftinctam: Ὅτι γὰρ, ἂν Ῥωμαῖοι - - ἀποτρίψωνται &c. ἂν idem valet ac ἐὰν, & refertur ad ἀποτρίψωνται, quod immerito in ἀποτρίψονται mutatum voluit Vrfinus. ὅτι γὰρ pendet ab eo quod eft in fine periodi, καὶ λίαν τοῦτ' ἐστὶ καταφανὲς, & refertur ad illa verba πάσῃ τῇ δυνάμει ἐπὶ τοὺς &c. Quoniam vero longior eft periodus, & fufpenfa oratio interjecta parenthefi, repetitur poft parenthefin particula ὅτι, λοιπὸν ὅτι πάσῃ &c. Nam quod ibi in contextu ὅτε habet editio Hervagiana, invitis msstis factum eft: noftri certe omnes in ὅτι confentiunt.

Ibid. τοῦτο δ' ἐστίν. Sufpicari δ' ἔσται poffis; fed nil mutant libri, & non folum ferri verbum in præfenti tempore poteft, verum etiam fignificantius debet videri. — *Ibid.* συγκεκλεισμένου correxit Gronov. cum Vrfino. συγκεκλειμένου ed. 1. cum msstis. συγκεκλισμένου ed. Cafaub.

opera-

operarum putamus errore. — *Ibid.* Βρεττίας recte Casaub. cum Vrb. Mendose Βρεττανίας ed. 1. cum ceteris msstis, quod vel ex Βρεττίας vel ex Βρεττιανῆς corruptum est. Βρεττιανὴν χώραν vocat Polyb. I. 56, 3. & nude τὴν Βρεττιανὴν IX. 27, 11. conf. Steph. Byz. in Βρεττία.

Vers. 2. λοιπὸν ὅτε. Vide notata ad vers. 1. Bene Reiskius monuit, λοιπὸν h. l. esse *igitur.* — *Ibid.* τοῦτ᾽ ἐστὶ καταφανές. Si verum est εἶναι, quod cum ed. 1. agnoscunt codices omnes, necesse est intercidisse verbum ὑπολαμβάνω, quo utitur in simillima phrasi cap. 5, 1. aut in eamdem sententiam aliud verbum. Ceterum, quod ad II. 24, 2. Reiskius monuit, sæpe εἶναι & ἐστὶ in libris inter se permutari, nullum certum in Polybianis codicibus exemplum me reperire memini. In aliis auctoribus passim illum occurrere errorem scio; velut apud Arrian. in Epict. I. 29. ubi vide Vpton ad p. 160. lin. 11. Vers. 2.

Vers. 3. ἐάν τε καλῶς &c. Intellige ex superiori versu, καὶ καταφανές ἐστι, ἐὰν καλῶς προθ. ποι. Ῥωμ. κυριεύσαντες, ἐκείνων ἔσεσθαι &c. — *Ibid.* ὑπάρξειν ex msstis & ed. 1. restituimus. Temere ὑπάρχειν ed. Casaub. & sqq. — *Ibid.* τῶν σωζομένων. Articulum τῶν ignorat ed. 1. cum msstis, ex conjectura adjecit Casaub. cum Vrsino. Vers. 3.

Vers. 4. ἐπικαλέσεσθε cum Vrsino correxit Casaub. Mendose ἐπικαλέσασθε ed. 1. ἐπεκαλέσασθε Aug. & Vesont. ex emend. ἐπεκαλέσασθαι Vesont. a prima manu, Reg, F. G. Tub. — *Ibid.* ὅταν. Sic ed. 1. cum msstis; quod nescimus, cur in ὅτ᾽ ἂν mutare necessarium duxerit Casaub. cum Vrsino. — *Ibid.* δύνηται recte Casaub. cum Vrs. & msstis. Temere δύναται ed. 1. Vers. 4.

Vers. 10. Verba εἰ δὲ μὴ ignorant libri omnes & ed. 1. Ex ingenio adjicere jussit Vrsinus: & sane aut hæc ipsa, aut in eam sententiam alia quævis desiderabantur. εἰ δὲ μή γε edidit Casaub. & seqq. Particulam γε, ut haud satis opportunam huic loco, omisimus. — *Ibid.* τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς πρεσβευ- Vers. 10.

πρεσβευτάς. Verba καὶ τοὺς ante πρεσβευτὰς temere omisit ed. 1. Es msstis adjecit Casaub.

Cap. VIII.

CAPVT VIII.

Argumentum. Referri huc debuisse Fragmenta duo priora, quæ hoc capite conjunximus, intelligitur ex eis quæ sequuntur cap. 9 seqq. collato Plutarcho in Philopoem. p. 360 sq. Quo pacto equites Achæorum exercuerit Philopoemenes, cum Præfectus equitum esset ab Achæis nominatus, docuit Polybius in rebus A. V. 545. lib. X. c. 21 sq. ubi vide quæ adnotavimus. Nunc, Prætor creatus Achæorum, (conf. cap. 10, 7.) universam disciplinam militarem apud populares suos restituit.

Vers. 1. *Vers.* 1. τριῶν ὄντων τρόπων &c. Conf. lib. IX. cap. 14.

Vers. 4. *Vers.* 4. τοῖς γὰρ πλείστοις &c. Pluribus in locis vel totum hoc fragmentum vel partem ejus Lexico suo inseruit Suidas: vide sub voc. Ζῆλος vel Ζηλοτυπία, Ἀλαζονεία, Ἐσπούδαζον, Ὑπερέχων, Χορηγία. — *Ibid.* ὑπεγεγόνει. Sic recte Suid. in Ἀλαζονεία. Mendose ὑπερεγεγόνει scribitur apud eumdem in Ζῆλος.

Vers. 7. *Vers.* 7. Οἱ γὰρ πολλοὶ &c. Fragmentum hoc in ora Codicis Vrbinatis scriptum est eo loco, ubi legitur Excerptum Antiquum, quod proximo capite nono exhibemus. Idem fragmentum habet Suidas in Ἐκθεατρίζουσι, & in Θεατρίζω, ubi diserte Polybio auctori adscribit.

Cap. IX.

CAPVT IX.

Vers. 1. *Vers.* 1. τὴν ἐκ τῆς ἐπισκευῆς ἁρμογὴν τῶν ὅπλων, *aptitudinem armorum ex concinnitate fabricæ.* Casauboni est hæc versio, quam probans REISKIVS, — „videtur, inquit, κατασκευῆς hoc loci legendum esse, non ἐπισκευῆς, quia hic prima *constructio & fabrefactio armorum* significatur, quæ est κατασκευή, non autem corruptorum *reparatio*, quæ est ἐπισκευή. Videtur idem Casaubonus quoque spectasse." — Vtique non satis adparet quænam hoc loco vis sit vocabuli ἐπισκευή. Nam de *reparatione* quidem armorum non agi, recte vidisse videntur Casaubonus Reiskiusque:

que: & ex Plutarcho in Philopoem. p. 360. difcimus, non tam reparata tunc effe arma Achæorum, quam prorfus mutata, ut, cum antea ad curforiam tantum & velitarem pugnam effent inftructi, nunc Philopoemenis hortatu ad ftatariam firmamque pugnam fefe compararent, clypeos atque fariffas pro brevibus fcutis lanceifque fumentes, & galeis, loricis, ocreifque corpus munientes. Neque vero idcirco ftatim *κατασκευῆς* pro *ἐπισκευῆς* reponere aufimus, quod ipfum vocabulum ne fatis quidem commodum hoc loco videtur. Videndum igitur, an *ἐπισκευὴ* nunc ea fere notione ufurpetur, qua verbum *ἐπισκευάζειν* nonnumquam ufurpatur pro *fternere jumenta, clitellas jumentis imponere.* Nempe fimili ratione *ἐπισκευάζειν* vel *ἐπισκευάζεσθαι τὰ ὅπλα* idem fortaffe fuerit ac *περιτίθεσθαι.* Cum quo confentaneum eft, quod ficut nunc duas res in armis requirit, *τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν ἁρμογὴν*, fic mox verf. 4. ait, *ὅτε μὲν τὰς κνημίδας περιτίθεται, σκοπεῖν ὅπως ἀραρυῖαι καὶ στίλβουσαι ὑπάρχωσι.* Id fi placet, erit *ἡ ἐκ τῆς ἐπισκευῆς ἁρμογὴ τῶν ὅπλων ea commoditas armorum, ut, cum induuntur, bene apta fint corpori.* Ceterum idem vocab. *ἐπισκευὴ* infolito aliâs ufu, fi modo vera fcriptura, I. 19, 9. occurrit pro *ἀποσκευὴ*, *fupellectilia, impedimenta:* rurfusque I. 72, 3. fynonyma fere funt *ἐπισκευαὶ* & *χορηγίαι.* Verf. 1.

Verf. 2. *ταύτην ποιήσαιντο περὶ τῶν ὅπλων.* Cum omnes vulgo *περὶ τὴν τῶν ὅπλων* darent, Reifkius fufpicatus erat *περὶ τὴν γάνωσιν τῶν ὅπλων.* Paulo inferius (verf. 7.) *τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις πολυτέλειαν καὶ σεμνότητα* dicit Polybius. — *Ibid. μετενέγκαιεν* cum Vrfino correxit Cafaub. Vitiofe *μετήνεγκεν* ed. 1. cum msstis. Verf. 2.

Verf. 3. *ὠφεληθήσεσθαι* recepimus ex Aug. Et defiderari vifum eft paffivum verbum, ad *τοὺς βίους* relatum. *ὠφελήσεσθαι* edd. cum ceteris msstis. Verf. 3.

Verf. 4. *ἔφη δεῖν. ἔφη οὐ δεῖν* ed. 1. imperite & invitis noftris codicibus. — *Ibid. ἐξοπλισίαν* cum Vrf. correxit Cafaub. *ἐξοπλασίαν* ed. 1. cum msstis. Sic rurfus verf. 9. — *Ibid. ἀραρυῖαι* eorumdem virorum Verf. 4.

dili-

diligentiæ debetur. Mendose ἀραρῆαι ed. 1. consentientibus libris.

Verf. 5. *Verf.* 5. τὸν θώρακα. Necessario requirebatur articulus, quum & præcedens nomen & proxime sequens suo quodque articulo esset instructum, alterum articulo fœminini generis; alterum generis neutrius. De vi verbi διαλαμβάνειν diximus ad II. 33, 5. — *Ibid.* καθαριώτερα, *mundiora.* Cum Scaligero sic correxit Casaub. quamvis καθαρσιώτερα cum codicibus nostris omnibus Suidas etiam agnoscat, qui Καθαρσιώτερα, λαμπρότερα interpretatus est, & ipsa hæc Polybii verba retulit. De vocab. καθάρειος vide Polluc. VI. 27. & Zeun. ad Xenoph. Cyropæd. p. 38. Potuit a librariis litera Є cum C permutari, quæ nonnisi levi lineola transversa ab illa differt. conf. ad XII. 3, 1. Ceterum adverbio καθαρίως aliàs utitur Polybius, VI. 3, 4. XV. 5, 5. diversa quidem notione.

Verf. 6. *Verf.* 6. τῶν πρὸς τὴν χρείαν. τοῦ pro τῶν habet ed. 1. invitis nostris msstis.

Verf. 8. *Verf.* 8. ἐνεδείκνυντο, *digitis monstrarunt.* Perperam ἀνεδεικν. Reg. G. — *Ibid.* Articulum τοὺς ad κεκαλλωπισμ. recte adjecit Casaub. cum abesset ab ed. 1. & msstis. Mendose κεκαλωπισμ. simplici λ ed. 1. Reg. F. Vef. Tub. — *Ibid.* διακλίνειν. διακλείνειν ed. 1. imperite & invitis nostris codd.

Verf. 9. *Verf.* 9. ἐξοπλισίαις rursus cum Vrsino correxit Casaubonus, cum esset ἐξοπλασίαις in ed. 1. & msstis, ut vers. 4.

Cap. X.

CAPVT X.

Verf. 2. *Verf.* 2. περὶ ἐκεῖνον. παρὰ habet Aug. in contextu; sed superscripta vera lectio ab eadem manu.

Verf. 3. *Verf.* 3. εὐπερίκοπτος. Mendose εὐπέριπτος ed. 1. Aug. Med. Reg. F. G. Tub. Vef. (sed in Vesont. punctis notatur, ut mendosum vocabulum.) Hinc acute Casaub. in ora Basil. „Legebam ἀπέριττος, inquit; sed membr. Vrb. εὐπερίκοπτος. Sic & Vrsinus corrigere jusserat, nescimus utrum suo ex codice, an ex Suida, qui ita apud Polybium legit.

legit. Sicut autem περικοπὴ eſt omnis exterior cultus hominis, adparatus veſtium, ſuppellectilium, famulorum &c. (de quo vocab. dictum eſt ad VI. 53, 6. ſic εὐπερίκοπτος dicitur, *qui in omni exteriori cultu & adparatu ſimplex eſt, & ſine adfectatione;* ſive, ut Erneſtus in Lexico Polyb. interpretatur, *facilis, comis, ſimplex adeuntibus, ut nihil ſuperbiæ appareat, nil unde invidia ei fieri poſſit.* In eamdem prorſus ſententiam, de eodem Philopœmene verba faciens Noſter X. 25, 5. λιτὸν κατὰ τὴν περικοπὴν dixit. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἐγκατέλειπε fuiſſe in cod. Peireſc. docuit Valeſius: & recipere hoc, ut commodius, non dubitavimus. ἐγκατέλιπε edd. cum noſtris codd. Verſ. 4.

Verſ. 9. ἅμα μὲν συνέταξε, * *. — „Supplendum videtur ἅμα δ᾽ ἐγύμναζε." REISK. — Ea conjectura cum ex eis confirmatur, quæ continuo ſequuntur, tum ex eis quæ Plutarchus habet p. 361. Ac ſane non minorem curam nunc exercendis peditibus impendiſſe Philopœmenem conſentaneum videri debet, quam antea equitibus: de quorum exercitatione copioſe Polybius dixit X. 21 ſq. coll. c. 25, 6 ſq. Caſaubonus in latina verſione lacunam ita ſuppleverat: *ſimul* **quid faciendum illis eſſet præcipiebat,** *& dilectus agere incipiebat.* — *Ibid. Dele punctum,* quod *poſt* μῆνας temere in contextum noſtrum irrepſit. — *Ibid.* πρὸς τὸν τύραννον, *adverſus Machanidam, Lacedæmoniorum tyrannum,* de quo mox. Verſ. 9.

CAPUT XI. Cap. XI.

Verſ. 1. κατατεθαῤῥηκώς. Corrupte κατεθρηκὼς Reg. F. G. Veſ. κατεθρικὼς Tub. — *Ibid.* γίγνεσθαι. γενέσθαι Suidas in Κατ᾽ εὐχὴν, ubi verba iſta Polybii recitat. Verſ. 1.

Verſ. 2. Τεγέᾳ cum Scalig. correxit Caſaub. Τεγαίᾳ ed. 1. Aug. Veſ. Tub. τῇ γαίᾳ Reg. F. G. — *Ibid.* τοὺς Λακεδαιμονίους in accuſativo caſu requirebat conſtans & Polybii & aliorum ſcriptorum uſus. Etiam hanc emendationem Caſaubono præiverat Scaliger. — *Ibid.* ἐπιφαινού- Verſ. 2.

σης. ἐπιφανούσης Reg. F. G. Vefont. — *Ibid.* προῆγεν. Male προσῆγεν Suidas l. c.

Verf. 3. *Verf.* 3. ζεύγη. Temere ζεύγην ed. 1.

Verf. 4. *Verf.* 4. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Φιλοποίμην &c. *Aciem Philopoemenis & pugnam cum Machanida ad Mantineam*, quam hic exponit Polybius, ad regulas artis bellicæ exegit & explicavit Carolus Guifchardtus in *Memoires Militaires* Tom. I. cap. 10. — *Ibid.* κατὰ μὲν τὴν ἐς τὸ Ποσειδῶνος ἱερὸν Φέρουσαν. Partim Vrfino hoc debetur, partim Cafaubono. Mendofe κατὰ μὲν ἐκ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὸν Φέρουσαν ed. 1. confentientibus msstis. Hinc Vrfinus κατὰ μὲν τὴν fcribere juffit, de ceteris nil monuit. Scaliger κατὰ μὲν τὴν ἐκ τοῦ Ποσειδῶνος ἱεροῦ correxit, quod ferri poffet, nifi ex verf. 5 fq. & cap. 14, 1. itemque ex Paufaniæ lib. VIII. c. 10. difceremus, non ad ipfam urbem, fed ex aliquo ab urbe intervallo fuiffe illud *Neptuni templum.* Quare tenendam utique Cafauboni rationem duximus, ἐς τὸ pro ἐκ τοῦ fcribentis, quod & res ipfa, & fequens nomen ἱερὸν pofcebat. Ceterum ad τὴν Φέρουσαν *portam*ne cum Cafaubono, an *viam* intelligas, per fe parum intereft: at non tam *porta*, quam *via* φέρειν εἴς τινα τόπον proprie dici videtur.

Verf. 6. *Verf.* 6. μετὰ δὲ τούτους. Sic recte Cafaubonus, nefcimus an ex Vrb. Sic certe perfpicue etiam codex Aug. & Vefont. μετὰ μὲν τούτους ed. 1. & Med. μετὰ τούτους, absque conjunctione, Reg. F. G. Tub. — *Ibid.* κατὰ τέλη cum Vrfino correxit Cafaub. Corrupte κατέλη ed. 1. cum msstis. Eft autem τέλος apud Tacticos (Arrian. p. 30. Aelian. cap. 9.) pars phalangis, conftans lochis five decuriis 128. quarum quæque 16 viros habet, adeoque omnino viris 2048.

Ibid. παρὰ τὴν τάφρον. Foffæ inter Mantineam Tegeamque avertendæ aquæ cauffa ductæ meminit Thucyd. V. 65. de qua fæpe pugnarunt inter fe Mantinenfes & Tegeatæ, quia, utramlibet ad urbem deferretur aqua, multum damnum ea urbs inde capiebat. Sed hæc quidem foffa,

fossa, quam hic Polybius dicit, nunc certe aqua vacua erat, Vers. 6.
ut docet c. 15, 4. — *Ibid.* In ἐπὶ τοῦ Ποσειδίου libri consentiunt omnes. conf. vers. 4. — *Ibid.* συνάπτουσαν τοῖς ὄρεσι. συνάπτουσαν σὺν τοῖς ὄρεσι ed. 1. cum msstis. Præpositionem, quæ ex præcedente verbo temere repetita videtur, monitus ab Vrsino delevit Casaubonus.

Ibid. τῇ τῶν Ἐλισφασίων χώρᾳ. — „Ortelius corruptam vocem credit, & peritiores videre jubet, an *Elidis Phliasii* legendum sit: esse enim Phliasios in Elide. Assentimur corruptam, & Phliasios Elidis cognoscimus. Sed quantum situs illorum hinc distat? Conjecimus Ἑλικασίων. Ab Ἑλικοῦς Ἑλικάσιος, ut a Φλιοῦς Φλιάσιος, Ἀναγυροῦς Ἀναγυράσιος, Θριοῦς Θριάσιος. *Helicuntis* mentio est apud Plutarchum in Agide & Cleom. [pag. 815. edit. Wechel.] Κλεομένης ἐξῆγε τὴν δύναμιν, ὡς τὴν Ἀργολικὴν κακουργήσων· ἐκεῖθεν δὲ καταβὰς ἐπὶ τὴν Μεγαλοπολιτικὴν καὶ δεῖπνα ποιησάμενος [δειπνοποιησάμενος] περὶ τὸ Ῥοίτιον, εὐθὺς ἐπορεύετο τὴν δι' Ἑλικοῦντος ἐπὶ τὴν πόλιν. nempe Megalopolim." GRONOVIVS. — Pro Ῥοίτιον apud Plutarchum suspicati eramus Ζοίτιον vel Ζοίτειον ex Pausan. VIII. 27. p. 654. & c. 35. p. 671. coll. Steph. Byzant. esse legendum, cum in eamdem sententiam Mosen Solanum etiam incidisse vidimus. Quam vero Ἑλικοῦντα vocant Plutarchi codices, eamdem esse atque *Helissontem* vel *Helissuntem* Pausaniæ VIII. 3. p. 602. & VIII. 30. init. p. 661. coll. cap. 29. extr. cum Lubino, Bryano & Dacierio, Plutarchi interprete, credere fas est. Tum vero, situm Helissontis si spectes, quo pacto a Danvillio ex Pausania definitus est, probabile utique videbitur, ab utroque oppido non differre Ἐλισφοῦντα Polybii. Quænam autem ex tribus diversis vera sit scriptura, id quidem, aliis deficientibus monumentis, quis definiat? Si conjecturæ locus est, Pausaniæ codicibus potior habebitur fides, quippe in quibus plus semel idem nomen eadem fere ratione scriptum occurrit.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἡγεῖτο Δυμαῖος. Facile adſentimur Reiſkio, ὁ Δυμαῖος ſcripſiſſe Polybium, idque in contextum velimus receptum. — *Ibid.* ἐπαλλήλοις cum Vrſ. correxit Caſaub. Mendoſe ἀπαλλήλοις ed. 1. cum msstis. In Veſont. autem vera lectio alteri ſuperſcripta ab eadem manu.

Cap. XII.

CAPVT XII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Perſpecte ſane, ſi quid nos quidem videmus, ad hunc verſum REISKIVS ſic commentatus eſt: „In vulgata agnoſco Caſauboni παραδιόρθωσιν. In Herv. & Aug. ſic eſt: ἅμα δὲ τούτῳ συνάπτον ἤδη καλὸν (Aug. καλῶς) εἶναι παραγενομένην τὴν τῶν ὑπεναντίων δύναμιν. Quae lectio bona erit, ſi unam literam mutaris, duas expunxeris. Legendum enim videtur: ἅμα δὲ τῷ (vel, ut in aliis codicibus fuit, ἅμα δὲ τοῦ. nam veteres [at Polybius quidem numquam] ἅμα cum genitivo perinde atque cum dativo conſtruebant: unde confluxit illa duplex lectio τοῦ & τῷ in unam vitioſam τούτῳ.) ἅμα δὲ τῷ igitur σύνοπτον ἤδη καλῶς εἶναι παραγενομένην τὴν τῶν ὑπεναντίων δύναμιν. *quam primum igitur tam prope acceſſerant hoſtium copiae, ut clare perſpicueque poſſent oculis cerni.*" — Haec Reiſkius. In lectionem, quam ex codice Auguſtano cum Boeclero retulit vir doctus, codices conſentiunt omnes: nam quod καλὸν εἶναι pro καλῶς εἶναι habet editio Hervagia, temere & invitis msstis (noſtris quidem cunctis) factum eſt. Quam paradiorthoſin uni Caſaubono tribuit Reiſkius, ejus longe maximam partem ab Vrſino Caſaubonus acceperat. Is enim ſic ad hunc locum notaverat: Forte, ἅμα δὲ τῷ τε συνάπτειν ἤδη καιρὸν εἶναι, παραγενομένων τῶν ὑπεναντίων δυνάμεων." Quae abſque ulla mutatione, niſi quod τῷ τοῦ συνάπτειν pro τῷ τε συνάπτειν ſcripſit, adoptavit Caſaubonus, & latine ſic reddidit: *Poſtquam prope erant hoſtes & committendae pugnae tempus jam aderat.* Ac poterat quidem videri ſuo loco hic ſtare verbum συνάπτειν, quod & aliâs de hoſtibus *cum in eo ſunt ut pugnam committant* uſurpatur. Sed vides, quot & quantis mutationibus

nibus fuerit opus, ut unum illud verbum, & id ipſum ne ea quidem forma, quam codices agnoſcunt, (hi enim *συνάπτον*, non *συνάπτειν* habent) ſervaretur. Et curatius ſi ſpectes, ne ita quidem commodum, ut prima ſpecie videri poterat, eſſe hoc loco ipſum illud verbum intelliges: nam ſi in eo jam erant hoſtes, ut prælium committerent, non tempus nunc admodum opportunum erat ordines obequitandi & verba ad milites faciendi. Denique ex eis quæ mox exponit Polybius, ſatis intelligitur, *in conſpectu* quidem jam fuiſſe hoſtes, ſed nondum *in eo fuiſſe ut prælium committerent.* Itaque ſicut facillimam expeditiſſimamque, ſic veriſſimam judicavimus Reiſkii emendationem, & in contextum recipere non dubitavimus. *σύνοπτον εἶναι, in conſpectu eſſe*, familiaris Polybio locutio. vide XI. 20, 9. II. 28, 9. VII. 17, 4. XXII. 11, 9. Verſ. 1.

Ibid. *ἐμφαντικῶς δὲ τοῦ παρόντος κινδύνου*, *apte ad demonſtrandum quænam vis atque ratio eſſet præſentis certaminis.* Citat iſta Polybii verba Suidas in Ἐμφαντικῶς, cujus tamen vocis vim minus recte expreſſit adjecta interpretatione *ἐννοητικῶς* & *πρεπόντως*.

Verſ. 2. *καὶ πίστιν* correxit Caſaubonus; docte id quidem utique, & ſagaciter: ſed teneri fortaſſe potuerat debueratque conſentiens librorum ſcriptura *εὔνοιαν καὶ πλείστην*, in qua ne opus quidem erat, ut *καὶ* particulam cum Scaligero delendam cenſeremus, quippe quæ perſæpe eadem ratione ad nomina, præſertim multitudinem aut magnitudinem ſignificantia, adjici a Polybio ſolet. vide Adnot. ad I. 20, 6. Verſ. 2.

Ibid. *παρέστη* recte Caſaub. cum Vrſino & Suida in Ἀντιπαράκλησις. Mendoſe *πάρεστι* ed. 1. conſentientibus noſtris codd. — *Ibid.* *γίγνεσθαι*. *γενέσθαι* Suidas ibid. — *Ibid.* *παρακελευομένων* correxit Caſaub. cum Scalig. *παρακελευόμενον* ed. 1. cum msstis.

Verſ. 3. *ὅτε λάβοι καιρόν.* Sic ante Reiſkium Scaliger jam correxerat in ſuo libro. Verſ. 3.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ὑπέδειξεν. Conf. ad II. 39, 12. — *Ibid.* προσμίξων perſpecte cum Vrſino Caſaub. πρὸς μεῖζον ed. 1. cum msstis.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Ταραντίνων. Vide ad IV. 77, 7.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τοὺς παρ' αὐτοῦ Ταραντίνους. παρ' αὐτοῦ reſtituimus ex msstis noſtris, qui in hoc conſentiunt omnes, παρ' αὐτῶν edd. quod defendi quidem poſſet, ſi addicerent libri. — *Ibid.* Vocabulum Ταραντίνους cum octo ſequentibus verbis, τὸ μὲν οὖν uſque ἀνδρώδης ἦν, temere tranſſiluerunt codices Reg. F. G. Veſ. Tub.

Cap. XIII.

CAPVT XIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. προσγιγνομένων tacite correxit Gronov. & merito tenuit Erneſtus. Mendoſe προγιγνομ. ed. 1. 2. cum msstis. — *Ibid.* τὸ παρ' ἑκατέρων ξενικόν. Neceſſario requirebatur articulus, qui commodius ſane ante παρ' ἑκατ. ſtare videtur, ubi etiam a Scaligero poſitum videmus, quam poſt, ut placuit Caſaubono. Quod ξενικῶν habet ora ed. 1. id nullus ex noſtris agnoſcit codicibus.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ὁ κίνδυνος οὗτος. Teneri utique conſtans hæc codicum lectio potuit. Nec tamen pertinaciter repudiemus οὕτως, quod cum Vrſino Caſaubonus ceterique editores probarunt. — *Ibid.* καθ' ὁποτέρων ὁ κονιορτὸς τραπήσεται. Vulgo omnes καθ' ὁπότερον edd. & mssti. καθ' ὁποτέρων ſcribendum monuit Reiſkius, interpretationem adjiciens, *contra quos, quorum in tergora fugientium.* Sic ſane & V. 85, 1. ἐπεὶ δὲ τὸν μὲν κονιορτὸν ἑώρα κατὰ τῶν ἰδίων φερόμενον.

Ibid. διὰ τὸ ἀμφοτέρους ἐπὶ πολὺ διακατέχοντας ἐν τῇ μάχῃ τὸν ἐξ ἀρχῆς τόπον. διὰ τὸ ἀμφοτ. ex conject. edidit Caſaub. pro διὰ μὲν ἀμφοτ. in quod cum ed. 1. codices conſentiunt omnes. Tum vero pro διακατέχοντας vulgo διατρέχοντας habent edd. cum Reg. G. Veſ. & Tub. Qua ratione quum prorſus non cohæreret oratio, lacunæ ſignum poſt ἐν τῇ μάχῃ inſeruit Caſaub. quod tenuerunt poſteriores editores, & deeſſe videri verbum τηρεῖν ait

Reiſ-

Reiſkius: quamquam ægre intelligitur, quo pacto, qui *diſcurrit*, is dici poſſit *ſtationem ſuam tenere*. Immo haud dubie probanda fuit Vrſini emendatio διακατέχοντας, quam ſuo in codice inveniſſe ille videtur: certe perſpicue ita habere Auguſtanum noſtrum confirmare poſſumus, licet enotare hanc lectionem ex eo cod. neglexerit Bœclerus. Eamdemque lectionem a fratre ſuo ex neſcimus quo mssto codice notatam retulit Gronov. in notis msstis ad oram exempli ſuæ editionis. Sic etiam dare debuerant Reg. F. & alius codex, quem *Memmianum* vocat Gronovius, in quibus mendoſe διατέχοντας ſcribitur; e quo deinde alii διατρέχοντας illud effinxerunt, quod habent editi. Eſt autem peropportunum & proprium in hac re verbum κατέχειν τὸν ἐξ ἀρχῆς τόπον, ſed pro ſimplici verbo compoſitum διακατέχειν aliâs quoque amat frequentatque Polybius, velut II. 17, 5. II. 70, 3. IV. 55, 6. & mox XI. 15, 1. At ne ſic quidem ſatis emendata atque integra videri debet oratio; quandoquidem διὰ τὸ verbum in infinitivo modo poſtulat, ſolum participium non patitur. Itaque fortaſſe διὰ τὸ μένειν ἀμφοτέρους ἐπὶ πολὺ διακατέχοντας legendum; & veſtigia verbi μένειν videri poſſunt in illa particula μὲν latere, quam codices agnoſcunt omnes. Verſ. 2.

Verſ. 4. τὸ παράπαν. conf. ad V. 60, 7. Verſ. 4.

Verſ. 5. τῶν τοῖς τυράννοις πολιτικῶν ὑποτατΤομένων. Caſaubonus in verſione latina: *quam plebs aliqua urbana tyranno ſubdita*. Ad græca, quum vulgo inde a Caſaubono ſic nude legerentur τῶν τοῖς τυράννοις ὑποταττομένων, hæc monuit REISKIVS: „Herwagius & Auguſtanus τυράννοις πολεμικῶν ὑποτατΤομένων. Videtur Polybius dediſſe: τῶν τοῖς τυράννοις πολιτικῶν (ſcil. ὄχλων, quod præceſſit) ὑποτατΤομένων. Conferuntur hic inter ſe quatuor genera hominum: bina utrimque inter ſe & paria & imparia. Ex una parte ſtant *cives*, ex altera *mercenarii*. Civium duo ſunt genera, alii *pro libertate* dimicant, alii *pro domino*. Rurſus in mercenariis alii *regibus*, alii *populis liberis* operam in bello locant. Ut ergo (ſic colligit Verſ. 5.

Vers. 5. Polybius) primi ad secundos, sic tertii ad quartos habent. Primi fortiter dimicant, secundi segnius & ignavius: sic tertii ad quartos. [hoc dicit: sic tertii rursus fortiter, quarti segnius & ignavius.] πολιτικοὶ sunt iidem ac πολῖται. Et πολιτικῶν ὑποτατ]ομένων idem est, transpositis vocabulis, atque ὑποτατ]ομένων πολιτικῶν, quomodo aliàs ordinari verba vulgo solent." — Eodem modo πολιτικοὶ ἱππεῖς καὶ πεζοὶ opponuntur ξένοις, I, 9, 4. Rursusque I. 75, 2. τοῖς μισθοφόροις opponuntur πολιτικοὶ ἱππεῖς καὶ πεζοὶ, ubi eodem errore, qui hoc loco omnes invasit libros, plures codices (inter quos est Aug. quem ibi nominare obliti sumus) πολεμικοὺς pro πολιτικοὺς exhibent. Et passim aliàs simillima ratione lapsos esse librarios, ad eumdem locum monuimus.

Ibid. ὑπεράγειν. Rarioris usus verbum, idem sonans ac ὑπερέχειν, ut Suidas notavit.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἐπ' ἐκείνων cum Vrsino correxit Casaub. Mendose ἐπικειμένων ed. 1, cum msstis. — *Ibid.* οἷς δ' ὑπέρ. οἷς perperam abest ab Aug. Reg. F. G. Ves. Tub. interceptum ab extrema syllaba vocis præcedentis.

Vers. 7. *Vers.* 7. ἐπιβουλεύσαντας. ἐπιβουλεύοντας Suidas in Δημοκρατία.

Vers. 8. *Vers.* 8. ἡ δὲ τῶν μονάρχων ἀσφάλεια &c. Repetit hanc sententiam Suidas in Δημοκρατία.

Cap. XIV.

CAPVT XIV.

Vers. 1. *Vers.* 1. θωρακίτας. Corrupte ὡρακίτας ed. 1. cum msstis. conf. c. 11, 5.

Vers. 2. *Vers.* 2. ἐν ᾧ δὴ καιρῷ cum Vrs. correxit Casaub. ἐν ᾧ δὲ καιρῷ edd. cum msstis. — *Ibid.* τότε. — „τότε in tam parvo spatio post ἐν ᾧ καιρῷ non admodum tersum est, sed Polybiani tamen coloris." REISKIVS. — *Ibid.* παρὰ τὴν τῶν ἡγουμένων ἐμπειρίαν. conf. IX. 12, 4. & XI. 16, 7 sqq.

Vers. 3. *Vers.* 3. προσθεῖναι recte Casaub. cum Scaligero. προθεῖναι ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* μεῖναι παρ' αὐτόν. — „Forte παρ' αὐτῷ, id est, ἐντὸς ἑαυτοῦ, *sui compos manere.*"

REIS-

REISKIVS. — Pariter Scaliger παρ' αὐτῷ corrigere jusserat. At non videmus quidni παρ' αὐτὸν eadem notione teneri possit; cum & aliàs sæpe παρὰ cum accusativo casu eadem notione atque cum dativo usurpetur. ἐν ἑαυτῷ διέμενε ait X. 40, 6. — *Ibid.* τὴν τῶν εὐτυχούντων ἀκρισίαν. Mendose ἀτυχούντων ed. 1. cum msstis. Correxit Casaub. cum Vrsino. De α & εὐ inter se permutatis conf. ad III. 90, 8. Vers. 3.

Vers. 6. Poterat fortasse teneri ὁ μὲν οὖν Μαχανίδας, nam & aliâs passim pleonastice sic positam illam particulam videmus, velut III. 41, 2. XXII. 12, 8. XXXVIII. 3, 11. Vers. 6.

Ibid. τοὺς μὲν κατὰ κέρας ὑπεραίρειν, τοῖς δὲ κατὰ πρόσωπον ἄγειν. Constans hæc est codicum omnium scriptura, in qua nihil utique desiderari videtur: *alios* (nempe ex hostibus) *a latere cingere*, *adversus alios a fronte ducere*, vel, *aliis a fronte signa inferre*. ὑπεραίρειν τοὺς πολεμίους κατὰ κέρας idem est ac ὑπερκερᾶν vel περικερᾶν, de quibus verbis diximus ad XI. 1, 5. *nempe partem suæ aciei producere ultra frontem aciei hostium, & circa latus hostium circumducere.* conf. V. 85, 3. In eamdem sententiam, sed paulo diversa dictione XI. 1, 7. de C. Claudio verba faciens Polybius, *milites sumens*, ait, *qui in dextro cornu in postrema acie stabant*, καὶ τὸ λαιὸν ὑπεράρας τῆς ἰδίας παρεμβολῆς, προσέβαλε κατὰ κέρας τοῖς Καρχηδονίοις, *circumduxit eos circa lævum Romanæ aciei cornu, & a latere adgressus est Poenos.* Reiskius hoc nostro loco, videns Hervagium & Augustanum codicem dare τοῖς δὲ κατὰ πρόσωπον ἄγειν, probavit τοῖς, sed id ad ipsius Machanidæ copias, non ad hostes retulit; & τοῖς ait hic loci idem esse atque σὺν τοῖς, μετὰ τῶν παρ' ἑαυτοῦ. Itaque & paulo ante pro τοὺς μὲν κατὰ κερ. legendum τοῖς μὲν putavit, *cum cornu suo aciem hostium amplecti & includere.* Nobis nil opus visum est, a codicum lectione recedere. Verbum ὑπεραίρειν accusativum casum requirit quo significantur ii, ultra quos producitur vel circa quos

Verf. 6. circumducitur pars aciei. Ac videri quidem poteft Reifkii ratio confirmari eis verbis quæ V. 23, 3. legimus, τοῖς δ' Ἰλλυριοῖς ὑπεράρας, ἐκ πλαγίων ἐποιεῖτο τὴν ἔφοδον. Nam ibi quidem τοῖς Ἰλλυριοῖς idem eft ac σὺν τοῖς Ἰλλυριοῖς, *circumductis Illyriis, a latere invafit hoftes:* at nimirum accufativus cafus ibi ex præcedentibus intelligitur τοὺς πελταστὰς, *Illyrios circumduxit circa peltaftas fuos, qui a fronte oppofiti erant hofti.*

Verf. 7. *Verf.* 7. συνεκχυθεὶς correxit Cafaub. cum Vrf. Mendofe συνεγχυθεὶς Aug. Regii, Vefont. Pejus συνεχυθεὶς ed. 1. — *Ibid.* ὥσπερ οὐκ αὐτὸν τὸν φόβον &c. Accufativi abfolute pofiti: quo de genere paffim monuerunt grammatici.

Cap. XV.

CAPVT XV.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἔφευγεν ex ed. 1. & msstis revocavimus. οὐ πτοηθεὶς ἔφυγεν Cafaub. & feqq. cum Vrfino, fine cauffa. *Ibid.* ὑποστείλας αὐτόν. Sic pariter codd. omnes cum ed. 1. αὑτὸν ed. Cafaub. & feqq. — *Ibid.* ὑπὸ τὸ τῆς φάλαγγος κέρας. τὸ abeft ab ed. 1. Regiis & Vefont. Recte adjecit Cafaub. cum Vrfin. & Aug. forte & Vrb. — *Ibid.* παραγγείλας εὐθέως. Verbum παραγγείλας, quod ex conjectura hic inferere Vrfinus juffit, per errorem bis pofitum eft in ed. Cafaub. femel hoc loco, tum rurfus poft κλίνειν. Priori loco delevit deinde Gronovius, & nonnifi poft κλίνειν retinuit. Poterat utrimque, judice REISKIO, abeffe, fi pro κλίνειν legeremus κλίνων. „Quo admiffo, ait, erit τοῖς πρώτοις τέλεσι idem quod σὺν τοῖς πρώτοις τέλεσι." — Pro κλίνειν temere & invitis msstis κρίνειν erat in ed. 1. In eamdem cum Reifkio cogitationem jam olim incidiffe Scaligerum videmus, qui κλίνων in ora fui libri correxit.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἐκλειφθέντα recte Cafaub. cum Vrb. Aug. & Vrf. ἐκλειθέντα ed. 1. Regii, Vefont. Tub. — *Ibid.* τόπον. Perperam τόπου ed. 1. Reg. F. Vef. Tub.

Verf. 4. Φαλαγγίτας αὐτοῦ παρεκάλει θαῤῥεῖν καὶ μένειν. αὐτοῦ, *ibi*, ingenio debetur Cafauboni, & verum utique videtur. θαῤῥεῖν καὶ μένειν idem eft ac μένειν θαῤῥοῦντας. Difficile dictu fuerit, quam vim h. l. habere poffit pronomen αὐτοὺς, nifi dicas, τοὺς Φαλαγγίτας αὐτοὺς, *phalangitas folos*, opponi ei quod mox fequitur ἀναμίξ. Sed ne id quidem fatis commodum videtur. Perfæpe vero in adverbio αὐτοῦ lapfos librarios obfervavimus, in αὐτοὺς perperam mutantes. Vide Adnot. ad IV. 81, 5. V. 24, 1. Poft Φαλαγγιτῶν commodius delebitur comma, quod præter neceffitatem adjecit Erneftus. — *Ibid.* ποιεῖσθαι. Mendofe ποιῆσθαι ed. 1. Reg. F. G. Vefont. Verf. 4.

Verf. 5. Πολυβίῳ δὲ τῷ Μεγαλοπολίτῃ. — „Recte *Polybium* hunc a noftro hiftorico diftinguit Cafaubonus. [in Indice rerum memorabilium in Polybii Hiftoria contentarum.] Videtur Noftri aut patruus aut avunculus fuiffe. Erat enim mos Græcorum hic, ut natu maximum liberorum ex avo paterno, fecundum ex avo materno, aut patruo, aut avunculo nominarent; quod in noftro item hiftorico videtur eveniffe. Non poffe Polybium noftrum hic fignificari, ex eo patet, quod Polybius, de quo h. l. commemoratur, vir dicitur fuiffe ufu militiæ fubactus, & prudentia atque auctoritate præditus, quod ætatem indicat maturam. Contigit autem hoc prælium, quo Philopœmenis virtus rem Achæorum fuftinuit & Spartanam graviter perculit, anno fecundo Olymp. CXLIII. Polybius autem hiftoricus nofter Fragm. [Legat.] LVII. dicitur una cum patre legationem ad Ptolemæum Philometorem fufcepiffe, cum nondum per ætatem honores in republica gerere poffet; idque honoris Achæos ipfi contuliffe in gratiam patris, ductos memoria meritorum, quibus Lycortas eos fibi obftrinxiffet. Incidit ea legatio in annum quartum Olymp. CXLIX. Quod fi ergo Polybius hiftoricus tum adhuc adolefcens fuit, gerendæ reipublicæ nondum per leges idoneus, qui potuit fex & viginti annis ante vir jam confirmatus & fenio propior quam adolefcentiæ fuiffe? Nullus Verf. 5.

tamen

Verſ. 5. tamen dubito, ex hoc loco parum intellecto veterum nonnullos commentos eſſe fabulam de longiſſima Polybii noſtri ætate, ultra nonaginta annos producta.“ REISKIVS. — Polybium eum, qui hic memoratur, a ſcriptore noſtro fuiſſe diverſum, extra controverſiam eſt poſitum. Ceterum quam Reiſkius fabulam ait a nonnullis proditam de Polybii vita ultra nonaginta annos producta, neminem quidem neque ex veteribus ſcriptoribus, nec ex recentioribus, novimus, qui id commentus ſit. Duo & octoginta annos vixiſſe Polybium, Lucianus in Macrobiis cap. 22. ait, & neminem videmus ab eo diſſentientem. Videtur Reiſkius, Lucianum ante oculos habens, ex uno verſu in alium aberraſſe oculis. Poſt Polybium, Hypſicratem hiſtoricum commemorat Lucianus, quem duo & nonaginta annos vixiſſe tradit. Duo verba τῷ Μεγαλοπολίτῃ abeſſe a codice Memmiano ait Gronovius: agnoſcunt illa verba noſtri codices omnes cum editis.

Ibid. τοὺς διακεκλικότας τὴν Φυγήν. — „*qui devitaſſent fugam*, hoc eſt, *non paſſi eſſent ſe in fugam cum reliquis impelli.*“ REISK. — Nempe active ſumendum hic eſt nomen Φυγή, pro *compulſione in fugam*. Atque ita non opus eſt, ut cum Scaligero corrigamus διακεκλικ. πρὸς τὴν Φυγήν. — *Ibid.* τὴν ἐπάνοδον. τὸν ἐπανοδ. ed. 1. male & invitis msstis. — *Ibid.* ἐκ διώγματος. ἐκ τοῦ διώγματος malimus cum Reiſkio.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. καταβαλόντες τὰς σαρίσσας. Cum Vrſino correxit hoc Cauſaubonus. Confer Sixti Arcerii Notas ad Aeliani Tact. c. 32. Adde quæ monita ſunt ad Polyb. II. 69, 7. Mox XI. 16, 1. omnes in καταβαλοῦσι τὰς σαρίσσας conſentiunt: unus Aug. in contextu καταλαβοῦσι habet, ſed καταβαλ. ab eadem manu ſuperſcriptum inter lineas.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ὅτε δέ. δὲ utique, non δή, hic requirebatur. De confuſione iſtarum particularum cum aliâs diximus, tum ad I. 30, 12.

Verſ.

Verf. 8. κατὰ τὸ τέλος. — „Hoc mihi fufpectum. Num κατὰ τὸ βάθος? aut κατὰ τὸ εἰκός? *nihil ibi erat aquæ, quam tamen in foſſa eſſe conſentaneum erat.* Vel etiam κατὰ τὸ τέως, *pro iſto quidem tempore?*" REISKIVS. — Nihil horum fatis placet: nec tamen fatis idoneum videtur id quod vulgo habent omnes. Aliâs fane εἰς τέλος, non κατὰ τὸ τέλος, pro Latinorum *prorſus, omnino*, utitur Polybius. — „Forfan τὸ θέρος" notavit Cafaub. in ora Bafil. idque in verfione latina expreſſerat. De foſſa iſta confer dicta ad cap. 11, 6. Verf. 8.

CAPVT XVI.

Cap. XVI.

Verf. 1. χρόνου. χρόνον ed. 1. temere & invitis msstis. Verf. 1.
Ibid. ἑωραμένον. — „Hoc eſt, προσδεδοκημένον καὶ πεποθημένον. Rarior hic ufus verbi ὁρᾶν, cum fignificat *expectare, votis & cupidis oculis rem accerſere.*" REISK. — *Ibid.* ὑπάγειν, *ſuccedere*, bene habet: nec opus videtur, ut ἐπάγειν corrigamus cum Arcerio ad Aeliani Tact. c. 32. & Gronov. in Notis msstis. — *Ibid.* καταβαλοῦσι τὰς σαρίσσας. Vide notata ad c. 15, 6.

Verf. 2. οἱ μὲν προδιαλελυκότες τὰς τάξεις τῶν Λακεδαιμονίων, ἐντὸς τῆς τάφρου καταβαίνοντες, πρὸς ὑπερδεξίους τοὺς πολεμίους ἀποδειλιάσαντες, ἐτρέποντο. REISKIVS, poſtquam lectionem editionis Hervag. & cod. Aug. retulit, ἐν τῇ τῆς τάφρου καταβαίνοντες, (quæ eadem lectio eſt codicum omnium,) — „Vnde colligo, ait, Polybium dediſſe ἐν τῇ τῆς τάφρου καταβάσει ὄντες, *cum eſſent in deſcenſu foſſæ*, h. e. *cum jam deſcenderent in foſſam, & ad imam ejus profunditatem procederent.*" — Tum vero, cum πρὸς τοὺς ὑπερδεξίους τῶν πολεμίων ἀποδειλιάσαντες ex Vrſini conjectura edidiſſet Cafaubonus, probavit idem REISKIVS Hervagianam lectionem, in quam conſentiunt Reg. F. G. & Tub. πρὸς τοὺς ὑπερδεξίους τοὺς πολεμίους προδηλώσαντες. Quorum verborum hanc eſſe ait fententiam: „*Cum Lacedæmoniorum primi ordines jam in una valle eſſent, ſignificabant clamore ſuis ſodalibus* Verf. 2.

Verf. 2. *dalibus pone fequentibus*, (hi funt ὑπερδέξιοι, qui h. l. commemorantur; nam pofteriores ordines altius ftabant, quam primi, in vallem illi imam jam progreffi;) *fignificabant* igitur *hoftes*, h. e. *propinquos effe Achæos*, qui pone labium feu projectam & eminentem foffæ oram tecti in armis adhuc fteterant, nunc autem procedebant in ipfam oram foffæ, & ex alto telis & contis fuppofitos hoftes petebant. *Clamore* igitur *amicos fuos pone infequentes admonebant, adeffe hoftem, fugiendum effe, & cum ipfis illis verbis fugiendi initium faciebant.*" — Hæc Reifkius; cujus ratio, acuta fane aliqua ex parte, in ceteris quanta habeat incommoda non effe neceffe arbitramur ut exponamus. Nobis, omnia momenta circumfpicientibus, tali modo refingendus corruptus locus videtur, preffo quantum fieri poteft pede infiftendo codicum fcripturæ: οἱ μὲν προδιαλελυκότες τὰς τάξεις τῶν Λακεδαιμονίων ἐν τῇ τῆς τάφρου καταβάσει, ἀναβαίνοντες πρὸς ὑπερδεξίους τοὺς πολεμίους προδήλως ὄντας, ἐτρέποντο. Id eft, *cum ii ex Lacedæmoniis, qui in defcenfu foffæ ordines folverant, adfcenderent nunc adverfus hoftem qui manifefte in fuperiori loco ftabat, in fugam averfi funt.* Videntur tamen brevius & contractius hæc, quam pro Polybii ftylo, expofita: ac nefcimus, an five librariorum culpa interciderit hoc loco nonnihil, five ab eo, qui hæc Excerpta compilavit, refecta fit pars aliqua narrationis. Nempe & aliàs fatis oftendit ille homo, potioris momenti ipfi vifas effe obfervationes, monita, atque præcepta, quibus hiftoriam fuam diftinxit Polybius, quam ipfam rerum geftarum narrationem. Pro προδηλώσαντες, quod eft in editione Hervagiana, Scaliger aut nefcimus quis alius vir doctus in ora libri Scaligerani fcripfit προδήλως ὄσαντες. Verbum ἀποδειλιάσαντες Cafaubonus ex verfu 6. haufiffe videtur. Pro vulgato καταβαίνοντες, καταφαίνοντες habent Reg. F. G. Vef. Tub. confufis literis β & φ ob fimilitudinem pronunciationis, cui adfueti erant illi librarii.

Verf.

Verſ. 5. εὐθέως γὰρ προεβάλετο τὴν τάφρον ὁ Φιλοποίμην. Veriti eramus, ne invidere videremur Caſauboni ingenio, ſi repudiata docti viri emendatione, quæ percommoda videri poterat, ſcabroſam codicum ſcripturam revocaremus; præſertim cum illud novæ periodi initium Ὁ δὲ Φιλοποίμην nihil prorſus in procedente oratione habere videretur, quod ad illud referretur. Sed iterum iterumque relegentes totum locum, & cogitantes morem Polybii, non modo longiſſimas nectendi ſæpe periodos, ſed etiam aliis interjectis orationis membris illas intercidendi, ac poſt multas verborum ambages interruptum orationis filium denuo adnectendi continuandique, veram putamus REISKII ſententiam, probantis illam editionis Hervagianæ ſcripturam, quæ præcedentem periodum his verbis terminat διὰ δὲ τὴν ἀγχίνοιαν τοῦ προεστῶτος, ὃς εὐθέως προεβάλετο (ſine προεβάλλετο mavis cum Aug. & Regiis) τὴν τάφρον. Et ſtatim hanc ſecuturi fueramus rationem, niſi articulum ὃς ignorarent plerique libri, Aug. Reg. F. G. Veſ. Tub. Sed facile etiam intelligitur, quo pacto idem articulus, quem cum edit. I. perſpicue habet codex Mediceus excidere in aliis potuerit, nempe a terminatione vocis præcedentis interceptus. Quod vero deinde nova incipitur periodus a verbis Ὁ δὲ Φιλοποίμην, perſpecte idem REISKIVS monuit: „Periodus hæc, a longiſſima interjectione diſtracta, continuatur demum p. 885, 19. [initio cap. 16.] in illis Πλὴν ὅ γε Φιλοποίμην &c. quæ verba hic occœptam, ſed abruptam, & multis intermediis interpellatam orationem quaſi a primordio repetunt & inſtaurant." — Nempe ope illius particulæ πλὴν reſumitur & cum abrupto in ſuperioribus initio periodi rurſus connectitur oratio, eodem modo atque ſæpius aliâs repetita ex ſuperioribus particula δὲ factum vidimus; de quo genere cum ſæpe aliâs, tum in Adnot. ad I. 29, 6. monuimus.

Ibid. οὐ προϊδόμενος τὴν τάφρον, *nil cavens foſſam, non veritus foſſam.* conf. ad I. 49, 6.

Ibid.

Verſ. 5. *Ibid.* οὕτω συμβήσεται παθεῖν. Haud dubie ex hoc orta eſt mendoſa codicum Vrb. & Aug. ſcriptura οὔτου, unde deinde alii ſimpliciter οὐ, alii οὐ τούτου fecerunt. Reiſkius ὅτι ſuſpicatus erat, quam particulam iterari hic putavit ex ſuperiori oratione. Quæ nobis quidem minus commoda ratio videtur. οὕτω eſt *hoc caſu, in hac hypotheſi, tunc, tum vero*; & refertur ad præcedentem particulam εἰ, ut ſæpe aliâs.

Ibid. τὸ προειρημένον νῦν. Articulum cum ed. 1. ignorant ſcripti libri omnes; recte vero a Caſaubono adjectus videtur; nec enim carere eo poterat oratio. Quid ſpectarit Vrſinus neſcimus, cum ſcribendum monuit προειρημένον ἦν. Reiſkius omnino legendum contendit τὸ εἰρημένον μὲν νῦν, γιγνόμενον δὲ τότε.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ἐκ παρατεταγμένων ἀπολύσει, *inſtructa jam acie ſeſe recipiet.* ἀπολῦσαι ed. 1. Reg. F. G. Veſont. Voluerunt ἀπολύσαι in optativo: ſed recte ἀπολύσει cum Vrſino correxit Caſaub. Sic mox διαβαλεῖ vel διαβάλλει in indicativo modo; & paulo ante, εἰ προσάξει.

Ibid. καὶ μακρὰν αὐτὸν ἐμπειρίας διαβαλεῖ. διαβαλεῖ cum Scaligero ſcripſit Caſaub. διαβάλλει ed. 1. cum msstis, quod defendere fortaſſe aliquis poſſet, præſens tempus notione futuri, quamvis præceſſerit futurum. Sed ἐμπειρίας hoc quidem loco non ex Caſauboni emendatione eſt, quod imprudentibus nobis excidit ut ſcriberemus in ſcholio infra contextum: habet eamdem ſcripturam etiam Hervagiana editio, cum qua conſentit codex Med. Ceteri quidem codices, Vrb. Aug. Regii, Veſontinus, (neſcimus an & Tub.) ἐμπορεία habent, quam in corruptam ſcripturam deinde verſ. 8. omnes conſentiunt. REISKII ad hunc locum talis eſt adnotatio: „Forte καὶ [ante μακρὰν αὐτὸν] & διότι [ante χωρὶς ὁλοσχ.] debent inter ſe ſtationes permutare, ut ſit: διότι μακρὰν ἑαυτὸν ἐμπειρίας διαβαλεῖ, καὶ χωρὶς &c. Aptum eſt hoc διότι ex συλλογισάμενος, [verſ. 5. ἕκαστα συλλογισάμενος.] Sed adhuc circa διαβαλεῖ hæreo. Intelligerem μακρὰν ἐμπειρίας ἑαυτὸν

ἑαυτὸν βαλεῖ, vel ἐκβαλεῖ, ad verbum, *se jaciet procul experientia*, h. e. *exponet se criminationi imperitiæ*. Intelligerem quoque τὴν ἑαυτοῦ ἐμπειρίαν διαβαλεῖ, *ipse suum rerum usum in despectum invidiamque adducet*. Num itaque sic dedit auctor: ἀπολύσει, καὶ μακρὰν ἀποσπάσει, διότι τὴν ἑαυτοῦ ἐμπειρίαν διαβαλεῖ, καὶ χωρὶς &c. Paulo post sequitur μακρὰν ἑαυτοὺς δόντες ἐμπειρίας, quæ est proba & ad intelligendum aperta dictio." — Hæc REISKIUS: qui quoniam ferendam atque etiam commodam judicavit dictionem μακρὰν ἑαυτοὺς δόντες ἐμπειρίας, non videmus cur ad alteram illam μακρὰν αὑτὸν (id est ἑαυτὸν) ἐμπειρίας διαβαλεῖ offenderit. Sane si participium ὄντα subintelligas, διαβαλεῖ ἑαυτὸν μακρὰν ἐμπειρίας ὄντα, satis constare isti dictioni grammatica ratio videtur. Et quamquam rara aliâs & vix audita sit dictio hujusmodi, μακρὰν ἐμπειρίας ὢν, *peritia destitutus*, ferenda tamen fortasse fuerit, ac tota phrasis cum Casaubono ita exponenda, quemadmodum in scholio sub contextu retulimus: & vulgata scriptura, ἐμπειρίας, præsidium inveniet in eo quod cap. 14, 2. præmonuit scriptor noster de insigni momento, quod imperatorum sive ἐμπειρία sive ἀπειρία ad exitum belli solet conferre. Quod si contra ἐν π ο ρ ε ί ᾳ legamus, e quo proxime detorta altera scriptura ἐμπορεία videri haud sane improbabiliter poterat; plura utique hoc loco mutanda forent, quemadmodum in scholio significavimus: & μακρὰν ἑαυτὸν δοῦναι ἐν πορείᾳ fortasse denotare poterit *nimis longe progredi, eo progredi, unde difficilis sit receptus*, (conf. cap. 17, 4.) quod tamen pertinacius urgere quidem nolimus. Ceterum in corrupto difficilique loco, ubi omnia circumspicienda tentandaque remedia sunt, meminerit velimus eruditus lector duorum aliorum Polybii locorum, quæ quoad singula quidem verba similitudinem nonnullam cum ea phrasi, in qua nunc hæremus, videri possunt habere; videatque, an ex illis aliquid fortasse subsidii ad levandam sive hujus versus, sive versus octavi difficultatem, peti possit. IV. 12, 11. μακροὺς ὄντας ἐν πορείᾳ καὶ διαλε-

Vers. 6.

Verf. 6. λυμένους, eſt, *longo & interrupto agmine incedentes.* V. 22, 7. δυσπαραβοηθήτους καὶ μακροὺς αὑτοὺς (id eſt ἑαυτοὺς) παραδιδόναι τοῖς πολεμίοις, eſt, *longo & minime ad ſubſidiandum ſibi invicem apto agmine ducere exercitum, atque adeo ſe ſuosque hoſtium telis temere exponere.*

Ibid. τὸ νικᾶν. τῷ νικᾶν ed. 1. perperam & invitis msstis.

Verf. 7. *Verſ.* 7. παραταξάμενοι μὲν, οὐκ ἀξιόχρεως * &c. Lacunæ ſignum nullum adjecerant ſuperiores editores. In verſione tamen Caſaubonus defectum ita ſuppleverat: *qui ubi aciem jam inſtruxiſſent ſuam, cognito poſtmodum idoneas ſibi ad dimicandum cum hoſte vires non eſſe.* Poſt ἀγωνίζεσθαι ſupplendum verbum ὑπέλαβον exiſtimavit Scaliger. — REISKIVS: „Forte, ait, παραταξάμενοι μὲν, χωρισθέντες δὲ, νομίσαντες οὐκ ἀξιόχρεως σφᾶς αὐτοὺς &c." —

Verf. 8. *Verſ.* 8. μακρὰν ἑαυτοὺς δόντες ἐμπειρίας. Caſaubonus: *ſuam ipſorum eo pacto rei bellicæ imperitiam profeſſi.* Nos ἐν πορείᾳ interpretati ſumus. Vide notata ad verſ. 6. Poſt ἐμπειρίας delendum fortaſſe fuerit diſtinctionis ſignum.

Verf. 9. *Verſ.* 9. ἐν οἷς δὴ καὶ μέγιστα συμβαίνει τοὺς ἡγουμένους * *. ἐν οἷς δὲ, non δὴ, dant codices omnes cum ed. 1. Scaliger, nullam lacunæ ſuſpicionem ſignificans, ſic correxit, ἐνίοις δὲ καὶ μέγιστα συμβαίνει τοῖς ἡγουμένοις, non videmus quam ſententiam ſecutus. — REISKIVS: „Deeſt aut σφάλλεσθαι, ait, aut βλάπτεσθαι, aut ſimilis infinitivus. Caſaubonus videtur ὀνείδη προσγίγνεσθαι τοῖς ἡγουμένοις legiſſe, quod etiam non improbem." — Lacunæ ſignum Caſaubonus inter συμβαίνει & τοὺς ἡγουμένους interſeruerat, quod nos poſt ἡγουμένους rejecimus. Parum refert. Nos quidem ſuſpicati eramus, verbum ἁμαρτάνειν deſiderari; quam eamdem etiam Gronovio videmus fuiſſe ſententiam.

CAPVT

CAPVT XVII. Cap. XVII

Verf. 1. Πλὴν ὅ γε Φιλοποίμην. Referuntur hæc ad illa verba Ὁ δὲ Φιλοποίμην, quæ cap. 16, 5. ex codd. msstis reſtituenda ſunt, quemadmodum ad illum locum monuimus. conf. c. 23, 2. — *Ibid.* τροπὴν γάρ. Eamdem conjunctionem in ſuo libro adjecit Scaliger. Verſ. 1.

Verf. 3. κατὰ τὴν τοῦ διώγματος παράπτωσιν. τὴν articulum ignorant mssti cum ed. 1. Merito eum ex ingenio adjecit Caſaubonus. παράπτωσιν recte ſcripſit idem Caſaub. confer III. 115, 11. & ibi notata; adde hoc cap. verſ. 4. Perperam παρὰ πτῶσιν ed. 1. & mssti. Verſ. 3.

Verf. 5. τὴν ἐλπίδα. Abeſt artic. Regiis & Tub. minus recte. — *Ibid.* τῆς σωτηρίας. Perperam ἐλπίδα διὰ τῆς σωτηρίας ed. 1. cum msstis. Importunam præpoſitionem delevit Caſaub. cum Vrſino. Verſ. 5.

Verf. 7. Dubitare licet, utrum poſt τάφρῳ recte poſita ſit diſtinctio, quam ibi habent edd. cum msstis, an poſt ἐνεργῶς ſit reponenda, ut ad παρήλαυνε referatur hoc adverbium. Verſ. 7.

CAPVT XVIII. Cap. XVIII.

Verf. 2. Σιμμίαν. Σιμίαν & nunc & verſ. 6. edd. & mssti, excepto Reg. G. in quo utrobique Συμίαν. — *Ibid.* οἷς ἐχρῆτο τότε, παρεισπίπτων ἐκ τοῦ πέραν τῆς τάφρου τὴν ἀντιπαραγωγὴν * ἄπωθεν τῷ τυράννῳ. Alienum utique ab hoc loco verbum παρεισπίπτων videtur. Satis opportunum foret παριππεύων, quod ſuaſit Reiſkius, niſi deſideraretur aliquid ad οἷς ἐχρῆτο τότε. Itaque nobis videtur vel οἷς ἐχρῆτο τότε παρίπποις ſcripſiſſe Polybius, quemadmodum mox verſ. 5. eoſdem, Polyænum & Simmiam, παρίππους Philopoemenis dicit; vel οἷς ἐχρῆτο τότε παρασπισταῖς, ac fortaſſe poſt παρασπισταῖς verbum παριππεύων adjecit, quibus e duabus vocibus male detortis & in unam contractis παρεισπίπτων fecerunt librarii. Sed, ut dicam quod res eſt, prorſus ſuperfluum fuerit ſive παριππεύων ſive quodvis aliud participium; quod Verſ. 2.

 ſive

Verſ. 2. ſive adjicias, ſive omittas, deſiderabitur tamen utique etiamnum verbum finitum ad τὴν ἀντιπαραγωγήν. Et commode ſane ἐποιεῖτο ſupplendum ſuſpicatus eſt Reiſkius. Quod ſi verbum hoc ἐποιεῖτο in locum vocis ἄπωθεν ſubſtitueremus, adverbium hoc quidem a nemine magnopere deſideraretur; ſed difficile fuerit intellectu, qui factum ſit, ut notum & obvium verbum ἐποιεῖτο in ἄπωθεν mutaverint librarii: quare hanc quidem vocem, quæ nihil utique incommodi habet, nequaquam ſolicitaverimus. De verbo ἀπωθεῖν cogitaſſe Caſaubonum, ex verſione ejus adparet: *in adverſam prorumpens ripam, tyrannum in altera ripa e regione obequitantem arcere & inde expellere inſtitit.* Sed quo pacto ſtructuram orationis intellexerit, difficile dictu eſt. παρεξήλαυνον ἀλλήλοις ἑκατέρωθεν, ait Plutarchus in Philopoem. p. 362. ὁ μὲν διαβῆναι καὶ φυγεῖν, ὁ δὲ τοῦτο κωλῦσαι βουλόμενος. De *Simmia* & *Polyæno* idem Plutarchus ſic ſcribit: οἵπερ ἀεὶ τῷ Φιλοποίμενι παρῆσαν μαχομένῳ καὶ συνήσπιζον.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Ἀναξίδαμος. — „Videtur in nomine *Anaxidami* error accidiſſe, non quod fieri non potuerit, ut duo quidam cognomines eidem pugnæ caſtris in adverſis intereſſent; ſed quod credibile non eſt, Polybium neutrum eorum aliqua nota ab altero diſtinxiſſe.“ REISKIVS. — Paulo poſt verſ. 5, ubi idem rurſus *Anaxidamus*, Machanidæ comes, commemoratur, *Anaximandrum* nominavit Caſaubonus in verſione latina, caſune neſcimus an conſilio. Ibidem vero Erneſtus *Anaxidami* nomen repoſuit.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. συναγαγὼν ἐκ μεταβολῆς ὁ Φιλοποίμην αὐτῷ. De συναγαγὼν nihil monuit Reiſkius. An intelligendum ἵππον? ERNESTVS: „συνάγειν τινι, *congredi cum aliquo cominus*, niſi pro συναγαγὼν αὐτῷ legendum συνάπτων αὐτῷ.“ — Nos quidem συνελαύνων cogitaveramus. „ἐκ μεταβολῆς videtur eſſe *equo in orbem circumacto;* quo ſcilicet incurſio ſua in Machanidam eſſet impetuoſior.“ REISKIVS. — ἐκ μεταβολῆς eſt *converſus*, *converſo equo*. Nempe cum id unice ageret Philopoemen, ne ſuperata foſſa

fossa elaberetur Machanidas, consentaneum erat, ut prævertere eum semper nonnihil cursu studuerit: itaque, simul transitum ille tentavit, converso equo in eum invectus est. Vers. 4.

Ibid. ἐκ διαλήψεως. Sic bene correxit Gronovius, & sic habet codex Vrb. Mendose ἐκ διαλείψεως ed. 1. 2. cum ceteris msstis. De ista phrasi conf. dicta ad II. 33, 6. — *Ibid.* ἐν χειρῶν νόμῳ. Imperite εὐχερῶν νόμῳ Reg. F. G. Tub. & Vesont. a pr. manu.

Vers. 7. Τεγεατῶν recte Casaub. cum Vrb. Aug. & Vrsin. τε γε αὐτῶν ed. 1. Reg. F. G. & Vesont. a pr. manu. Vers. 7.

Vers. 8. συνεβάλετο. συνεβάλλετο malimus cum Vrsino. — *Ibid.* τῆς δ' ἐχομένης correxit Casaub. cum Vrsin. τῆς δεχομένης ed. 1. ταῖς δεχομέναις Vrb. Aug. Reg. F. G. Ves. ταῖς δ' ἐχομέναις Tub. Vers. 8.

CAPVT XIX. Cap. XIX.

Præter reliquos codices msstos, habet rursus hoc Excerptum atque id sequitur usque ad cap. 33. codex noster Regius E. *Laudem Hannibalis*, quæ hoc cap. continetur, persecutus est Livius XXVIII. 12. in ejusdem anni ab V. C. 548. rebus, in quo anno versatam hic esse Polybii historiam intelligitur ex consecutione Excerptorum Antiquorum ex hoc libro XI. Conf. Polyb. XXIV. 9, 5. Argumentum.

Vers. 1. καὶ τὴν δύναμιν. Verba καὶ τὴν h. l. desunt Reg. F. G. Ves. & Tub. Vers. 1.

Vers. 3. ἑκκαίδεκα πολεμήσας ἔτη Ῥωμαίοις. πολεμίσας Reg. F. G. Vesont. ἔτι pro ἔτη Aug. Reg. F. G. Vesont. Ῥωμαίοις cum Vrsino correxit Casaubonus: sic vero perspicue dedit Reg. E. Ceteri Ῥωμαίους cum ed. 1. de qua constructione verbi πολεμεῖν diximus ad I. 15, 10. Quod autem *sedecim annos* dicit Polybius, omne tempus complectitur, quod in Italia Hannibal consumsit, quemadmodum ipse etiam satis indicat. Livius XXVIII. 12. *tredecim annos* ponit, nempe qui excurrerunt a prima invasione Italiæ ad hunc annum, in quo nunc versatur historia. Quod *septemdecim annos* Polybius scribit XXIV. 9, 5. numerat Vers. 3.

Verf. 3. fimul annum ab V. C. 535. quo Saguntum expugnavit Hannibal. — *Ibid.* καὶ πρὸς ἄλληλα. Deeſt h. l. πρὸς Reg. F, G. Veſ. Tub.

Ibid. οὐχ οἷον ὁμοεθνέσιν, ἀλλ' οὐδ' ὁμοφύλοις. Satis hinc patet, latius patere notionem vocabuli ὁμόφυλος, quam ὁμοεθνὴς, quod etiam in Adnot. ad I. X. 2. monuimus; ubi pro ὁμόεθνος, quod ibi poſuimus, reſcriptum ὁμοεθνὴς velimus ex hoc ipſo loco, in quo nunc verſamur; cum quo convenit quod I. 67, 3. pro vulgato ὁμοέθνων codex Aug. & Reg. A. ὁμοεθνῶν habet, quod ibi in contextum recipi debuerat. De REISKII ad h. l. adnotatione quid ſit ſtatuendum, viderint doctiores. „ὁμοεθνεῖς, ait, ſunt iisdem ἔθεσιν, moribus, veſtitu, lingua utentes; ut Græci omnes ſunt ὁμοεθνεῖς, quamquam diverſi ſunt origine, ut Cretes, Lacedæmonii, Arcades, Aetoli &c. ὁμόφυλοι ejuſdem naturæ, indolis, habitus corporis; ut Celtæ & Iberi inter ſe ὁμόφυλοι erant, non autem cum Libybus.“ —

Verf. 6. *Verſ.* 6. οὐδὲν ἂν τῶν προτεθέντων αὐτὸν διέφυγε. αὐτῷ pro αὐτὸν habet Reg. E.

Verf. 7. *Verſ.* 7. ἀπὸ τούτων. ὑπὸ τούτων ed. 1. temere & invitis msstis.

ap. XX.

CAPVT XX.

De rebus hoc anno a Scipione in Hiſpania geſtis confer Livium XXVIII. 12 ſeqq. & Appianum in Hiſt. Romanor. Hiſpanienſi cap. 25 ſeqq. ubi pro anno ab V. C. 547. annus 548. in margine debuerat notari. Sed multis quidem modis a Polybii Liviique narratione Appianus diſcedit.

Verf. 1. *Verſ.* 1. ἀθροίσαντες τὴν στρατείαν. Vide Adnot. ad I. 9, 3. — *Ibid.* ἀπὸ τῆς πόλεως τῆς προσαγορευομένης Ἰλίπας. Cum Ἡλίγγας vulgo omnes darent ſcripti editique, Caſaubonus in verſione ita ſcripſerat, *non longe ab urbe quam Elingam (alii Silpiam) nominant.* Et REISKIVS — „Legendum Σιλπίας, ait, e Liv. XXVIII. 12. neque latuit hoc Caſaubono, Ortelio, Xylandro, aliis.“ —

Nempe

Nempe & Xylander ad oram verſionis germanicæ Polybii ſic notaverat: „*Silpia* Livio." — At peræque ignota Geographis nomina ſunt ΗΛΙΓΓΑ & CΙΛΠΙΑ, ſed utrumque partim quoad ſcripturæ ductus, partim quoad pronunciationis ſimilitudinem vocalium H & I, proxime ad ΙΛΙΠΑ accedit; niſi quod CΙΛΠΙΑ ſigma literam præfixam habet, quod ſive caſu fieri potuit in libris Livianis, ſive eadem ratione, qua, quem Hiſpani populum Edetanos alii vocant, eumdem alii ſcriptores præfixa S litera Sedetanos nominant; ſive quod ipſe Livius, Polybii hunc locum ob oculos habens, literam ſigma, in quam terminatur vox præcedens, fugitivo oculo ad vocem ſequentem retulit, aut quod in exemplo Polybiano, quo is uſus eſt, per errorem repetita fuit litera ſigma. Eſt autem *Ilipa* ſatis notum Bæticæ Hiſpaniæ oppidum, ſæpius Straboni, tum Antonino, ſive quisquis eſt auctor Itinerarii, qui ſub ejus nomine prodiit, p. 411. & Plinio III. 1, 3. memoratum, in Bætica Hiſpania, ad Bætim fluvium inter Hiſpalin & Cordubam ſitum, haud procul a *Carmone* vel *Carmona*, in cujus viciania geſtas eſſe res eas, quas ad *Elingam* codices Polybiani, ad *Silpiam* Liviani libri accidiſſe produnt, Appianus ſcribit in Rebus Romanor. Hiſpan. c. 25 & 27. Quibus rationibus commotus, emendationem eam, quam in Adnotat. ad Appian. p. 235. jam propoſueramus, in contextum Polybianum recipere auſi ſumus. Verſ. 1.

Ibid. πρὸς ταῖς ὑπωρείαις. Librarii, perperam καὶ πρὸς ταῖς ὑπωρείαις ſcribentes, poſt vocem χάρακα aberraſſe primum fugitivo oculo ad illa verba καὶ προθέμενοι videntur, mox vero in viam rediiſſe.

Verſ. 2. ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους. Livius *quingentos* addit, & de hoc numero convenire fere inter auctores ſcribit. Appianus tamen, ab utroque horum ſcriptorum diſſentiens, *quinque millia* habet. Verſ. 2.

Verſ. 3. Κολίχαντα cum Vrſino correxit Caſaubonus. Mox vero verſ. 5. in Κολίχαντος (in genitivo caſu) libri conſentiunt omnes. conf. XXI. 9, 7. *Colcham*, *Colcam*, &, Verſ. 3.

 præ-

Verſ. 3. præpoſita *S* litera, *Scolcam* & *Sculcham* vocant Liviani codices XXVIII. 13. & XXXIII. 21.

Ibid. αὗται δ᾽ ἦσαν πεζοὶ μέν. Quod ſi verum eſt αὗτοι, quod cum ed. 1. habent codices omnes, interpretandum fuerit *ſoli*, vel *erant autem nonniſi pedites ter mille.* Sed id non ferre videtur ſermonis uſus. Ferri poterat οὗτοι, ſi id darent libri. δ᾽ ἦσαν οἱ πεζοὶ μὲν correximus ex Vrb. cui proxime accedunt Aug. Reg. E. & Vrſini codex, δ᾽ ἦσαν. πεζοὶ μὲν ſcribentes, abſque οἱ, quod nullo modo ſpernendum. Mendoſe vero δ᾽ οἱ πεζοὶ μὲν abſque ἦσαν editum erat. αὐτοὶ δ᾽ ἦ πεζοὶ habent Reg. F. G. Veſ. αὐτοὶ δὴ πεζοὶ Tub.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τῷ Κασταλῶνι καὶ τοῖς περὶ Βαίκυλα τόποις. Conf. ad X. 38. 7. Nil variant h. l. libri, niſi quod Βέκυλλα habet Reg. E. In Reg. F. primo Βαίβυλα fuerat, ſed mox eadem manu correctum Βαίκυλα. Ex Livii ratione (XXVIII. 13.) non longe aberat *Caſtulo* & *Bæcula* ab illo oppido, prope quod Aſdrubal caſtra habebat: non item ex ratione Polybii, qui *ab urbe Bæcula moviſſe caſtra Scipionem* ait verſ. 8 ſq. & eo profectum eſſe ubi conſediſſe hoſtem cognoverat.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Verba τὸ δ᾽ ἐπὶ uſque κινδυνεύειν perperam tranſiliit Reg. E. Pro ἔχοντας non opus eſt ut ἔχοντα corrigamus, quod voluit Gronov. in Notis msstis.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἐπὶ τὸ συγχρῆσθαι κατηνέχθη τοῖς Ἴβηρσι. ἐπὶ τὸ correximus ex Reg. E. Et ſic ſcribendum monuerant Reiſkius & Erneſtus. Cæterum clara in oratione miras turbas civit REISKIVS, ita ad hunc locum ſcribens: „Comma poſt συγχρῆσθαι eſt ponendum. κατηνέχθη τοῖς Ἴβηρσι eſt idem atque κατηνέχθη πρὸς τοὺς Ἴβηρας, *deſcendebat ad Iberos*, h. e. invitus quidem, ſed tamen eo deveniebat tandem, neceſſitate coactus, ut Iberis uti, ad objiciendam hoſti magnam ſpeciem, vellet. Dativus, ut aliâs ſæpe monui, eſt idem atque πρός τινα vel πρός τι &c.“ Imo naturalis conſecutio verborum perſpicue hæc eſt, κατηνέχθη ἐπὶ τὸ συγχρῆσθαι τοῖς Ἴβηρσι, quibus quidem verbis

verbis ea ipſa ſententia, quam expoſuit Reiſkius, ſubjecta eſt. Verſ. 7.

Ibid. φαντασίαν μὲν παρασκευάζειν. Sic perſpecte utique Caſaub. φαντασία ed. 1. cum msstis; e quo φαντασίᾳ cum jota ſubſcripto fecit Scaliger, nihil ſane proficiens.

CAPVT XXI.

Cap. XXI.

Verſ. 1. Μασσανάσσην ſcripſimus cum Reg. E. Et ſolet ſic fere conſtanter nomen hujus viri Polybius efferre, quemadmodum & Appianus. Μασσανίσσαν h. l. edidit Caſaub. & ſeqq. Μασσανίσσην habet ed. 1. cum msstis. Verſ. 1.

Verſ. 2. ἴσους τοῖς τῶν Καρχηδονίων. τοῖς cum Scaligero adjecit Caſaubonus, cum abeſſet ab ed. 1. & msstis. Abeſſe poſſe exiſtimavit Reiſkius; nobis ſecus videtur. Verſ. 2.

Verſ. 3. πολλοὶ μὲν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀναστρέφοντες διὰ τὸ παράδοξον τῆς ἐπιφανείας αὐτῶν τῶν ἵππων ἀπέπεσον· *Quibus repente & ex improviſo in Poenos irruentibus, multi confeſtim dum avertunt ſeſe in fugam, equis ſunt delapſi.* αὐτῶν ex Caſauboni ingenio eſt. αὐτὸ ed. 1. conſentientibus msstis. αὐτοὶ corrigere Vrſinus juſſerat. ἀπὸ τῶν ἵππων Scaliger, ſpecioſe omnino. In latina verſione preſſo pede Caſaubonum ſumus ſecuti. Ceterum fatemur, nobis etiam atque etiam ſuſpectam eſſe hujus loci integritatem. Certe, alia ut taceamus, quo pertineat illud τῶν ἵππων (vel ἀπὸ τῶν ἵππων ἀπέπεσον, haud ſane adparet. Nam ſive cum Caſauboni interpretationem probes, ægre intelligitur, quo pacto ſive Hiſpani ſive Numidæ equites, utrumque genus ſua arte clarum, dum in fugam ſe avertunt, *equis ſint delapſi*; (nam, telis quidem Romanorum fuiſſe dejectos, non dicit;) ſive ἀπέπεσον interpreteris *dejecerunt ſe*, (quemadmodum in Fragm. a Suida conſervato, neſcimus an ſatis recte, interpretati ſumus, in Reliquiis ex lib. XXXV. cap. 5, 2.) mirum debebit videri, quæ cauſſa equites, fuga ſalutem petentes, commoverit, ut in pedes ſeſe conjicerent. Livius XXVIII. 13. eamdem Verſ. 3.

 rem

Verſ. 3. rem exponens, quam hoc capite Polybius narrat, pro Polybii verbis ſupra ſcriptis hæc habet: *Hi* (ſcilicet *Scipionis equites, improviſò in effuſos incurrentes) promtiſſimum quemque, & proxime vallum, atque in ipſos munitores primum invectum, vixdum prælio inito, fuderunt.* Numidarum Appianus meminit, (Hiſpan. c. 25.) miſſis eminus telis fuga ſe recipientium, moxque converſis equis denuo in hoſtem procurrentium.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τῇ δὲ παρὰ τῶν καταβαινόντων ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἱππεῦσιν εὐχειρίᾳ. — „Videtur *velites* illos deſignare, qui pone equites quique ſuos in equis ſedebant, pugna autem commiſſa & fervente deſiliebant, & equos hoſtiles ſuffodiebant, aliiſque modis incommodabant hoſtibus; quod militum genus eſt A. V. 542. inſtitutum: vide Liv. XXVI. 4." REISKIVS. — De velitum iſto genere altum in hujus rei expoſitione & apud Livium & apud Appianum ſilentium. Nec Polybius ſatis aperte de his loquitur. confer cap. 23, 1. Ceterum, *ipſos equites Romanos promtos & expeditos fuiſſe* πρὸς τὸ καταβαίνειν καὶ ταχέως ἀναπηδᾷν ἐπὶ τοὺς ἵππους, docet Polyb. VI. 25, 4. In εὐχειρίᾳ conſentiunt libri omnes, quemadmodum & in εὐχειρίαις, XI. 13. 3. Vtroque loco *dexteritatem, habilitatem, agilitatem, ſolertiam* ſignificat id nomen. Cæterum de eodem REISKIVS monuit: „Videtur εὐχειρία aliud eſſe, quam εὐχέρεια: Quamquam ejuſmodi ſubſtantiva a χεὶρ deducta ſolent ει in ε mutare, ut εὐχερὲς, δυσχερής. Et infra quoque p. 976. 35. [XV. 13, 1.] εὐχέρεια legitur eodem ſenſu, quo hic εὐχειρία, *habilitas agiliter movendi corporis, & armorum expedite tractandorum.* Pag. 1174, 24. [nobis XXIII. 1, 8.] εὐχειρία καὶ τόλμη conjunguntur; [quemadmodum XV. 13, 1. εὐχέρεια καὶ τόλμα; ubi *velocitatem* interpretatus eſt Livius. Sed & eodem loco modo memorato, XXIII, 1, 8. codex Bav. εὐχέρεια habet: eodemque modo εὐχέρεια καὶ τόλμα junguntur XXIV. 5, 6. Confer & XVI. 19, 1.] In Diodoro non eumdem modum tenuit Weſſelingius: nam p. 588. penult. εὐχειρίαις edidit, pro vulgato εὐχερείαις,

ρείαις, auctore Stephano. vid. not. 83. Rursus p. 658, 7. reliquit vulgatam εὐχερίαις." — Εὐχειρία apud Suidam exponitur ἡ διὰ χειρῶν εὐκινησία, id est, *manuum agilitas*. Εὐχέρεια vero, εὐκολία, id est, *facilitas*; qua notione id nomen accipitur apud Polyb. VI. 42, 1 & 5. Rursus apud eumdem Polyb. XVI. 18, 3. in vitio ponitur εὐχέρεια, & cum ἀπειρία conjungitur, denotatque *levitatem*, vel *nimiam celeritatem*, *præcipitantiam*. Vers. 4.

Vers. 5. ἴλας. εἴλας Aug. εἵλας Reg. E. F. G. Ves. Tub. *Ibid.* τὴν αὐτῶν παρεμβολὴν cum Scalig. correxit Casaub. ὑπὸ τὴν αὐτὴν παρεμβολὴν ed. 1. Aug. Reg. E. F. G. Tub. ὑπὸ τὴν παρεμβολὴν Vesont. absque pronomine. Vers. 5.

Vers. 6. θαρσαλεώτερον. θαρραλεωτ. Reg. E. Vers. 6.

Vers. 7. ὥρμησαν ἐπὶ τὸ κρίνειν correxit Casaub. cum Scalig. Sic vero plane Reg. E. ἐπὶ τῷ κρίνειν ed. 1. Med. Aug. Reg. F. G. Vesont. Vers. 7.

CAPUT XXII. Cap. XXII.

De totius pugnæ ordinatione, quæ inter Asdrubalem Gisconis fil. & Scipionem pugnata est, diligenter commentatus est Guischardtus in *Memoires Militaires* Tom. I. cap. XI.

Vers. 2. τὰ δὲ θηρία. δὲ deest Reg. F. G. Vesont. Vers. 2.

Vers. 3. τῇ μὲν ὥρᾳ προσανατείνειν, nempe τὰς ἐξαγωγάς, *quoad horam diei magis etiam extendere* vel *protrahere eductiones*, *magis in longum ducere* (quod aliâs ἀποτείνειν græce dicitur) *eductiones*, id est, *serius etiam educere copias*. Hanc sententiam & admittere videtur græcum verbum, & manifeste poscere oppositionis ratio; nam deinde, quo die pugnaturus erat, *omnia contraria fecisse Scipionem* ait scriptor vers. 5. & *primo mane eduxisse*, priusquam de egrediendo Asdrubal cogitaret. Sic & Livius interpretatus est, XXVIII. 14. *prior Asdrubal in aciem copias eduxit; deinde & Romani processere*. Et rursus: *prior semper Poenus copias castris educebat*. Quamquam & illud adjicit, quod Polybius non habet: *a Poeno prius*, *deinde ab Romano* Vers. 3.

Vers. 3. *Romano in castra copiæ reductæ.* Rursusque: ***prior fessis stando signum receptui dabat.*** Quæ Livii adsumenta, nescimus quo pacto, Casaubonum in errorem duxerunt, ut illa Polybii verba, τὸν Ἀσδρούβαν ὀψὲ ποιούμενον τὰς ἐξαγωγὰς, contra constantem & neutiquam dubium sermonis usum, sic interpretaretur, *Asdrubalem vesperi semper priorem copias reducere in castra;* tum ut illa, αὐτὸς εἰωθὼς τῇ μὲν ὥρᾳ προσανατείνειν, his latinis redderet, *ipse assuetus morari in campo aliquamdiu post Poenum.* Quarum interpretationum priorem tacite probavit REISKIVS, posteriorem disertis etiam verbis vindicare & illustrare conatus est. — „τῇ μὲν ὥρᾳ προσανατείνειν, inquit, id est, ἀνατείνειν τὸν στρατὸν vel τὴν ἐπιμονὴν τοῦ στρατοῦ ἐν τῇ παρεμβολῇ, μέχρι πρὸς τὴν ὥραν, *extendere exercitum,* h. e. *stationem exercitus, in acie instructa & in conspectu hostium, usque ad seram vesperam.*" — Rursus in aliam partem discessit ERNESTVS, in Lexico Polybiano ita scribens: προσανατείνειν τῇ ὥρᾳ, *eodem tempore,* quo nempe hostis solebat, *educere copias in aciem.* Ita contextus jubet, ut opinor." — Iudicet eruditus Lector: nobis de ea interpretatione, quam paulo ante exposuimus, & in versione latina sub contextu retulimus, nullum dubium esse debere videtur.

Ibid. παρεμβάλλειν ex ing. correxit Casaub. Teneri vero poterat παρεμβαλεῖν, in quod consentiunt scripti libri. — *Ibid.* προέθετο recte Casaub. ex ora ed. 2. recepit: sic vero unice habet Reg. E. Ceteri mendose προσέθετο, ut ed. 1. in contextu. — *Ibid.* κρίνειν. — „*decernere,* scil. τὴν ἀμφισβήτησιν, *litem, decretoria pugna contentionem decidere & finire.*" REISKIVS. — *Ibid.* τἀναντία τοῖς. τἀναντίοις προειρημ. ed. 1. temere & invitis msstis. — *Ibid.* συνήργησε. συνείργησε Reg. E. quod amplexurus fuerat Ernestus, si cognitum habuisset, qui II. 10, 3. sua auctoritate συνήργουν in συνείργουν mutavit. Sed augmentum hujus verbi constanter η, non ει, facit Polybius.

Vers.

Verf. 4. ἅμα γὰρ τῷ φωτὶ &c. ἅμα γὰρ ὡς φωτὶ ed. 1. temere & contra librorum omnium fidem. Rem vero paulo commodius tradit Livius, non, ut mane demum hoc imperium dederit Scipio, fed — „*tesseram*, inquit, *vesperi per castra dedit, ut ante lucem viri equique curati & pransi essent.* — *Ibid.* καὶ τοῖς στρατιώταις, ἀριστοποιησαμένους &c. Ferenda hæc videntur, neque ullo modo folicitanda. ἐξάγειν enim non folum de ducibus, verum etiam de militibus & de toto exercitu ufurpatur. Nec tamen filentio prætereunda emendatio, quam Scaliger adferendam putavit: παρήγγειλε πᾶσι τοῖς χιλιάρχοις, τοὺς στρατιώτας ἀριστοποιησαμένους &c. Verf. 4.

Verf. 6. παρενέβαλε recte Cafaub. cum Vrb. Aug. Reg. E. & Vrfino. παρέβαλε ed. 1. Med. Vef. παρέμβαλε Reg. F. G. — *Ibid.* ἐναντίως Cafaub. confentientibus msstis. Temere ἐναντίους ed. 1. — *Ibid.* Ad τὰ τῶν Ῥωμαίων non folum intelligendum, fed fupplendum adjiciendumque videtur vocabulum στρατόπεδα. Verf. 6.

Verf. 8. οὐ πολὺ τῆς παρωρείας. Poterat interferi πρὸ præpofitio, ut voluit Reifkius. Sed quandoquidem πολὺ hic idem valet ac μακρὰν, poterit fortaffe & fimpliciter, quemadmodum ipfum μακρὰν, cum genitivo cafu confirui, intellecta præpofitione ἀπό. Inter τῆς & παρωρείας afterifcum inferuerat ed. 1. quem delevit Cafaubonus: præpofitionem ἀπὸ ante τῆς παρωρ. adjectam voluit Scaliger. *Ibid.* ποιούμενοι τὴν ἔκταξιν. Sic Cafaub. ex ingenio; & id fuadere videtur cum id quod præceffit, οἱ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν, tum quod fequitur καθάπερ ἦν ἔθος αὐτοῖς. ποιούμενος τὴν ἔκταξιν ed. 1. confentientibus msstis. Verf. 8.

Verf. 9. ἐπειδὴ δέ. δὲ deeft Reg. E. Voluit fortaffe ἐπεὶ δέ. Verf. 9.

Verf. 10. τὸ τηνικαῦτα δέ. Conf. Adn. ad I. 29, 6. — *Ibid.* διαδεξάμενος. δεξάμενος fine præpofitione voluit Reifkius: fine neceffitate; vide III. 115, 4. Nec obfcura eft diftributiva vis, præpofitioni διὰ inhærens. Cæterum in eadem re utique & fimplici verbo aliâs utitur Polybius, Verf. 10.

veluti

Verf. 10. veluti III. 73, 6. — *Ibid.* σημαίαις correxit Cafaub. σημέιαις ed. 1. cum msstis, pervulgato librariorum errore. Vide ad I. 33, 9.

Ibid. πρῶτον μὲν τοὺς γροσφομάχους, ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς ἱππεῖς, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐπιβαλεῖν μετωπηδὸν ποιούμενος τὴν ἔφοδον. Sententia haud obfcura, quam his ipfis verbis, quæ in latina verfione tenuimus, expreffit Cafaubonus: *velites prius, ac deinceps equites: ac mox æquata primo univerfæ aciei fronte ire in hoftem coepit.* In græcis verbis turbatum nonnihil effe, nemo non videt. Nempe verbum finitum, ut aiunt Grammatici, omnino defideratur. — „Aut ἐπιβάλλει legendum; ait REISKIVS: aut σχηματίζεται ἐπιβαλεῖν, *eam de fe fpeciem dabat, ac fi vellet accedere.*" — Expeditiffima ratio fuerit, ut ἐπιβάλλει legamus, fcil. ἐπὶ τοὺς πολεμίους vel τοῖς πολεμίοις, *in hoftem perrexit, progreffus eft, adverfus hoftem fucceffit, adpropinquavit hofti.* Quam in fententiam ἐπέβαλλεν apud Homerum Odyff. XV. 296. per προσήει interpretatus eft fcholiaftes: eademque fere notione apud Polybium idem verbum frequentatur, II. 24, 17. III. 10, 1. IV. 78, 7. XII. 10, 2. aliisque locis, quæ Lexicon Polybianum indicabit, quorum tamen nullus eft, qui huic noftro prorfus fimilis videatur. Qui ufus verbi paulo infolentior, nude ac fimpliciter pofiti pro *progredi, pergere,* poftquam præcefferat ἔμενον οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἡσυχίαν ἔχοντες, adduxerat nos, ut fufpicaremur, verbum hoc ἐπιβάλλει ad τοὺς ἱππεῖς fortaffe effe referendum, &, quemadmodum παρεμβάλλειν fignificat *in acie locare,* fic ἐπιβάλλειν denotare *locare poft alios,* ut hoc dixerit Polybius, *primo velites, tum, poft hos, equites locaffe Scipionem.* Sed hanc quidem fufpicionem minime nunc urgentes, in ea ratione, quam fupra expofuimus, adquiefcendum putamus. Diverfus paululum ejufdem verbi ufus eft, qui mox eodem hoc libro XI. c. 23, 2. occurrit, ἀεὶ τῶν ἑξῆς ἐπιβαλόντων, nempe τοῖς προπορευομένοις, *pofterioribus femper fuccedentibus,* vel *adplicantibus fe ad fuperiores;* ubi idem fere eft ἐπιβάλλειν

λεῖν ac ἕπεσθαι vel ἀκολουθεῖν, quemadmodum VI. 40, 4. qui usus optimis quibusque græcis scriptoribus satis familiaris est.

Verf. 11. ἀποσχὼν δὲ περὶ στάδιον. Perspecte Guischardtus monuit, motus illos, qui mox commemorantur, a Scipionis exercitu nullo modo potuisse peragi postquam non amplius *stadium*, id est *CXXV passus*, ab hoste abfuit; adeoque non dubitandum esse, intercidisse in græcis verbis *numeralem notam:* quod etiam ex cap. 23, 3. intelligi poterat. Commode vero succurrit Livius XXVIII. 14. qui peractos illos motus docet, cum *quingentos passus* acies inter se abessent; id vero est περὶ δ' σταδίους. Compendium scripturæ, quo denotatur terminatio ους, parum differt ab ea quæ terminationem ον indicat. Quod si statuas, περὶ έ σταδίους scripsisse Polybium, id est, *circa quinque stadia;* facilius etiam intelligetur, quo pacto litera ε intercipi a sequenti litera *sigma* potuerit, ob similitudinem illam duarum literarum, de qua diximus ad XI. 9, 5. Verf. 11.

Ibid. τὸν αὐτὸν τρόπον. — „subaudi ὃν ἐποιοῦντο πρὸ τοῦ." REISK. — Livius: *Hispanos presso gradu incedere jubet.* conf. c. 23, 3. — *Ibid.* Ante τῷ μὲν δεξιῷ deesse suspicatus erat Reiskius hæcce verba: τῶν δὲ Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων τῶν ἐν τοῖς κέρασι. Si quid deest, nil amplius desiderabitur, quam τῶν δὲ κεράτων, nam *in cornibus stetisse legiones Romanas* jam dixerat verf. 6. Quod si quis nullam agnoscere lacunam vellet, pro τῷ μὲν δεξιῷ legendum foret τῷ δὲ δεξιῷ, & haud incommode fortasse subintelligi poterat nomen κέρατι.

Ibid. τὰς σημαίας καὶ τὰς ἴλας. Rursus σημείας ed. 1. cum msstis, & εἴλας Aug. εἴλας Reg. E. F. G. Vesont, & sic mox rursus iidem cap. 23, 1. Conversio, de qua hic agitur, & motus obliquus, de quo mox, pertinebant ad diducenda cornua aciei Romanæ, & ad frontem æquandam fronti hostis, cujus exercitus pæne duplo major erat; simul vero eo valebant, ut Romanæ legiones prius adgre-

deren-

derentur cornua hostium, quam mediæ acies concurrere possent. Confer c. 23, 5 & 7. & Adnot. ad. c. 23, 1. Adde Liv. XXVIII. 14.

Cap.XXIII.

CAPVT XXIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. Λεύκιος δὲ Μάρκιος. δὲ perperam deest ed. 1. & msstis. Λεύκιος Μάρκιος δὲ ex conject. edidit Casaub. Nos quidem vestigia secuti sumus codicis Reg. E. in quo est Λεύκιος ὁ Μάρκιος, & concinnius visum est conjunctionem inter utrumque nomen mediam interserere.

Ibid. καὶ πρὸ τούτων (scil. ἱππέων) γροσφομάχους τοὺς εἰθισμένους, *& ante hos (equites,) sumens velites, qui illos comitari consueverant.* confer c. 22, 10. & 21, 4. ibique notata.

Ibid. καὶ τρεῖς σπείρας· τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ Ῥωμαίοις κοόρτις. *& tres manipulos: hoc autem militum corpus apud Romanos vocabatur* c o h o r s. REISKIVS: „scilicet unaquæque σπεῖρα vocatur a Romanis *cohors.*" — Nempe ita & Livius: *cum ternis peditum cohortibus*: sed id contra constantem Polybii usum, apud quem σπεῖρα in exercitu Romano *manipulus* est, & manifeste synonyma sunt σημαία, σπεῖρα, τάγμα & τάξις, quemadmodum satis & abunde adparet ex VI. 24, 5—8. (ubi vide Adnot. ad vers. 5.) XV. 9, 6 seq. XV. 13, 7. Itaque recte hoc loco Casaubonus: *itemque spiras sive manipulos ternos, quot nempe Romanam cohortem conficiunt.* Nempe tres manipuli, unus hastatorum, alter post hunc principum, tertius triariorum, qui manipuli in dextro cornu dextimi steterant, in sinistro cornu sinistimi, iidem nunc (conversione hinc ad sinistram, illinc ad dextram facta) primi stabant, fronte hinc ad dextram, illinc ad sinistram conversa. Vtrimque igitur primos illos *tres manipulos (qui simul sumti cohortem unam Romanam efficiebant) sumserunt imperatores*, & progredi jussos in linea fronti hostium parallela, quoad opus erat ut cornu quodque Romanum cornu oppositum hostium exæquaret, deinde *hinc sinistrorsum, illinc*

dextror-

dextrorsum fregerunt, περικλάσαντες (*vers.* 2.) id est, novam conversionem in dextro cornu sinistrorsum, in sinistro cornu dextrorsum facere jusserunt, atque ita *rectis ordinibus citato gradu in hostem duxerunt*. Horum deinde exemplum, servata commoda ratione, sequebantur tres sequentes manipuli, (id est altera cohors,) & in dextro cornu ad lævam, in sinistro cornu ad dextram trium superiorum, justo servato intervallo, locum ceperunt; & sic porro. Equitum &, qui cum his pugnabant, velitum contraria ratio erat, ut docet vers. 4 & 5. Vers. 1.

Vers. 2. πλήν. — „πλὴν est hic loci *igitur*, vel *sed*, ut Cicero sæpe usurpat: *eorum igitur*, *sed eorum*, aut *ut itaque redeam ad id quod coepi dicere.*" REISKIUS. — Conf. ad cap. 16, 5. & 17, 1. Vers. 2.

Ibid. οἱ μὲν ἐπ' ἀσπίδα περικλάσαντες τούτους. Oportebat proprie ὁ μὲν, nam ad *Scipionem*, qui in dextro cornu erat, hoc refertur: sed sæpe a singulari numero ad pluralem convertitur Polybius, & οἱ μὲν intelligendi sunt οἱ περὶ Σκιπίωνα, *Scipio & ejus adjutores*. De περικλάσει conf. X. 21, 6. & XI. 12, 4. — *Ibid.* οἱ δὲ περὶ δόρυ: ἐπὶ δόρυ ante Reiskium jam correxerat Scaliger, & Casaub. in ora Basil. idque in contextum haud cunctanter recipi debuisse videtur. Quod autem ὁ δὲ ἐπὶ δόρυ legendum idem Reiskius contendit, id est, *Scipio autem ad dextram*; in eo quidem, si quid videmus, a mente scriptoris prorsus aberravit vir doctus.

Ibid. προῆγον ὀρθίους, *duxerunt rectos*, vel *rectis ordinibus*. Sic rursus vers. 3. προσέβαλλον τοῖς κέρασιν ὀρθίαις ταῖς Ῥωμαϊκαῖς δύναμεσι. Id Guischardtus *conduire en colonnes* interpretatur, percommode: subtilius tamen si quæras, ex eis, quæ Lipsius collatis inter se verbis Polybii XV. 9, 7. Liv. XXX. 33. & Appiani Punic. cap. 41. docuit, (de Milit. Rom. IV. 1. p. 154.) colligere licet, dictionibus his, προῆγον ὀρθίους ἐπὶ τοὺς πολεμίους, & προσέβαλλον τοῖς κέρασιν ὀρθίαις ταῖς Ῥωμαϊκαῖς δυνάμεσι, hoc maxime significatum voluisse Polybium, manipulos quos-

Verſ. 2. que tres, haſtatorum, principum & triariorum, qui unam cohortem efficiebant, non jam, ut aliâs moris erat in acie Romana, in quincuncem, ſed *recta linea alium poſt alium fuiſſe diſpoſitos*, ita, ut inter duas quasque cohortes via recta per omnes tres manipulos pateret. Quo genere aciei idem Scipio rurſus in pugna cum Hannibale uſus eſt, ut eſſet ſpatium, quo elephanti hoſtium accepti nihil ordines turbarent, ut ait Livius l. c. Confer Frontin. Strateg. II. 3, 16. & quæ ibi notavit Tennulius. Ceterum ſæpius hac phraſi, *ὀρθίοις λόχοις ducere*, Appianus utitur, *rectis ordinibus ducere*, id eſt, *longis, nec multum in latitudinem patentibus.*

Ibid. ἐνεργῆ ποιουμ. τὴν ἐφ. validum impetum, vel *citato gradu impetum fecit;* quemadmodum Livius h. l. habet; *citato gradu in hoſtem ducebant;* ſcilicet Hiſpanis interim, qui in medio ſtabant, *βάδην* id eſt, preſſo & lento gradu progredientibus, ut ait Polyb. verſ. ſeq. Sic *ἐνεργὸν* apud eumdem VIII. 16, 7. Suidas interpretatur *ἐπιτεταμένον* & *σύντομον* vel *σύντονον*. Et XI. 10, 8. *ἐνεργῶς* idem valet ac *μετὰ σπουδῆς*. De vocab. *ἐνεργὴς* conf. notata ad I. 1, 2.

Ibid. ἀεὶ τῶν ἑξῆς ἐπιβαλόντων. ἐπιβαλλόντων in præſ. temp. ſcripſiſſe putemus Polybium. De verbo iſto diximus ad cap. 22, 10. — *Ibid. καὶ κατὰ περίκλασιν ἑπομένων.* Livius: *ſequentibus in obliquum* aliis. *καὶ* (dubitamus quidem an merito) delendum cenſuit Reiſkius, ut natum e proximo *κατά*. Et habent quidem *καὶ τὰ* pro *καὶ κατὰ* Reg. F. G. ſed ceteri in *καὶ κατὰ* conſentiunt.

Verſ. 3. *Verſ. 3. ἐν τῇ κατὰ πρόσωπον πλευρᾷ.* De Hiſpanis hoc dicit, qui *in media* Romanorum *acie* ſtabant. Scilicet motus, qui in cornibus peragebantur, univerſæ aciei Romanæ ſpeciem *forcipis*, vel *ſinus*, ut ait Livius, præbebant: ejus ſinus ſive forcipis duo utrimque obliqua latera, duo cornua erant; *pars hoſti ex adverſo oppoſita*, & *adverſa fronte in hoſtem directa*, ipſa *media acies* erat.

Ibid.

Ibid. τῷ βάθην ποιεῖσθαι τὴν ἐπαγωγήν. Livius: *ſinus in medio erat, qua ſegnius Hiſpanorum ſigna incedebant.* conf. cap. 22, 11. Verſ. 3.

Ibid. προσέβαλλον τοῖς κέρασιν ἀμφοτέροις τοῖς τῶν ὑπεναντίων ὀρθίοις ταῖς Ῥωμαϊκαῖς δυνάμεσι. Sic omnino, ut perſpecte Reiſkius monuit, corrigenda fuit oratio, & importuna poſt ὀρθίαις diſtinctio tollenda. Idem eſt, ac ſi dixiſſet προσέβαλλον ἀμφοτέροις τοῖς τῶν Καρχηδονίων κέρασι μετ᾽ ὀρθίων τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων.

Verſ. 4. αἱ δὲ μετὰ ταῦτα κινήσεις - - τὴν ἐναντίαν εἶχον διάθεσιν ἀλλήλαις &c. Nil aliud dicit, niſi quod ad verſ. 1. monuimus, ſcil. inſequentes peditum cohortes, ſimili converſione flexioneque facta, in dextro cornu ad lævam ſuperiorum, in ſiniſtro cornu ad dextram conſtitiſſe: quo factum eſt, ut, iſtis motibus peractis, pedites in quoque cornu rurſus eo ordine ſtarent, quo antea eſſent locati. conf. notata ad verſ. 1. Sed *equitum, &, qui cum his erant, velitum, contraria ratio atque peditum erat.* Hi enim (*verſ.* 5.) poſt peditum terga circumibant, & ita ſeſe locabant, ut *in dextro cornu* priores turmæ cum ſuis velitum globis *ad dextram peditum* conſiſterent, & ſequentes deinde turmæ, ut quæque proxima erat, ſic *ad dextram priorum* locum caperet. Id nempe neceſſe fuiſſe videtur, ut latera peditum ſtatim tecta eſſent. Parique modo *in ſiniſtro cornu* primæ, quæ a tergis peditum circumiverant, equitum turmæ peditibus *a læva* ſeſe adplicabant, &, ut quæque ſequebatur turma, ita a læva ſuperioris locum capiebat. Quo fiebat, (*verſ.* 7.) ut equitum turmæ nunc contrario ordine locarentur, ac fuerant ante: nempe *quæ antea in quoque cornu a dextra ſteterant, eæ nunc in eodem cornu a ſiniſtra ſtabant, & vice verſa.* Quæ res videri quidem poterat aliquid incommodi habere, quod equitum ordines nunc inverſa ratione ſtarent atque ante ſteterant ſolitique erant. Sed illud incommodum *parum curabat Scipio,* (*verſ.* 8.) quia exiguum erat, & *quia, illis peractis motibus, id conſecutus erat, quod majoris erat momenti;*

Verſ. 4. (beside line "Verſ. 4."); Verſ. 5. (beside "(verſ. 5.)"); Verſ. 6. (beside "in ſi-"); Verſ. 7. (beside "piebat."); Verſ. 8. (beside "Scipio,")

ſcilicet ut ſatis nunc diductam & porrectam aciem haberet, *ut hoſtium cornua non ſolum a fronte urgere, ſed & circumductis alis in latera ejus incurrere poſſet.* conf. Liv. XXVIII. 14 extr.

Verſ. 4. In græcis verbis pauca monenda ſuperſunt. *Verſ.* 4. ἐπιπαρεμβάλλοντες ἐπὶ τὴν αὐτὴν εὐθεῖαν τοῖς ἡγουμένοις. De verbo ἐπιπαρεμβάλλω diximus ad III. 115, 9 ſq. Præpoſitionem ἐπὶ, quae utique deſiderabatur, ex ingenio adjecit Caſaubonus, cum ignorarent eam libri omnes. τῆς ἡγουμένης mendoſe dabat ed. 1. cum Med. Recte τοῖς ἡγουμένοις ceteri omnes. — *Ibid.* Duæ lineæ, ἀλλήλαις &c. uſque ἱππεῦσιν, deſunt Reg. E. — *Ibid.* καὶ κατὰ μέρος. καὶ ante κατὰ deeſt ed. 1. & msstis. Ex ingenio recte adjecit Caſaub.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. παρενέβαλλον in imperf. tempore prætulimus cum Aug. Reg. E. F. G. Veſont. Nil autem opus videtur, ut ἐπιπαρενεβ. cum Reiſkio corrigamus.

Verſ. 7. Quæ *verſ.* 7. ait Polybius, ἐγεγόνει μὲν οὖν &c. in alienam prorſus ſententiam, ſi quid videmus, detorſit REISKIVS, ita ſcribens: „Efficiebatur ab illa ὑπερκεράσει ſeu circumfuſione copiarum Romanarum circum cornua Carthaginienſium, ut, quod cornu Carthaginienſium dextrum fuiſſet Romanis, in prima ſtatione ſtantibus, id idem jam eſſet ab ipſorum ſiniſtra; & contra ex altera parte, ſimili modo." —

Verſ. 8. *Verſ.* 8. οὐ μικρὸν λόγον θέμενος. Recte ſic edd. Mendoſe οὐ μικρὸν Aug. Regii tres, Veſont.

Cap. XXIV.

CAPVT XXIV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τῆς τούτων. τῆς τούτου Reg. E. male. — *Ibid.* τὰ μὲν θηρία, διὰ τῶν γροσφομάχων καὶ τῶν ἱππέων ἀκοντιζόμενα. Non diſſimulanda eſt difficultas, quam h. l. REISKIVS notavit. — „In prima quidem, ait, exercitus Romani ſtatione poterat levis armatura in elephantos hoſtium, utpote fronti eorum præductos, incurrere. Sed in hac nova ſtatione qui poterant? qui oppoſiti nunc ſtarent

rent extremis cornubus Carthaginienſium, ubi nulli eſſent elephanti? vid. p. 891, 28. [cap. 22, 2.] ubi ait, Magonem conſueviſſe elephantos ante cornua ſtatuere, h. e. in fronte cornuum, non a latere cornuum; κατὰ ζυγὸν, non κατὰ στίχον." — Etiam Livius XXVIII. 14. ſcribit: *erant autem utrimque Hiſpani pro cornibus: ante Punicam aciem elephanti caſtellorum procul ſpeciem præbebant.*" — Sed videtur nunc Haſdrubal, cum videret, Romanos aciem ſuam ultra Poenorum cornua diduxiſſe, equitesque Romanos cum velitibus jam in eo eſſe, ut in latera Hiſpanorum, qui pro cornibus ſtabant, impetum facerent, elephantos ad ipſam cornuum extremitatem, atque etiam ad latera cornuum egiſſe, ut ea ab impetu equitum velitumque Romanorum iſto elephantorum præſidio defenderentur. Verſ. 1.

Ibid. ὑποπεσόντας. Vitioſe & invitis msstis ὑποπεζόντας ed. 1.

Verſ. 2. ὅπερ ἦν. ὁ παρῆν ed. 1. perperam & invitis codd. Verſ. 2.

Verſ. 3. λιπόντες. λιποῦσι ora ed. 1. imperite & invitis msstis. Verſ. 3.

Verſ. 4. συνεστάναι. Sic recte omnes II. 69, 1. & alibi. Præteritum quidem verbi ἵστημι & compoſitorum, contra uſum terſiorum diligentiorumque ſcriptorum græcorum, notione paſſiva vel neutrali, quam dicunt, ſubinde uſurpare Polybium vidimus, monitumque a nobis eſt ad III. 94, 7. ſed præſens activum, notione paſſiva aut neutrali uſurpatum, nuſquam putamus, niſi librariorum errore, invenitur. Verſ. 4.

Verſ. 6. Cum defectus notam ante συμβεβηκέναι poſuiſſet Caſaubonus, monuit REISKIVS: „Si quid deeſt, (videri enim poſſit nihil deeſſe,) plus nil deeſt quam μάχεσθαι." — Imo nihil deſideratur. συμβεβηκέναι idem valet ac συνιέναι, *congredi.* Id ſi non placet, vide an συμβεβληκέναι malis cum Scaligero. At τοῖς χρησιμωτάτοις neutiquam ſolicitari debet, quod in τοὺς χρησιμωτάτους mutatum idem Scaliger voluit. Eſt enim dativus ille per ellipſin Verſ. 6.

 præ-

præpositionis σὺν intelligendus, & cum sæpe aliàs, tum in illo, συνέβαλον πρῶτον τοῖς θηρίοις, *concurrerunt primo cum elephantis, ab elephantorum pugna inceperunt prælium.*

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἔφυγον. Placet ἔφευγον, quod habet Reg. E.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. Ἰλούργεια. Ἰλυργία Appiano Hiſp. c. 32. *Illiturgis* Livio XXVIII. 19. Ἰλουργὶς Ptolem. II. 4. in Turdulis.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τὸ δὲ τετηκὸς &c. Polybium nominatim auctorem hujus fragmenti Suidas citat. Hiſtoriam, e qua decerptum eſt, habes apud Livium XXVIII. 23. cujus non meminerat Caſaubonus, cum ad Corinthi incendium & ad æs Corinthiacum referret, in Fragm. Polybii ex Suida collectis num. XLVII.

Cap. XXV. CAPUT XXV.

Ex media narratione decerpta eſt hæc Ecloga. Totam hiſtoriam illius *ſeditionis militum Scipionis* habes apud Liv. XXVIII. 24 ſeqq. & Appian. Hiſp. c. 34 ſeqq.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ὅμως οὐδέποτε μᾶλλον. Placet conjectura, quam in ſchedis ſuis Gronovius conſignavit, ὅμως ὡς οὐδέπ. μᾶλλον.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. γενομέναις εὐμαρὲς βοηθῆσαι. Sic recte Caſaub. cum Reg. E. Perperam γενομένας ed. 1. cum ceteris msstis. — *Ibid.* εὐμαρές. εὐμαρῶς idem Reg. E. male.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ex conject. correxit Caſaub. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ed. 1. conſentientibus msstis, qui nempe initio verſ. 1. ignorant γὰρ, & illa καθάπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων cum præcedentibus connectunt.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τοῖς ἐφιστάνουσι recte dant codd. noſtri omnes, Vrb. Aug. Regii tres, Veſ. Tub. Perperam τοῖς ἀφιστάνουσι edd. quibus favet putamus Med.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. καὶ ταραχάς. Vitioſe καὶ καταραχὰς ed. 1. Med. Veſ. Tub.

Verſ.

Verſ. 6. πλὴν ἑνὸς παραγγέλματος. Ferri hoc poſſe Reiſkius judicavit. Nos vero, quia conſentiens hæc eſt librorum ſcriptura, reſtituendam etiam cenſuimus. Intelligendum ex ſuperioribus δεομένη vel δεῖ, aut mente ſubintelligenda eſt tota phraſis, καὶ οὐδεμία ἐστὶ παρασκευὴ ἢ βοήθεια, *& nulla alia ratio eſt id malum præcavendi aut ei remedendi.* Similis mira & elliptica orationis conſtructio cum eadem particula πλὴν XII. 22, 1. μακρὸν ἂν εἴη λέγειν πάντα, πλὴν τελέως ὀλίγων. Intellige, διὸ οὐ λέξω, πλὴν τελέως ὀλίγων. Verſ. 6.

Verſ. 7. Bene habet τὸ μηδέποτε ἐᾷν, in quod conſentiunt libri omnes, ſcripti editique. Intellige τὸ μηδέποτε ἐᾷν ἐπὶ πολὺ ῥᾳθυμεῖν (τὰ στρατόπεδα ἢ τὰς πόλεις) καὶ σχολάζειν περὶ μηδὲν τῶν προειρημένων, nempe περὶ τὰς ἀντιπολιτείας καὶ στάσεις καὶ ταραχάς. Verſ. 7.

Verſ. 9. ταύτας perſpecte Caſaub. Refertur ad τὰς εἰσφοράς; quod nomen, quoniam, interjectis pluribus verbis, paulo remotius eſt a ſuo verbo ἀθροίζειν, repetit ταύτας, ut III. 21, 2. II. 14, 7. V, 111, 2. & ſæpe aliâs. Verſ. 9.

Verſ. 11. τοῦτο βούλωνται. βούλωνται τοῦτο Reg. E. Verſ. 11.

CAPVT XXVI. Cap. XXVI.

Verſ. 2. Τῶν δὲ χιλιάρχων διασαφούντων τὰ δεδογμένα. Perperam δεδομένα Reg. F. G. Veſont. Tub. in quo verbo & aliâs eodem modo peccarunt librarii noſtri. Verſ. 2.

Verſ. 5. In στάσεως libri conſentiunt: nec ulla res urget, ut in ἀποστάσεως mutemus cum Vrſino. — *Ibid.* εἰ δ' ἂν μὴ δύνωνται τοῦτο, — „ſcil. πείθειν, *quod ſi illis perſuadere nequeant,* ſcil. ut ſecum in idem tentorium ſuccedant hoſpitandi cauſa: vel ſubauditur ποιεῖν. Si duces ſeditionis tam ſint obſcuri homines, & tam abjectæ conditionis, ut eos dedeceat ad contubernium ſuum vocare, vel alias locus non ſinat.“ REISKIVS. — Recte vero εἰ δ' ἂν edd. quibuſcum conſentit putamus Mod. Nec tamen οἱ δ' ἂν omnino damnemus. Ceterum quod vocab. κατασκήνωσιν nimis ad literam de *commoratione in tentoriis* intelligit Verſ. 5.

Verſ. 5. REISKIVS, ita ſcribens: — „Obviam ſcilicet mittebantur hi tribuni, ut eos ad Carthaginem appropinquantes exciperent nomine Scipionis, & per aliquot dies in tentoriis morarentur, antequam in urbem, Carthaginem Hiſpanicam puta, intromitterentur. Emittendi ſcilicet erant prius illi milites, qui præſidium adhuc egerant in ea urbe:" — in eo, inquam, aperte repugnat vir doctus Polybii narrationi, qui perſpicue docet, in ipſam urbem introductos fuiſſe illos ſeditioſos pridie ejus diei, qua ex urbe egredi ſummo mane (ex ſimulato Scipionis mandato) debuerant milites illi, qui ad expeditionem adverſus Indibilem profecturi videbantur. Cum Polybio conſentit Livius XXVIII. 26.

Ibid. πρός γε. Deeſt γε Reg. E. perperam. — *Ibid.* καὶ τοιαύτην συνουσίαν, id eſt, talem congregationem vel converſationem familiarem & honorificam, qualis eſt in conviviis. conf. ad II. 70, 6. Adde V. 26, 15.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. παρήγγειλε, *edixerat*. Aoriſtus primus, quem vocant, notione præteriti plusquamperfecti, ut ſæpe alias. *Ibid.* Ἀνδοβάλην αὐτόμολον recte Caſaub. cum Vrſin. & Reg. E. Vide Liv. XXVIII. 24. αὐτομόλῳ ed. 1. Vrb. Aug. Reg. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* πορευομένῳ edd. cum Aug. putamus & Med. προπορευομένῳ Reg. F. G. Veſ. Tub. πορευομένων Reg. E.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. κεχωρισμένων. Temere κεχωρισμένῳ ex ingenio reſcribere juſſit Vrſinus. χωρίζεσθαι eſt *diſcedere*.

Cap. XXVII

CAPVT XXVII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. παρήγγελτο. Verius videtur παρηγγέλλετο, in præterito imperfecto; atque id receptum malimus. — *Ibid.* παρασκευῆς. ἀπαρασκευῆς Scaliger.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. καὶ τοῖς ἐπάρχαις. Si vera hæc ſcriptura, intelligendi fuerint *præfecti ſociorum*, quos latino nomine πραιφέκτους vocat Polybius VI. 26, 5. qui in ſociis Italicis eum locum tenebant, quem inter Romanos tribuni militum. ἵππαρχοι fuerint *præfecti equitum*, quorum quis-

que

que alæ equitum præerat; nam alæ equitum respondet Vers. 2.
græcum nomen ἱππαρχία, ut docet Arrian. Tact. p. 51.

Ibid. Post ἐπάρχοις Casaubonus *asteriscum* posuerat, defectus & corruptelæ signum. Latinam versionem hanc adjecit: *tribunis & præfectis mandatum est, ut, tanquam mox exituri, impedimenta quidem prima emitterent, at milites armatos in porta retinerent.* REISKIVS: „Forte καὶ τοῖς ἐπάρχοις (subaudi a communi ἐπήγγελτο) ὅταν ἐκπορευομένους ἴδωσι, τὸ πρῶτον τὰς μὲν ἀποσκευὰς κελεύειν ἀποτιθέναι. *In mandatis erat datum tribunis & præfectis, ut, cum porta egressos vidissent, primum quidem juberent eos sarcinas deponere.*" — Livius, de eo loquens quod postridie factum est, *vigilia quarta*, ait, *impedimenta exercitus, cujus simulabatur iter, proficisci coepere. Sub lucem signa mota, & ad portam retentum agmen* &c. Nos quidem suspicati eramus: τοῖς δὲ χιλιάρχοις καὶ ἐπάρχοις vel ἱππάρχοις, (scil. παρηγγέλλετο) ὅταν ἐπὶ τῆς πύλης ἔσονται οἱ ἐκπορευόμενοι, μετὰ τοῦτο πρώτας μὲν ἀποσκευὰς ἀποτιθέναι, vel, ὅταν ἐπὶ τῆς πύλης ἔσονται, κελεύειν τοῖς ἐκπορευομένοις, μετὰ τοῦτο πρῶτον μὲν τὰς ἀποσκευὰς ἀποτιθέναι. Sed haud sane liquet.

Vers. 4. Verba ὑπ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ad συλλαβεῖν retulit Casaubonus: *imperatum, ut eos statim sine ulla mora comprehenderent:* quæ interpretatio pugnat cum eis quæ mox subjungit Polybius. Reiskius, rectius ad ἐῤῥήθη referens, ad ὑπ' αὐτὸν τὸν καιρὸν subaudiendum ait καθ' ὃν ἔδει αὐτοὺς συλλαμβάνειν, *sub illud temporis momentum, quo sontes oportebat comprehendi, imperabatur tribunis nomine imperatoris, ut eos comprehenderent.* Vers. 4.

Ibid. τοὺς λέ. ἄνδρας. Fuisse *triginta quinque* auctores maxime seditionis, dixerat jam cap. 26, 3. Literas Λ & Δ a librariis permutas cum aliâs passim vidimus, tum X, 8, 1. & X. 41, 7. Nota numerali in conjunctionem δὲ transformata, expulsa est particula conjunctiva, quæ in sequentibus verbis desiderabatur. ἐπειδὰν δὲ δειπνήσωσι corrigendum censuit Reiskius. Nobis hæc verba superioribus jun-

Verf. 4. genda viſa ſunt, & conjunctio ad τηρεῖν adjicienda. Scaliger, in reliquis nil mutans, συλλαλεῖν pro συλλαβεῖν ſcribendum putaverat, verba illa Livii ſpectans, *excepti ſermonibus de induſtria compoſitis*. Pro δήσαντας mendoſe Reg. F. G. & Tub. δηλώσαντας habent. Mox, pro ἔτι τῶν ἔνδον, ἐπὶ τῶν ἔνδον Reg. E. — *Ibid.* διασαφήσοντος recte Caſaub. cum Aug. Reg. E. & Vrſino. διασαφήσαντος ed. 1. Reg. F. G. Veſont.

Verf. 6. *Verſ.* 6. κατὰ τὸν ἐθισμόν. Vulgo κατὰ τὸν εἰθισμόν. Correximus errorem, qui ſcriptos omnes libros impreſſosque invaſerat. Simillimus error III. 74, 7. obtinuerat. An voluerunt κατὰ τὸ εἰθισμένον? Suſpicari autem licet, intercidiſſe h. l. nonnihil; velut ἄνευ ὅπλων, *absque armis*.

Verf. 8. *Verſ.* 8. ἐῤῥωμένον θεασάμενοι, κατὰ τὴν ἐπίφασιν κατεπλάγησαν. Placet REISKIVS, monens: „Malim ſic diſtingui: „ἐῤῥωμένον θεασάμενοι κατὰ τὴν ἐπίφασιν, κατεπλάγησαν. *cum eum vidiſſent bene valentem, ad ſpeciem quidem oris externam, tum conturbabantur.*"

Cap. XXVIII.

CAPVT XXVIII.

Verf. 1. *Verſ.* 1. ἐπεβάλοντο. Prætulimus h. l. aoriſtum ſecundum, quem dedit Reg. E. Ceteri vulgo omnes ἐπεβάλλοντο.

Verf. 2. *Verſ.* 2. τοῖς προεστῶσι. Articulum, cum abeſſet vulgo, adjecimus cum Med. Adjiciendum monuerat etiam Reiſkius. In Veſont. intra lineas adſcriptus fuiſſe videtur, ſed craſus rurſus.

Verf. 3. *Verſ.* 3. δυσηρεστήσασθε. Sic recte Reg. E. δυσηρεστήσασθαι Aug. δυσαρεστήσασθαι ed. 1. Reg. F. G. Veſ. δυσαρεστήσασθε ed. 2 & ſeqq. δυσαρεστήσατε voluerat Reiſk.

Verf. 4. *Verſ.* 4. ἐνέλιπε. ἐνέλειπε Aug. Reg. E.

Verf. 5. *Verſ.* 5. εἴη δ' ἄρα ἐκ τῆς Ῥώμης, ſcil. τὸ ἔγκλημα. *Sit ſane Romæ culpa!* id eſt: *Quod ſi quis ſtatuat, Romæ eſſe culpam; quæro, utrum igitur ita oportuit repoſcere ab ea debitum, ut* &c. vide verſ. 6. Præpoſitionem ἐκ ſæpe per pleonaſmum aliquem cum genitivo poſitam vidimus.

mus. REISKIVS: „Forte εἰ δ᾽ ἄρα, (fubaudi ἦν τοῦτο ἔγκλημα,) ἔῃ τῆς Ῥώμης. id eft, *quod fi tamen* (fcil. *hæc erat jufta querendi caufa,) culpa Vrbis erat, non mea.* Vfurpat optativum, ut in re dubia; fit ne culpa vel ipfius Vrbis, aut, fit ne unquam certo conftitutum, ipfam penes urbem culpam effe." — Facit huc quod Appianus habet Hifpan. c. 34. feditionem illam fufcitatam fuiffe ab eis militibus, qui, quod luxu peculium profudiffent, rati erant, quia nihil habebant, nullam fibi laborum mercedem reddi. *Ibid.* διωρθοῦτο correxit Cafaub. διορθοῦτο ed. 1. cum msstis. Verf. 5.

Verf. 6. οὕτως ἐγκαλεῖν, fcil. τῇ πατρίδι τὰ ἐλλειπόμενα τῶν ὀψωνίων. *Num ita a patria repetere oportebat refiduum ftipendiorum, ut deficeretis a patria* &c. Dicunt enim Græci ἐγκαλεῖν τινι τὸ χρέος, *aliquem in jus vocare ob debitum, debitum ab aliquo coram judice repetere.* — *Ibid.* παρόντας. παριόντας voluit Reifkius, id eft, *prodeuntes, accedentes ad me.* Sed videtur eadem notione teneri vulgatum poffe. *Ibid.* δοκῶ γὰρ ἦν τοῦτο βέλτιον. REISKIVS: „Fortaffe Ἦν (δοκῶ γὰρ) ἦν τοῦτο βέλτιον. *Erat hoc, fi quid video, erat multo falutarius.*" — Nempe prius ἦν interceptum fufpicatus erat a terminatione præcedentis vocis ὑμῖν. Sed nil opus putavimus iftis ambagibus, &, pofito commate poft γὰρ, fatis commode procedere oratio vifa eft. Verf. 6.

Verf. 7. ἀφισταμένοις monente Vrfino correxit Cafaub. Perperam ἀφισταμένους ed. 1. cum msstis. Verf. 7.

Verf. 9. Νὴ Δί᾽, ἀλλ᾽ ἐγώ. Feliciffima Cafauboni emendatio. *At enimvero, dicet fortaffe aliquis, ego* &c. Familiaris ifta phrafis oratoribus. Vide IV. 74, 4. IX. 33, 8. IX. 36, 8. Verf. 9.

Verf. 10. δύναισθ᾽ ἄν. Et hoc a Cafaubono eft. Mendofe δύνασθ᾽ ἂν ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vefont. δύνασθε ἂν Reg. E. Ferri potuerat ἐδύνασθ᾽ ἄν. Verf. 10.

Verf. 11. τί οὖν ἔστιν, ἐφ᾽ ᾧ &c. Sic recte Vrb. Aug. Reg. E. & Vrfini codex. Temere τί οὖν ἐστιν οὐτ᾽ ἐρεῖν ἐφ᾽ ᾧ ed. 1. Med. Reg. F. G. Vef. Tub. & ora Aug. a recenti manu. Verf. 11.

Verf. 11. manu. Vnde Reifkius collegerat, fic dediffe Polybium: *τί οὖν ἐστὶν ἕτερον ἐφ' ᾧ, fi ego vos non læfi, quid ergo eft aliud, de quo querentes* &c. Sed per ofcitantiam ex fequentibus huc traducta funt in illis codicibus verba *οὔτ' ἐρεῖν.* Cafaubonus, cafu ne, nefcimus, an confilio, *τί οὖν ἔσται ἐφ' ᾧ* edidit, quem fecuti funt pofteriores editores, citra cauffam *ἐστιν* in *ἔσται* mutantes. — *Ibid.* *τοῦτο βούλομαι πυθέσθαι.* Sic cum Vrfino correxit Cafaub. — *Ibid.* *οὔτ' ἐπινοήσειν.* Mendofe *οὔτε νοήσειν* Vef. Tub. *οὔτ' ἐνοήσειν* Reg. F. G. Ceteri recte.

Cap. XXIX.

CAPVT XXIX.

Verf. 1. *Verf.* 1. *ἀσχάλλοντες* ex ed. 1. reftituimus & ex codicum omnium confenfu. Immerito in quartum cafum mutatus erat hic nominativus, referendus ad *ἐφ' ᾧ δυσαρεστούμενοι τὰς ἀποστάσεις ἐποιήσατε*, cap. 28, 11. — *Ibid.* *εὔροια* perfpecte cum Vrfino correxit Cafaub. Amat hoc nomen Polybius. Mendofe *εὔρυα* ed. 1. cum msstis: in Aug. vero impofitis duobus punctis mendi arguitur illa vox. — *Ibid.* *μείζων.* Et hoc recte ab eisdem, Vrfino Cafauboque, reftitutum videtur. *μείζω* ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vef. Tub. *εὔροια πραγμάτων μειζόνων* Reg. E.

Verf. 2. *Verf.* 2. *ἐρεῖ τις.* Aut hoc ipfum, aut aliud fimile verbum utique defiderabatur. *ἐρεῖ* Cafaubonus fumfit ex c. 28, 11. *οὐδὲν οὐδ' ἐρεῖ.* — *Ibid.* *τῶν ἀπηλπικότων.* — „Latinifmus; *defperatorum*, pro *flagitiofiffimorum hominum*, confceleratorum, & *ad omnem audaciam projectorum.* vid. Gefneri Thef. voc. *Defperatus.*" REISKIVS. — *Ibid.* *βεβαιότερα* correxit Cafaub. *βεβαιότεροι* ed. 1. confentientibus msstis.

Verf. 3. *Verf.* 3. *ἦ παρ' Ἀνδοβ.* *ἦ* cum circumflexo accentu fcripfimus, ut debuit, ubi interrogativa eft particula. Vulgo omnes *ἢ παρ' Ἀνδοβ.* — *Ibid.* *πρότερον μὲν οὗτοι.* Sic Cafaub. nefcimus an ex ingenio; id ipfum vero habet Reg. E. Ceteri codd. *πρότεροι* cum ed. 1. — *Ibid.*

τοὺς

τοὺς ὅρκους καὶ τὴν πίστιν. Articulum τὴν cum ignorarent ed. 1. & mssti, recte adjecit Casaub.

Verf. 4. καλὸν δέ. Sic ed. 1. & Reg. E. putamus & Med. Mendose καλῶν δὲ Aug. Reg. F. G. Vef. Tub. καλόν γε Casaub. ex ing. cum nulla fuisset causa, cur particula δὲ damnaretur. Verf. 4.

Verf. 5. οὐδ' ἐν αὐτοῖς εἴχετε τὰς ἐλπίδας. Post ἐν αὐτοῖς excidisse vocem βεβαίας suspicatus erat Reiskius, qua tamen facile caremus. — *Ibid.* κρατήσοντες. κρατήσαντες unus Reg. E. male. Livius XXVIII. 29. *Me ne vivo, & cetero incolumi exercitu, cum quo ego die uno Carthaginem cepi, cum quo quatuor imperatores, quatuor exercitus Carthaginiensium fudi, fugavi, Hispania expuli, vos, octo millia hominum, Hispaniam provinciam populo Romano erepturi eratis?* Verf. 5.

Verf. 6. τί οὖν ἦν. Deest ἦν Reg. F. G. — *Ibid.* ἢ μὲν, νὴ Δία, ταῖς ἐμπειρίαις &c. ἢ διὰ τὸ ταῖς ἐμπειρίαις edd. invitis msstis. (Quod in scholio sub contextu scriptura editorum librorum hæc relata est, ἢ μὲν διὰ τὸ ταῖς, id errore factum; ignorant μὲν editi.) ἢ μὴν ταῖς voluit Vrsinus, non ἢ μὲν ταῖς. Nempe ἡμῖν, quod habent codices omnes, ex ἢ μὴν corruptum putaverat; haud sane improbabili ratione. conf. ad XII. 6, 3. Quod vero vocem διὰ prorsus ejecit, id quidem non recte. Perspecte REISKIVS, codicum scripturam ignorans, in ipsa depravatissima editorum scriptura latere νὴ Δία vidit: „Forte (ait) ὑμῶν. νὴ Δία ταῖς ἐμπειρίαις - - πιστεύοντες ἐπανέστητε, ἢ καὶ τοῖς ῥάβδοις. *At profecto vos, quod vestrorum ducum, illorum recens a vobis creatorum, virtute atque usu rerum multiplici fidebatis, ideo tumultuati estis.*“ — Iam verbo quidem ἐπανέστητε nil est opus: ceterum in corrupta codicum scriptura ἡμῖν διὰ utique latet aut ἢ νὴ Δία, aut ἢ μὴν νὴ Δία. μὴν enim, quam μὲν, malimus, si modo ulla opus est inter ἢ & νὴ Δία particula. Articulum τὸ, quem ante ταῖς ἐμπειρίαις interseruerunt editores, scripti libri mssti ignorant omnes, nisi forte eum habet Med. Verf. 6.

e quo

e quo nullum ab editis dissensum h. l. notavit Gronovius: sed potuit hunc locum, ut passim alios, inobservatum relinquere Gronovius, fessus notando codicis illius errores.

Vers. 7. *Vers.* 7. *οὐκ ἔστι τούτων.* *οὐκ ἔτι τοῦτο* Reg. E. Ceteri cum editis consentiunt.

Vers. 9. *Vers.* 9. *τὸ παραπλήσιον πάθος συμβαίνει περί τε τοὺς ὄχλους καὶ τὴν θάλατταν.* Eadem similitudine utitur legatus Atheniensis apud Polybium nostrum XXII. 13, 9 sqq. Et varia ratione passim alios auctores persecutos videmus *comparationem multitudinis cum maris undis;* in his Demosthenem *περὶ Παραπρεσβ.* T. I. edit. Reisk. p. 383. quem pæne ad verbum secutus est Appianus de Bell. Civil. III. 20.

Vers. 10. *Vers.* 10. *τὰ πνεύματα βίᾳ.* XXII. 14, 11. ait, *ἐπειδὰν δ' ἐμπεσόντες εἰς αὐτὴν ἄνεμοι βίαιοι ταράξωσι.* — *Ibid.* *οἱ κυκλοῦντες αὐτὸν ἄνεμοι* — „Cogitabam aliquando *κυκῶντες*. Sed bene habet vulgata. *κυκλεῖν* vel *κυκλοῦν* est idem atque *στρέφειν ἐν κύκλῳ* vel *ὥσπερ κύκλον*, *in orbem agere atque volvere, ut rotam.*" REISKIVS.

Vers. 11. *Vers.* 11. *ἀεὶ καὶ φαίνεται καὶ γίγνεται.* Sic Aug. & Vrsin. *ἀεὶ φαίνεται καὶ γίγνεται* Reg. E. *ἀεὶ καὶ φαίνεται γίγνεται* Reg. F. G. Ves. Tub. *ἀεὶ καὶ φαίνεται γίγνεσθαι* ed. 1. cum Med. *ἀεὶ φαίνεται γίγνεσθαι* ed. 2 & seqq. ex Casauboni conject.

Ibid. *οἵους ἂν ἔχοι προστάτας.* Huc pertinet Euripideum illud, ex Orest. vers. 772. ed. Musgr.

Δεινὸν οἱ πολλοὶ, κακούργους ὅταν ἔχωσι προστάτας.

Vers. 12. *Vers.* 12. *πρὸς μέν.* *πρῶτον μὲν ὑμᾶς* ed. 1. imperite & invitis nostris codicibus.

Cap. XXX.

CAPVT XXX.

Vers. 1. *Vers.* 1. *συνεψόφησαν ταῖς μαχαίραις τοὺς θυρεούς.* Id sicut nunc adprobationis signum, sic ardoris pugnandi XV. 12, 8.

Vers. 2. *Vers.* 2. *ὑπέστη δέος, subiit eos metus.* — „Forte *ἐπέστη δέος, repente supervenit terror.*" REISK. — Nos quidem

dem licet in promtu nunc non habeamus aliud exemplum ejusdem usus verbi ὑπέστη, tamen solicitare id verbum non ausimus. — Familiare aliâs in hac re Polybio verbum παρέστη est. — *Ibid.* μένειν δέ. Perperam deest δὲ Reg. F. G.

Verf. 3. κατὰ κοινοῦ. Casaubonus: *simul omnes*. Immo vide, ne sit *publice*, *publico nomine*, *nomine civitatis*: quamquam quovis modo insolitus est ille usus præpositionis κατὰ cum genitivo casu. Unum, quod succurrit, exemplum habemus XX. 10, 4. κατὰ κοινοῦ δόγματος ex scriptura codicis Bavarici. Aliâs κατὰ κοινὸν dicit, ut IV. 3, 5. IV. 5, 2. &c. Verf. 3.

CAPVT XXXI. Cap. XXXI.

De argumento hujus Excerpti confer Livium XXVIII. 31 seqq.

Verf. 2. πολλὰ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐνεγκάμενος. Putares προενεγκάμενος, sed in simplex verbum consentiunt libri omnes. Sic quidem aliâs ait ἀποδείξεις, παραδείγματα φέρειν, & similia. XII. 5, 5. XVII. 13, 7. Verf. 2.

Verf. 4. λειφθῶσι recte Casaub. cum Vrsin. & Reg. E. ληφθῶσι ed. 1. cum cett. codd. qui sæpius in hoc verbo pari modo errarunt. Verf. 4.

Verf. 5. προσδέξασθαι. De aoristi primi usu notione futuri vide notata ad II. 64, 5. Cum in exemplo Casauboniano sequeretur συστήσεσθαι, hoc loco προσδέξεσθαι scriptum voluit Reiskius. — *Ibid.* καθάπαξ. Conf. Adnot. ad V. 67, 2. Verf. 5.

Verf. 6. ἐξεβάλομεν dedit Reg. E. quod magis convenit huic loco. ἐξεβάλλομεν ceteri codd. cum editis. — *Ibid.* τῇ σφετέρᾳ γενναιότητι. Conf. ad XI. 5, 3. Verf. 6.

Verf. 8. παρέστη. Mendose πάρεστι ed. 1. & cod. Vesont. — *Ibid.* ὅσον οὔπω. Perperam ὅσον οὕτω ed. 1. Reg. F. G. & Ves. in contextu. Verf. 8.

CAPVT

CAPVT XXXII.

Cap. XXXII. Verf. 1. *Verf.* 1. αὐλῶνά τινα. τινὰ ignorant Reg. F. G. Vef. Verba nonnulla Polybii hinc citavit Suidas in Αὐλῶνες.

Verf. 2. *Verf.* 2. Delendum comma, quod poſt συντάξας ex edit. Erneſtina in noſtram irrepſit: refertur enim illud verbum ad τῷ Γαΐῳ. — *Ibid.* τοὺς δὲ γροσφομάχους. δὲ deeſt ed. 1. & msstis, recte adjectum a Caſaub. & Scaligero.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἐφῆκε. Hanc quoque emendationem Caſaubono præiverat Scaliger. Potuerat autem fortaſſe ἀφῆκε teneri. vide V. 8, 4. V. 3, 5.

Verf. 4. *Verf.* 4. ἔχων Γάϊος. Temere ἔχειν Γάϊος ed. 1. invitis msstis.

Verf. 5. *Verf.* 5. παροξυνθέντες recte Caſaub. cum Reg. E. παρωξυνθέντες ed. 1. Aug. Reg. F. G. Veſ. — *Ibid.* διαγωνιάσαντες recte idem cum Vrb. Reg. E. Vrſin. & Suida ad hanc ipſam vocem. διαγωνίσαντες perperam ed. 1. Aug. Reg. F. G. Veſont. — *Ibid.* μὴ διὰ τὸ προηττῆσθαι δόξωσι καταπεπλῆχθαι τοῖς ὅλοις. Sic Suidas l. c. μὴ προηττῆσθαι δόξωσι καταπεπλῆχθαι ed. 1. Aug. Reg. E. Veſ. (Complura folia hic deſunt in Tub. uſque fere ad finem libri XII.) μὴ προηττῆσθαι δόξωσι καὶ πεπλῆχθαι Reg. G. δόξωσι καπεπλῆχθαι (ſic) Reg. F. μὴ προηττῆσθαι δόξωσι καὶ καταπεπλῆχθαι Caſaub. cum Vrſino.

Verf. 7. *Verf.* 7. διὰ τὸ κατὰ τὰς ἐξ ὁμολόγου μάχας. Duo verba τὸ κατὰ, quæ ad ſententiam neceſſaria utique videntur, ex conject. adjecit Caſaub. — *Ibid.* τοὺς παρ' αὐτοῦ reſtituimus ex ed. 1. & msstis, contra quorum fidem pariter ac contra Polybii uſum παρ' αὐτῷ edidit Caſaub.

CAPVT XXXIII.

Cap. XXXIII. Verf. 1. *Verf.* 1. πρὸς μὲν τοὺς ἐν τῇ παρωρείᾳ τεταγμένους τῶν πολεμίων ἀντέταττε· πρὸς δὲ τοὺς εἰς τὸν αὐλῶνα καταβεβηκότας ἄθρους ἄγων ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἐπὶ τέτταρας κόρτις, προσέβαλε τοῖς πεζοῖς τῶν ὑπεναντίων. —„Poſt ἀντέταττε, ait REISKIVS, aut deeſt aut ſubaudiri debet τὸ πᾶν στρατόπεδον vel τὰς λοιπὰς δυνάμεις. Livius ad rem diri-

tuendam

mendam nil facit, sic reddens: *ipse* (Scipio) *omnia signa peditum in hostem vertit; quatuor cohortes in fronte statuit, quia latius pandere aciem non poterat.*" — Immo vero Livius, si eo ad hoc opus esset, satis saltem docere poterat, ad ἀντέτατῖε non intelligi debere τὸ πᾶν στρατόπεδον. Certe & ex Livii (XXVIII. 33.) & ex Polybii narratione satis intelligitur, *hostem* illum, *in quem Scipio omnia signa peditum vertit*, (quod his verbis Polybius expressit ἄθρους ἄγων,) *non esse illos qui in colle constiterant*, (τοὺς ἐν τῇ παρωρείᾳ τεταγμένους,) *sed qui in vallum descenderant*. Cum his solis sibi acie decertandum Scipio putavit: *illi in colle*, quæ *tertia* fere *pars copiarum hostium* erant, *leviter armati*, (Polyb. hoc cap. verf. 5 sq.) *ad spectaculum magis tutum*, ut ait Livius, *quam ad partem pugnæ capessendam steterant*; quare etiam, ceteris in valle ad internecionem cæsis, & locum & tempus ad fugiendum hi habuerunt, neque quisquam fugientes persecutus est. Ex quo intelligi par est, his eisdem non nisi minorem aliquam partem copiarum Scipionis, ac fortasse non nisi levem armaturam, fuisse oppositam, & quidem ex aliquo intervallo, hoc uno scilicet consilio (ut videtur) ut latera peditum Scipionis, qui in valle pugnabant, tuta præstarentur, ne illi e colle descenderent & in hos a latere impetum facerent. Itaque intercidisse utique aliquid ad verbum ἀντέτατῖε putamus; suspicamur autem, τοὺς γροσφομάχους, vel τὰς τῶν γροσφομάχων σπείρας, aut aliquid simile: nam τοὺς ἄλλους, quod initio suspicati eramus, quod idem in latina versione suppleveramus, (*alios*) non satis esse videtur; non magis, quam quod Casaubonus habet, *suos opposuit*. Quod ad vocabulum ἄθρους adtinet, videri illud poterat in quarto casu pluralis numeri accipiendum, ἄθρους ἄγων, *confertos duxit*, *omnes simul copias eduxit*. Sed collatis aliis scriptoris nostri locis, (I. 49, 6. X. 6, 5. XI. 17, 4. & X, 31, 4. ubi ex codicum nostrorum & Vrsini consensu legendum est διὰ τὸ βούλεσθαι καταβαίνειν ἄθρους καὶ συντεταγμένους) intelligitur, in nominativo singu-

Verf. 1.

Verf. 1. fingulari accipiendum effe ἄθρους, & ad ipfum ἄγων fcil. ὁ Σκιπίων effe referendum, eadem quidem fententia, quæ percommode a Livio eft expreffa, *omnia figna peditum in hoftes vertit*: fimul tamen eidem vocabulo ἄθρους hæc notio videtur fubjecta, *confertis ordinibus* fuos duxiffe Scipionem, *exiguis aut nullis intervallis inter manipulos relictis.* παρεμβολὴ, ut jam fæpius vidimus, perinde & *aciem* vel *aciei inftructionem*, & *caftra* fignificat. Priori notione paulo ante occurrebat, cap. 32, 6. at hoc loco minus recte, me judice, Cafaubonus verba ἐκ τῆς παρεμβολῆς *ex acie fua* interpretatus eft, cum *e caftris* debuiffet.

Quod vero verba illa ἐπὶ τέτταρας κοόρτις (vel κοόρτεις, ut Vrfinus voluit) ita interpretatus Cafaubonus eft, ac fi *non nifi quatuor cohortes* in hoftem Scipio duxiffet, in eo veremur ne & ipfe doctiffimus interpres, & nos, eum in hoc fecuti, prorfus ab auctoris fententia aberraverimus. Neque melius apud Suidam, ubi hæc eadem Polybii verba ad voc. Κοόρτις citantur, latine ea fic redduntur: *ducens ex caftris quatuor integras cohortes.* Nempe ἄγων (fcil. τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, aut τοὺς ἑαυτοῦ πεζοὺς) ἐπὶ τέτταρας κοόρτις, id ipfum effe videtur quod Livius his verbis expreffit, *quatuor cohortes in fronte ftatuit;* cujus rei etiam cauffam diferte adjecit Romanus fcriptor, *quia latius pandere aciem* (nempe ob vallis anguftiam) *non poterat.* Sane, in illa Cafauboni verfione quænam vis infit præpofitioni ἐπὶ, difficile dictu fuerit: &, quod eft gravius, nimis exiguus numerus funt quatuor cohortes, quam ut has folas adverfus hoftes e caftris eductas putemus; præfertim cum ex Romanis copiis mille ducentos eo prælio cecidiffe, amplius tria millia vulnerata, difcamus ex Liv. XXVIII. 34. Solet quidem aliàs præpofitio ἐπὶ, ea notione quam hic obtinere putamus, cum genitivo cafu conftrui, ut monuimus ad I. 26, 23. & oftendunt exempla, quæ poft Guil. Budæum Henr. Stephanus in Thef. collegit: fed nihil magnopere obftare videtur,

detur, quo minus & eadem notione cum accuſativo caſu conſtrui potuerit. Verſ. 1.

De verbis illis, quæ poſt vocem Κοόρτις inſerunt h. l. ſcripti libri omnes, τοῦτο δ' ἔστι σπεῖρα, quæ recte a Caſaubono ejecta nobis videntur, vide Adnot. ad VI. 24, 5.

Verſ. 2. καὶ Γάϊος Λαίλιος. Sic Caſaubonus correxit. Verſ. 2.
Mendoſe ed. 1. & ſcripti libri omnes Γάϊος καὶ Λαίλιος. Vrſinus, abjecta prorſus καὶ particula, Γάϊος Λαίλιος legere juſſerat. Sed percommode Caſaub. ante Γάϊος eam rejecit.

Ibid. ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς, *a caſtris.* Caſaubonus rurſus altera notione, de qua paulo ante diximus, *a pugnæ loco.*

Verſ. 3. οἷς πιστεύσαντες recte edd. οἱ πιστ. Aug. Verſ. 3.
οἱ πιστ. Reg. E. F. G. Veſ.

Verſ. 4. ἀπειλημμένοι correxit Caſaub. Simplici litera Verſ. 4.
μ verbum hoc efferebat ed. 1. cum msſtis.

Verſ. 5. γενομένης. γινομένης Reg. E. Verſ. 5.

Verſ. 7. Πόπλιος δὲ &c. In ſcriptis noſtris editisque Verſ. 7.
libris vulgo hæc cum ſuperioribus nectuntur. Separavimus nos, cum Xylandro in verſione germanica. Quæ interjecta erant, latine habes apud Livium XXVIII. 34—37. *Ibid.* ἐπιτεθεικῶς recte Caſaub. cum Reg. E. & Vrſin. Sic vero & Aug. a pr. manu. ἐπιτεθηκῶς ed. 1. cum ceteris codd. — *Ibid.* μετὰ μεγίστης χαρᾶς. Aut hoc oportuit, aut id quod Reiſkius conjecerat, μεστὸς χαρᾶς. Sane unde pendeant genitivi μεγίστης χαρᾶς, non videmus: nam a κάλλιστον θρίαμβον pendere vix poſſunt. Ante μεγίστης facile intercidere potuit μετὰ præpoſitio. Ad *triumphum* quod ſpectat, docet Livius c. 38. *magis tentatam eſſe* a Scipione *triumphi ſpem, quem petitam; quia neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu res geſſiſſet, conſtabat.*

Verſ. 8. τοῖς περὶ τὸν Ἰούνιον Μάρκον. Edidimus hoc, Verſ. 8.
quia ſic ſcriptum invenimus, cum minus vitioſum videretur, quam quod vulgo conſentientibus ceteris msſtis edi-

Verf. 8. tum erat, Ἰούνιον καὶ Μάρκον. Sed quia contra morem nomini gentis poſtpoſitum prænomen eſt, facile adſentimur Gronovio, laudanti conjecturam Caſauboni, Ἰούνιον καὶ Μάρκιον; quam ſi quis in contextum recipiendam contendat, minime quidem repugnabimus. Vtriusque, *M. Iunii Silani* & *L. Marcii*, ſimul mentionem fecit Polyb. hoc libro, c. 23, 1. Frequentior utriusque apud Livium mentio. Ceterum quod L. Lentulo & L. Manlio Acidino traditam a Scipione Hiſpaniam provinciam Livius l. c. ſcribit; id cum Polybio ita conciliari poterit, ut Silanum atque Marcium, poſt Scipionis diſceſſum, adventum Lentuli & Manlii, qui ſucceſſores Scipioni miſſi ſunt, exſpectaſſe, eisque Scipionis nomine provinciam tradidiſſe ſtatuamus.

Cap. XXXIV.

CAPVT XXXIV.

Verf. 1. *Verſ.* 1. Καὶ γὰρ αὐτὸς &c. — „Verba, a quibus incipit hoc fragmentum, produnt, præceſſiſſe hanc ferme ſententiam: *ἔπεμψεν ὁ Ἀντίοχος πρὸς τὸν Εὐθύδημον περὶ διαλύσεως* Τηλέα, Μάγνητα, *φίλον καὶ συμπολίτην αὐτοῦ γενόμενον*. Tum bene cohærent ſequentia; Καὶ γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ Εὐθύδημος Μάγνης. *Antiochus ad Euthydemum pacis conciliatorem miſerat Teleam, Magneſia oriundum, qui amicus quondam fuiſſet Euthydemi, & eadem, qua ille, patria uteretur. Nam Euthydemus quoque Magnes erat.*“ REISKIVS. — De *Euthydemo* illo conf. lib. X. c. 49. Excerptum hoc non habet codex Reg. E. — *Ibid.* Φάσκων. Reſtituimus conſtantem codicum ſcripturam, quam ex conjectura jam adnotaverat Reiſkius, cum eamdem in ed. 1. & in lectionibus a Boeclero ex cod. Aug. excerptis inveniret.

Verf. 3. *Verſ.* 3. καὶ προστασίας. — „Ante προστασίας deſunt quædam. Vix videtur καὶ τῆς ad explendam lacunam ſufficere. Num ita ſcripſit Polybius: *μὴ φθονῆσαι τῆς ὀνομασίας αὐτῷ τῆς τοῦ βασιλέως, τυχόντα αὐτὸν τῆς προστασίας. ne nomen ſibi* (Euthydemo) *regium invideret Antiochus, qui re, hoc eſt majeſtate regia, frueretur.*“ REISKIVS.

KIVS. — Videtur τυχόντι τῆς προστασίας scribere voluisse vir doctus: sed ambagibus illis non opus esse putamus. Possis vero etiam suspicari καὶ τῆς τοῦ βασιλέως προστασίας. conf. vers. 8.

Vers. 4. ὥς γε. ὡς in hac sententia, non ὥστε, omnino requiri videbatur. Quare ut scripturæ vestigiis presse, quoad fieri poterat, inhæreremus, ὥς γε scripsimus. Haud semel Γ & Τ, & inprimis ΓΕ & ΤΕ permutata a librariis vidimus. Vers. 4.

Vers. 5. τῶν Νομάδων. De eisdem *Nomadibus* conf. lib. X. cap. 48. — *Ibid.* κινδυνεύειν μέν. — „Aut κινδυνεύσειν est legendum, aut post ἀμφοτέρους addendum δυνήσεσθαι.“ REISK. — Nobis non solicitanda vulgata visa est, in quam consentiunt codices, nisi quod κινδυνεύει μὲν habet Reg. F. κινδυνεύει γὰρ Reg. G. — *Ibid.* ἐκβαρβαρωθήσεσθαι. Vitiose iidem duo Regii ἐκ βαρβάρων θήσεσθαι. Vers. 5.

Vers. 7. πυθόμενος ταῦτα. Probavit hoc & Reiskius; neque aliud in mente habuisse videtur Casaub. vertens, *auditis Teleæ mandatis.* — *Ibid.* παρὰ τοῦ Τηλέου correxit Casaub. ex Vrb. monente etiam Vrsino. Mendose περὶ τοῦ T. ed. 1. Med. Aug. Reg. F. G. Vers. 7.

Vers. 8. βεβαιώσοντα Casaub. & sic Aug. βεβαιώσαντα ed. 1. Reg. F. G. Vesont. Vers. 8.

Vers. 9. καὶ κατὰ τὴν ἔντευξιν καὶ προστασίαν. Cum καὶ ante προστασίαν ignorent scripti libri, poteras quoque suspicari καὶ τὴν κατὰ τὴν ἔντευξιν προστασίαν, quod magis etiam placet. Idque Casaubono primum in mente fuisse videmus, qui id in latina versione hoc loco expressit. conf. vers. 3. Vers. 9.

Vers. 10. ἀνέζευξε σιτομετρήσας. Vrsini adoptavimus emendationem, quæ unice vera nobis visa est. ἀνεζεύξατο μετρήσας ed. 1. cum codd. omnibus. Hinc Casaubonus ἀνεζεύξατο σιτομετρήσας. Sed constanter ἀνέζευξε in activo usurpat Polybius, numquam in medio genere. In corrupta terminatione istius verbi latet initium Vers. 10.

 verbi

Verf. 10. verbi fequentis mutilati. — *Ibid.* τοῖς περὶ τὸν Εὐθύδημον. In vulgatum τοὺς περὶ libri confentiunt omnes. „Imo vero τοῖς, ait REISKIVS; *qui tum penes Euthydemum erant.* Non enim dicuntur οἱ περί τινα ἐλέφαντες, fed οἱ ἐλέφαντες οἱ ὑπάρχοντες τοῖς περί τινα. quae dictio animo eft referenda cum ad herum belluarum dominumque primarium, tum, quia ille neque eas curare & pafcere, neque regere ipfe poteft, ad eos quibus adminiftratio earum commiffa eft." — οἱ περὶ τὸν Εὐθυδ. funt Euthydemus ejusque filius, cujus modo mentio eft facta.

Verf. 11. *Verf.* 11. τὸν Καύκασον. *Caucafum Indicum.* conf. ad X. 48, 6.

Verf. 12. *Verf.* 12. μετὰ τῆς στρατιᾶς. Sic Cafaub. correxit. στρατείας ed. 1. cum msstis.

Verf. 13. *Verf.* 13. Ἐρύμανθον. Sic edd. cum Aug. putamus & Med. Ἐρύμαθον Reg. F. G. Vefont. Ἐτύμανδρος apud Arrianum vocatur, Drangianae fluvius, lib. IV. c. 6. citante Cellario in Geogr. Ant. lib. III. c. 22. p. 845. cujus diligentiam effugit hic Polybii locus. — „Videtur fluvius *Hindmend* effe." REISK. — *Ibid.* Δραγγιανῆς cum Vrfino correxit Cafaub. Vide Cellar. l. c. Δρατιγενῆς ed. 1. Aug. Med. Reg. F. G. Vefont.

Verf. 14. *Verf.* 14. τὰς ἐπιθαλαττίους πόλεις. — „*ad mare* mediterraneum & Aegaeum *fitas civitates graecas liberas:* nam eae funt πόλεις." REISK. — *Ibid.* καὶ τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου δυνάστας. *& cis Taurum dynaftas. Cis*, refpectu Graeciae intelligendum. Nec vero *omnes* dicit Polybius, quod ex ingenio adjecit Cafaubonus. *Achaeus* praefertim intelligi debebit.

ADNO.

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XII.

RELIQVIAS.

De Argumento hujus libri ſic monuit REISKIVS: „E fragmentis hujus libri, & illis quae hoc loco leguntur, [ſcil. Excerptis Antiquis,] & iſtis quae inter Valeſiana, colligitur totum [fere] hunc librum fuiſſe verſatum in reprehenſione & exagitatione cum aliorum Hiſtoricorum, Polybio ſeu aequalium, ſeu antiquiorum, tum maxime *Timaei;* in quo notando quia viſus eſt Polybius modum exceſſiſſe, ideo a quibuſdam Ἐπιτίμαιος pro *Polybio* eſt per jocum adpellatus, auctore Athenaeo p. 272. [Immo vero, non Polybium, ſed ipſum Timaeum, ob nimium reprehendendi ſtudium, *Epitimaeum* adpellatum Athenaeus ait. conf. Diodor. Sic. V. 1.] Deduxit eum in hoc ab itinere propoſito diverticulum narratio de *Locrorum*, oppidi in infima Italia ſiti, expugnatione, quae A. V. 549. evenit. vide Liv. XXIX, 8. Quo de oppido quum haud pauca Polybio minus probata Timaeus tradidiſſet, ex eo lacerandum eum Polybius ſibi duxit, unaque opera quidquid mendaciorum & ſordium per totam Timaei hiſtoriam ſparſum eſſet, expurgandum. De Africa multa mentitus erat Timaeus, deceptus credulorum & impoſtorum mala fide. Ex eo eſt, quod Polybius locum ingreſſus ſit de Africae belluis, arboribus, aliisque proventibus copioſe narrandi, cujus loci & hic [Excerpt. Antiq. cap. 1 ſeq. nobis cap. 3 ſq.] particulam habemus, & aliam p. 1489. [nobis XII. 2.]

Argumentum libri XII.

ex Athenæo repetitam." Hæc REISKIVS. — Ceterum quod Timæum tanto & tam profeſſo ſtudio exagitaverit Polybius, eo potiſſimum factum eſſe ipſe docet, (cap. 12, & paſſim alibi,) quod, cum miram aliquam & præcipuam in ſcribenda hiſtoria diligentiam atque ἀκρίβειαν ille jactaverit, putida tamen negligentia & puerili levitate in multis uſus eſt, ſimul vero aliorum ſcriptorum acerbiſſimum & maledicentiſſimum reprehenſorem quavis occaſione ſeſe præſtitit. De *Africa* vero in hoc libro verba fecit Polybius, quoniam hoc anno, in quo nunc verſatur ejus hiſtoria, in Africam transferri bellum cum Poenis coepit, vide Liv. XXVIII. 45. & XXIX. 3. Amat autem Polybius in omni ſua Hiſtoria non ſolum res bello geſtas exponere, ſed & res quasvis memorabiles, ad vitæ uſum, ad mores hominum atque artes, denique ad naturam rerum pertinentes, ſtylo perſequi & ſuo quasque loco enarrare.

Cap. I.

CAPVT I.

Minora quædam Fragmenta, ex Stephano Byzantino collecta, hoc capite complecti commodum viſum eſt.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἵππων. C. Lælium, Scipionis legatum, A. V. 549. in quo nunc verſatur Polybii hiſtoria, cum claſſe ad *Hipponem Regium* acceſſiſſe, & magnum Poenis incuſſiſſe terrorem, Livius docet XXIX. 3.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Τάβρακα. Vitioſum eſſe id quod apud Steph. Byz. vulgo editur, Τάβαθρα, ipſe literarum ordo docere poterat, quamquam id nec Berkelius editor, nec doctiſſimus commentator Holſtenius animadvertit, (conf. notata ad Polyb. V. 80, 2.) Τάβρακα ſcribendum perſpecte monuit & abunde demonſtravit Bochart. de Colon. Phoenic. I. 24. p. 519. edit. Cadom. Confer Antonini Itiner. p. 21. & quæ ibi Surita & Weſſelingius notaverunt. Eſt autem *Tabraca* Numidiæ oppidum maritimum, inter Hipponem Regium & Diarrhytum.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Σίγγα. Ignota hæc aliis ſcriptoribus. Vide igitur, an Σίγα ſit, Mauritaniæ urbs haud procul a mari ſita,

fita, Syphacis regia, compluribus auctoribus memorata, quos laudavit Cellarius Geogr. Ant. lib. IV. c. 6. p. 196. Et ad Syphacem regem, firmandæ societatis caussa, legatos a Poenis, adventu classis Romanæ territis, missos esse Livius docet XXIX. 4. confer supra ad vers. 1. Vetat quidem apud Stephanum literarum series, ne Σίγα ab ipso scriptum putemus: sed potuit Stephanus corrupto uti Polybii codice; potuit vero etiam peræque & Σίγα & Σίγγα nomen esse ejusdem urbis. Quod si cui hæc non faciunt satis, videat an ΣΙΓΓΑ, quod in vetustioribus codicibus Polybianis ΣΙΝΓΑ scriptum fuisse consentaneum est, corruptum ex ΣΙΝΤΑ sit, & pertineat ad Σίντας, Africæ populum, quem inter Byzacios (de quibus infra vers. 5. agitur) & Carthaginienses incolentem Strabo memorat lib. II. p. 131. Vers. 3.

Vers. 4. ὁ Πολυΐστωρ. Alexander Polyhistor, qui Syllæ temporibus vixit. — *Ibid.* Δημοσθένης, ᾧ μεμφόμενος Πολύβιος. Videtur *Demosthenem* illum dicere Stephanus, quem Κτίσεων auctorem fuisse scribit in Ὀλιζών· qui an idem fuerit (ut Vossius existimavit, de Histor. Græc. lib. III. p. 354. & Fabricius Bibl. Græc. T. I. p. 810.) cum Bithyno Demosthene, Βιθυνιακῶν auctore, dubitari potest. Certe Bithyniaca ista carmine erant comprehensa, e quo versus nonnullos protulit idem Stephanus in Ἡραία, in Ἀρτάκη & alibi: Demosthenem vero, Κτίσεων auctorem, prosaicum fuisse scriptorem intelligitur ex eis ipsis quæ ad voc. Ὀλιζών de eo refert Stephanus. Vers. 4.

Ibid. ἀλλὰ χαλκουργεῖα. An huc pertinent τὰ καλούμενα Χαλκωρύχια, quorum mentionem in Mauritania facit Ptolemæus lib. IV. c. 14. p. 106. & quæ apud Strabonem lib. XVII. p. 830. in Mauritania memoratur χαλκωρυχία, ubi vel χαλκωρυχεῖα legendum videtur, vel accentu retracto χαλκωρύχια, in plur. numero, ut apud Ptolemæum, apud quem latinus interpres, nescimus an satis recte, *Chalcorychios montes* interpretatus est.

Verf. 5. *Verf.* 5. Πολύβιος Βυσσάτιδα &c. Vide quæ notavimus ad III. 23, 2.

Cap. II.

CAPVT II.

Verf. 2. *Verf.* 2. τὸ δένδρον ὁ Λωτός. Signate fic fcribit: *Lotus arbor.* Diftinguenda nimirum Lotus arbor (cujus Herodotus meminit II. 96. & IV. 177.) a Loto, aquatica planta, ex Nymphæarum genere, de qua egit idem Herodotus lib. II. c. 92. De utraque Loto conferri merentur quæ collegit doctus Herodoti interpres Gallicus ad II. 92. & IV. 177.

Cap. III.

CAPVT III.

Verf. 1. *Verf.* 1. πᾶς ἄν τις recte Cafaub. & fic Vefont. Conf. c. 8, 4. πᾶσάν τις ed. 1. cum aliis. — *Ibid.* θαυμάσειε. Perperam θαυμάσεις Reg. F. G. conf. ad XI. 9, 5.

Verf. 2. *Verf.* 2. τὸν δὲ Τίμαιον. Vide quæ de Argumento hujus libri fupra dicta funt. — *Ibid.* ἀλλὰ καὶ παιδαριώδη. De *Timæo* breviter & ad rem Longinus περὶ Ὕψους, fect. 4. ἀλλοτρίων ἐλεγκτικώτατος ἁμαρτημάτων, ἀνεπαίσθητος δὲ ἰδίων· ὑπὸ δὲ ἔρωτος τοῦ ξένας νοήσεις ἀεὶ κινεῖν, πολλάκις ἐκπίπτων εἰς τὸ παιδαριωδέστατον. Adde Diodor. Sicul. lib. V. c. 1. & XIII. 90.

Verf. 4. *Verf.* 4. τοῖς μὲν ἡμέροις μὴ χρῆσθαι καρποῖς. — „Id eft, non colunt agros, neque fructus manfuefactos induftria humana habent." CASAUB. *in ora Bafil.* — In Mafiniffæ laudibus memorat Appianus Hift. Pun. cap. 106. ἡμερῶσαι γῆν πολλήν, quod *magnum terrarum tractum ad mitiorem cultum redegit.*

Verf. 5. *Verf.* 5. βουβάλων κάλλος. κάλλους ed. 1. male & invitis msstis.

Verf. 7. *Verf.* 7. Καθάπερ δὲ καὶ - - οὕτω καί. Priorem καὶ delere jufferat Reifkius; immerito: folet ita cum optimis quibufque græcis fcriptoribus repetere illam particulam Polybius.

Verf.

Verſ. 8. καὶ τινα τῶν ἄλλων ζώων. τῶν deeſt Reg. F. G. male. Verſ. 8.

Verſ. 10. ὁ δὲ κύνικλος. ὁ δὲ κούνικλος καλούμενος ſcribit Athenæus lib. IX. c. 14. p. 400. ubi hunc Polybii laudat repetitque locum. — *Ibid.* πόῤῥωθεν μὲν ὁρώμενος. μὲν particulam, quam ignorant codices noſtri Polybiani, ex Athenæo adjecimus. — *Ibid.* δοκεῖ εἶναι. εἶναι δοκεῖ Athen. Verſ. 10.

CAPVT IV.

Cap. IV.

Verſ. 2. κατὰ τὰς νομάς. καὶ τὰς νομ. ed. 1. temere & invitis msstis. Verſ. 2.

Verſ. 5. οὕτω χειρίζουσι τὰ κατὰ τὰς νομὰς, *eadem ratione paſcendi utuntur.* Hanc ſententiam, quam neceſſario requirebat præcedentium ſequentiumque connexio, perſpecte expreſſit Guil. Xylander in vetere verſione germanica. Parique modo Caſaubonus ad verba illa editionis Baſileenſis, οὐ χειρίζουσι, in ora ſui exempli notaverat: „an οὕτω?" Quam tamen veriſſimam conjecturam rurſus deſerens, οὐ χωρίζουσι edidit, ſua auctoritate verbum χειρίζουσι, in quod cum ed. 1. conſentiunt ſcripti libri omnes, in χωρίζουσι mutans, adjecta hac interpretatione, *loca non ſeparant, quo illa paſtum abigunt.* REISKIVS, ſcripturæ codicum, quam ex ed. 1. & lectionibus codicis Auguſtani cognoſcere poterat, nulla habita ratione: „Poteſt, ait, vulgata χωρίζουσι τὰ κατὰ τὰς νομὰς exponi, & idem eſſe atque χωρίζουσι τὰς νομάς. Malim tamen τὰ ζῶα legi, aut τὰ plane deleri." — Verbum χωρίζουσι Caſaubonus ex hujus cap. verſu 12. ſumſiſſe videtur. Verſ. 5.

Verſ. 6. συοφορβοί. Apud Homerum quidem συφορβὸς ſcribitur, & vulgo apud Pollucem VII. 187. ſed apud hunc in cod. msto omicron inſeritur, pariterque apud Heſychium συοφορβὸς, & συοφόρβια. Quo minus neceſſe erat, ut a conſtanti codicum noſtrorum ſcriptura Caſaubonus hic diſcederet. Verſ. 6.

Verſ.

Vers. 7. *Vers.* 7. τοὺς πρώτους ἀκούοντας. Non solicitari hoc debuit. Vide notata ad X. 11, 6. & X. 47, 4.

Vers. 8. *Vers.* 8. Διὰ γὰρ τὴν πολυχειρίαν. Cum πολυχοιρίαν ex ed. 1. servasset Casaubonus, verba haec, & ea quae sequuntur, latine sic expressit, vel saltem pro illis graecis haec latina posuit: *Porro Itali homines, quia carnibus tenerorum porcorum & omnino magna succidiae copia utuntur, magnos propterea suum greges alunt.* REISKIVS, sentiens quantum haec latina a vi graecorum distent: — „ἡ πολυχοιρία, ait, h. l. est uber proventus vel foetura porcorum, & indoles soli huic pecori gignendo alendoque idonea. ἡ λοιπὴ χορηγία est quercetorum copia. Sed valde vereor, (sic pergit,) ut haec explicatio tueri se possit ad examen revocata, & ut tautologiae absolvi queat Polybius. πολυχοιρία vix potest aliud quid esse, quam *multitudo porcorum.* Sed quae oratio: *propter multitudinem porcorum sunt magni greges porcorum?* Quid hoc aliud, quam dicere, *porci multi sunt, quia multi sunt.* Quare non dubito praeferre lectionem, quae in Herw. [at in duobus quidem editionis Herwagianae exemplis, quibus nos utimur, non πολυχειρίαν, sed ipsum πολυχοιρίαν legitur] & Aug. est, πολυχειρίαν. *propterea quod multae adsunt hominum manus* (h. e. *quod regio illa frequens hominum est*) qui possint hoc animantium genus nutrire & curare." — Immo, in πολυχειρίαν consentiunt omnes nostri codices Aug. Reg. F. G. Vesont. nec dubitamus quin & Med. & Tubing. certe & Vrbinatem id habere, sedulo adnotavit ipse Casaub. in ora Basil. Ita quidem ut vocabulum πολυχοιρίαν editor Basileensis non aliunde nisi ex male accepta codicis sui scriptura (in quo fortasse, quemadmodum in nostris codicibus saepe factum, vidimus, similes fere fuerunt figurae diphthongorum οι & ει) arripuisse videatur. Est autem πολυχειρία frequentatum Polybio vocabulum, significans *hominum frequentiam*, praesertim *opus facientium.* VIII. 5, 3. VIII. 36, 11. X. 29, 8. Pro quo πλῆθος χειρῶν dicit III. 89, 9. conf. hoc cap. vers. 10. Fuit autem in Gallia Cisalpina

pina & in omni ſuperiori Italia, de qua nunc loquitur, *magna hominum frequentia*, πλῆθος τῶν ἀνδρῶν, ut ait II. 15, 7. qui, cum culturam agrorum atque vitium exercerent, adeoque ſedulo opus facerent, valido cibo indigebant, & carnibus multum veſcebantur. conf. II. 15, 1. & 17, 9 ſq. Adde Strabon. II. p. 218. Verſ. 8.

Ibid. καὶ τὴν λοιπὴν χορηγίαν. χορηγίαν cum Reiſkio intellexeramus τῶν δρυμῶν καὶ βαλάνων πλῆθος, *quercetorum copiam*, *glandes ferentium*, quorum mentionem facit II. 15, 2. & omnino *rerum omnium commoditatem*. Sed veremur, ne nec cum propria vi vocabuli χορηγία, nec cum adjecto nomine τὴν λοιπὴν ſatis conveniat hæc interpretatio. Immo, conferentibus nobis cum hoc loco quæ habet Polyb. II. 15, 3. nullo modo dubitandum videtur, τὴν λοιπὴν χορηγίαν eſſe *inſtitutum* illud incolarum ſuperioris Italiæ, *Romanis magnam ſuillæ carnis copiam in uſum exercituum ſuppeditandi*.

Ibid. καὶ μάλιστα τὴν παραλίαν. Sic haud dubie oportuit. Ex librariorum partim negligentia, partim imperitia, orta eſt vulgata ſcriptura παλαιὰν, quem errorem jam notavimus ad III. 118, 2. Quid enim *Italia antiqua* hic fuerit? Mediterraneæ partes Etruriæ & Ciſalpinæ Galliæ frugum ſegetibus & vinetis abundabant; campi & vineta quercetis diſtincta erant; ſed *ora maritima maxime quercetis*, adeoque & *porcorum gregibus*, *abundabat*.

Ibid. ὥστε τὴν μίαν τοκάδα χιλίους ἐκτρέφειν ὗς &c. Caſaubonus: *adeo ut ſcrofam ſit invenire, quæ alumnum gregem alat mille porcorum, aut etiam plures.* Quantacumque perhibeatur ſuilli pecoris fecunditas, (de qua conſuli poſſunt Naturalis Hiſtoriæ ſcriptores;) numquam tamen per omne vitæ ſpatium una ſcrofa mille pepererit porcellos. Itaque hoc fortaſſe dixerit Polybius, *unam ſcrofam videre atque ducere poſſe gregem mille porcorum & amplius, ex ſe ſuisque porcellis prognatorum.* Sed fatemur, nec ſententiam hanc ſatis perſpicue græcis verbis ineſſe; nec ſatis adparere, hæc quo pacto cohæreant, *ita magnos*

Verſ. 8. *magnos in eis regionibus eſſe greges porcorum, ut ſubinde una ſcrofa mille ſues ex ſe procreatas nutriat.* Intelligeremus, ſi diceret, *tantos eis in regionibus eſſe porcorum greges, ut inveniantur ſinguli coloni, qui mille & amplius ſues alant;* aut, *ut ſint ſingulæ villæ*, vel *ſingulæ haræ, in quarum quaque mille & amplius aluntur.* At nec id, quod ſequitur, ſatis nobis clarum eſſe profitemur, de *porcis per genera & ætates, educi & paſtum mitti ſolitis*, tum de *difficultate ſingula genera dignoſcendi diſcernendique;* niſi ſingula *genera* ea dicat, quæ ad diverſos dominos atque colonos pertinent; quo ſpectat id quod verſ. 13. ſcribit. Ceterum in verbis nil variant libri, niſi quod ποκάδα pro τοκάδα habet unus Reg. G.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ὅθεν. An ὅτι? *Quoniam, ſi in eumdem locum &c.* Sic ſtare poterit *verſ.* 9. διὸ καί. — *Ibid.* ἀλλά γε ex conject. correxit Caſaub. ἄλλά τε ed. 1. conſentientibus msstis, niſi quod ἄλλά τε cum duplici accentu habet Aug. Nos quidem perinde & τε & γε abeſſe malimus. — *Ibid.* συμπίπτει recte Caſaub. cum Aug. συμπίπτῃ ed. 1. Reg. F. G. Veſont. — *Ibid.* προσαγωγάς. — „id eſt, ἀγωγὰς πρὸς τὸν δόμον vel πρὸς τὸν σταθμὸν, *reductiones a paſtu ad ſtabula.*

Verſ. 11. *Verſ.* 11. κόπου. Mendoſe κώπου ed. 1. Reg. F. Veſont. *Ibid.* τὸ κατὰ βυκάνην. Omnino τὸ κατὰ τὴν βυκάνην ſcribendum arbitror.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. προάγει. προάγῃ in ſubjunctivo poſtulat præcedens particula ἐπειδάν. Et nil frequentius eſt iſta vocalium η & ει confuſione in codicibus noſtris. Sed ne ſic quidem perſanatus locus videtur. Nec enim recte hæc ſibi reſpondent, ἐπειδὰν - - ὁ μὲν ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος προάγῃ φωνῶν, ὁ δ' ἐπὶ ἕτερον ἀποκλίνας. Nam ſic quidem ad ἀποκλίνας intelligendum fuerit verbum φωνῇ. Conſentaneum igitur erat, ut diceret προάγων φωνῇ, quo poſito perapte ſequetur ἀποκλίνας, ſcil. φωνῇ: *ſi alter in hanc partem progrediens perſonuerit, alter vero in aliam partem deflectens.* — *Ibid.* δι' αὐτῶν. δι' αὐτῶν unus

Aug.

Aug. Vtrumque recte. — *Ibid.* ταῖς ἰδίαις βυκάναις. Mendose ἰδίας ed. 1. 2. Correxit Gronov. consentientibus msstis.

Vers. 13. τὸν καρπὸν, *glandem.* — *Ibid.* ὁ πλείονας ἔχων χεῖρας, καὶ κατευκαιρήσας. Casaubonus, cum, deserta tam constanti quam commodissima librorum lectione, Vrsini amplexus esset frigidam conjecturam, (χοίρους, pro χεῖρας) simul in interpretando verbo εὐκαιρήσας a Polybii mente aberravit, sic vertens hunc locum: *is qui plures porcos habuerit, & occasionem in rem suam vertere sciverit.* De usu nominis χεὶρ, qui hic obtinet, satis quidem trito illo, paulo ante ad vers. 8. diximus: eodem pertinet Euripideum illud, ἓν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ, quod laudavit noster I. 35, 4. Est igitur ὁ πλείονας ἔχων χεῖρας, *qui plures manus, plures homines, plures servos sibi præsto habet;* adeoque *qui vi manuum pollet, qui vi alteri est superior.* εὐκαιρεῖν est *opibus abundare*, IV. 60, 10. XV. 21, 2. quemadmodum & nomine εὐκαιρία sæpius pro *opibus, divitiis* utitur Polybius noster. Compositum autem verbum κατευκαιρεῖν, pro more ejusdem nostri, idem valet quod simplex; nisi præpositioni κατὰ (ut in καταταχεῖν, & similibus) inesse velimus vim quamdam comparativam, *opulentiorem, ditiorem esse aliis.* Itaque κατευκαιρήσας hac quidem connexione id ipsum denotat, quod Casaubonus cum Vrsino in præcedenti dictione, χεῖρας in χοίρους mutantes, quæsiverant; scilicet, *qui majorem porcorum copiam possidet.* Vers. 13.

Ibid. τὰ τοῦ πλησίον correximus ex Aug. Perperam vulgo τὰ τοῦ πλησίου. In Ves. nescias, πλησίου ne, an πλησίον, dare voluerit librarius.

Vers. 14. ἀπήλασεν. Temere ἀπέλασεν ed. 1. — *Ibid.* τοῦ περιάγοντος. Nescimus quid in hoc verbo argutatur Reiskius. περιάγειν τὰ κτήνη dicitur pastor, qui *huc illuc* per pascua & saltus *circumducit pecora.* — *Ibid.* κτήνη. Mendose κτείνη Aug. Reg. F. G. Vesont. Vers. 14.

CAPVT

CAPUT V.

Cap. V. Verf. 1. *Verf.* 1. τὴν τῶν Λοκρῶν πόλιν. Quanam occafione de *Locrorum* urbe nunc differuerit Polybius, obfervatum fupra eft in Argumento hujus libri. conf. Liv. XXIX. 6 fqq. Agitur autem de *Locris* illis, *Epizephyriis* cognomine, inferioris Italiæ in Bruttiis. Ceterum Valefius (in Notis ad ea verba quæ funt in noftra editione in fine capitis 12.) judicaverat, Fragmentum hoc, quod in Excerptis Antiquis cap. 3. & 4. continetur, collocari debuiffe proxime poft extrema verba Eclogæ illius, in Codice Peirefciano de Virtutibus & Vitiis confervatæ, quæ incipit a verbis Πολλὰ ἱστορεῖ ψευδῆ ὁ Τίμαιος, & definit in illa ἀναγκάζωμαι τοῦ καθήκοντος ὀλιγωρεῖν. (nobis cap. 8 — 12. hujus libri.) Et ita quidem pendere exiftimaverat locum hunc, quem nunc præ manibus habemus (cap. 5. & 6.) ab illa Ecloga, ut fine ea vix intelligi poffit. Denique pro certo habuerat idem Valefius, inter eamdem illam Eclogam, atque inter hoc Excerptum Antiquum, ne verbum quidem unum interpofitum fuiffe. Nobis ea res non adeo clara fuit: imo vero, ex illis verbis cap. 8, 2. Πλὴν ταῦτα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ Ἀριστοτέλους εἰρήσθω, nobis cum Reifkio vifum erat intelligi, Valefianam illam Eclogam in integro olim Polybii opere poft noftrum hoc Fragmentum locum tenuiffe. Proxime autem ante hoc noftrum Excerptum, (ut ex verf. 4. hujus cap. intelligitur) ex profeffo expofuerat Polybius Ariftotelis illam fententiam *de origine urbis Locrenfium*, quam deinde cap. 9, 2. brevibus verbis repetit, ubi docet, quam acerbe atque indigne in Ariftotelem ob eam fententiam invectus fit Timæus. Ceterum de *Locrorum* origine, inftitutis atque legibus, cum univerfe, tum figillatim de eis rebus quarum Polybius hoc libro mentionem fecit, confulenda inprimis funt, quæ erudite fubtiliterque, ut folet, HEYNIUS, Goettingenfis Scholæ decus, in Opufculor. Academicor. Tom. II. difputavit.

Verf. 2. *Verf.* 2. τῆς εἰς Ἰβηρίαν στρατείας. Mendofe Ἰβηρίας ed. 1. Reg. F. G. Vefont. & εἰς deeft Reg. G. *Bellum* fortaffe

taſſe Polybius dicit *Celtibericum* illud; de quo agitur in Reliq. libri XXXV. Notanda autem phraſis στρατείαν ἐκπέμπειν, *milites mittere*, quam attigimus ad I. 9, 3. — *Ibid.* τῆς εἰς Δαλματεῖς. De *bello iſto Dalmatico* conf. lib. XXXII. cap. 9. Verſ. 2.

Verſ. 3. τιμίοις Caſaub. cum Reg. G. & Vrſin. Vitioſe τιμαίοις ed. 1. Vrb. Aug. Reg. F. Veſ. — *Ibid.* καὶ μᾶλλον. Colorem habet Polybianum adjecta ſic particula καὶ, quare non negligendam putavimus. Verſ. 3.

Verſ. 4. τὴν ὑπ' Ἀριστοτέλους παραδιδομένην ἱστορίαν. Ab *Ariſtotele* omnium fere civitatum non Græciæ ſolum, ſed etiam Barbariæ, mores, inſtituta, diſciplinas fuiſſe expoſitas, Cicero docet de Finib. V. 4. Ei operi titulus fuerat Πολιτεῖαι πόλεων. Diog. Laërt. V. 72. In his erat ἡ Λοκρῶν πολιτεία, quam nominatim laudat Clem. Alex. Stromat. lib. I. pag. 258. ed. Dan. Heinſii. Fuerat autem Ariſtotelis ſententia ea, quam breviter deinde cap. 9, 2. repetit, *coloniam Locrorum Epizephyriorum ex fugitivis mancipiis, moechis & plagiariis fuiſſe collectam:* quo & pertinet id quod habet Dionyſ. Perieg. vſ. 365 ſq. & ibi Euſtathius. — *Ibid.* τῆς ὑπὸ Τιμαίου λεγομένης. — „Malim τῶν ὑ. T. λεγομένων. Commodius enim dicitur ἱστορία παραδιδομένη, quam λεγομένη." REISKIVS. Verſ. 4.

Verſ. 5. οὐ Τίμαιος. — „id eſt οὐχ ἦν Τίμαιος." REISK. Verſ. 5.

Verſ. 6. εἴη. Non eſt utique optativo hic locus: ac, ni gravius quid h. l. peccatum, ἐστὶν ſaltem præferendum putemus. — *Ibid.* εὐγενεῖς. Articulum τὸ, quem hic adjecit Caſaubonus, tranſtulit huc ex illa mendoſa ſcriptura εἰς τὸ, quam paulo ante habent libri. Ignorant eum h. l. iidem libri, & merito delere juſſit Reiſkius. Verſ. 6.

Verſ. 7. τὰς ἀποσταλησομένας παρθένους εἰς Ἴλιον. — „Apud Locros [Opuntios] Græciæ, ad expiandum Aiacis Oilei ſacrilegium rapta Caſſandra in conſpectu Palladis, quotannis mittendæ erant virgines Ilium ſorte legendæ ex centum gentibus illuſtrioribus. Strab. XIII. p. 896. Verſ. 7.

Verf. 7. [p. 600. ed. Cafaub.] adde Plut. de fera Num. vind. p. 557. & laudd. ibi a Cl. Wyttenb. in ed. libelli p. 66. Toup. Ep. Crit. p. 162." HEYNIVS l. c. p. 53. — Toupii locus in edit. Lipfienfi eft p. 133. ubi Tzetzis verba ad Lycophr. adferuntur, rem totam perfpicue ex ipfo Timæo Siculo exponentis, ad quem etiam provocaverat Cafaub. ad Strab. Ceterum quod in latina Polybii verfione idem Cafaub. fcripferat, *e quibus Locrenfes illas centum virgines forte legere ex oraculi refponfo tenebantur* &c. errorem notavit Gronov. in Notis msstis, quem errorem & res ipfa arguebat, & Tzetzes, l. c. ex Timæo diferte referens, *duas virgines quotannis a Locris oraculi juffu Ilium fuiffe miffas.*

Verf. 9. *Verf.* 9. ὑπὲρ τῆς Φιαληφόρου. Mendofum ὑπὸ, quod cum ed. 1. habent codd. omnes, verifimillimum eft ex ὑπὲρ fuiffe corruptum, quod & in ora Bafil. notaverat Cafaubonus: & hoc fane fermonis ufui convenientius, quam ἐπὶ, quod dein nefcimus qua caufa prætulit idem doctus Editor. Conf. ad V. 18, 9. περὶ voluerat Vrfinus, quod idem valet ac ὑπέρ. Φιαληφόρου cum Vrfino corr. Cafaub. Vitiofe Φιληφόρου ed. 1. confentientibus msstis, rurfusque verf. 11. Φιληφόρον, ubi tamen unus Vrb. recte Φιαληφόρον habet. Ceterum de *Phialephoris*, præter ea quæ h. l. Polybius refert, nihil apud alium quemquam fcriptorem, quoad nobis quidem compertum, memoratum fupereft: quare in latina verfione uncis inclufimus verba ifta a Cafaubono ex ingenio adjecta, *quod phialam geftans thenfam ducat.* — *Ibid.* παρ' αὐτοῖς recte Cafaub. cum Vrfino. παρ' αὐτῆς ed. 1. cum msstis.

Verf. 10. *Verf.* 10. ὑπάρχων παῖς. Tam perfpicax, quam certa Reifkii conjectura. Huc manifefte fpectat, quod verf. feq. ait τὸ μὴ παῖδα ποιεῖν &c. Ex παῖς primo πες fecerat imperitus librarius; inde ὑπάρχων πες in ὑπάρχοντες ab aliis mutatum. — *Ibid.* τῶν Σικελικῶν. De hujus pariter emendationis veritate vix ulla dubitatio effe poteft: quo magis miramur Reifkii h. l. verecundiam, *fortaffe* præfantis. Sed minime

minime adsentimur eidem docto viro, suspicanti αὐτοὶ δὲ καὶ πλείω legendum: qua inserta particula omnis turbatur orationis ordo. Eodem pertinet, quod dein vers. 11. αὐτοὶ δὲ, id est *ipsi*, Locrenses puta, scribendum contendit, pro αὐτὸ δὲ, in quod recte consentiunt libri omnes: *hoc unum mutarunt, hanc unam correctionem adhibuerunt.* Vers. 10.

CAPUT VI. Cap. VI.

Vers. 1. οὔτ' ἐλέγοντο παρ' αὐτοῖς. Suspicati eramus οὔτ' ἔλεγον τὸ παράπαν παρ' αὐτοῖς. Sic mox περὶ ὧν ἔλεγον. Vers. 1.

Vers. 2. καταλάβοιεν Σικελοὺς κατέχοντας ταύτην τὴν χώραν. Confer quae in hunc locum disputavit Heynius l. c. pap. 49. — *Ibid.* ὁμολογίας ποιήσαιντο τοιαύτας. Eamdem rem repetiit Polyænus Strateg. lib. VI. c. 22. Inde in proverbium abiit Λοκρῶν σύνθημα, *Locrensium pactum*, in astutos & foedifragos; quod ex Zenodoto & Eustathio retulit Erasmus in Adagiis; neque præteriit Michael Apostolius, Proverb. Centur. XII. n. 10. Vers. 2.

Vers. 3. ἦ μὴν cum Vrs. correxit Casaub. ἡμῖν mendose ed. 1. cum msstis omnibus. Conf. ad XI. 29, 6. — *Ibid.* ἕως ἂν ἐπιβαίνωσι τῇ γῇ ταύτῃ. ἐπιβαίνωσι ex msstis restituimus, qui in hoc cum ed. 1. consentiunt. Mendose ἐπιβαίνουσι ed. Casaub. & seqq. τῇ γῇ ταύτῃ ex ora ed. 1. recte recepit Casaub. Sic & ora Aug. a prima manu, qui in contextu cum ed. 1. habet τῇ χώρᾳ. Contra Vesont. in contextu dat τῇ γῇ, putamus & Med. & Vrb. τῇ χώρᾳ vero in ora habet Vesont. Imperite utramque scripturam conjunxerunt Reg. F. G. τῇ τῇ χώρᾳ γῇ, lineolis tamen subductis ut spuria notantes verba τῇ χώρᾳ. — Bene REISKIVS: „Servandum est, ait, τῇ γῇ, propter fraudem jurisjurandi, quæ locum habet in vocab. γῇ, nullum habet in vocab. χώρᾳ.“ — *Ibid.* φορῶσι. — „φέρωσι videtur usitatius esse, pro formula quidem sacramenti.“ REISK. — At nulla satis idonea causa est, cur solicitetur scriptura in quam consentiunt libri. Vers. 3.

Verf. 4. *Verf.* 4. τοιούτων δὲ τῶν ὅρκων γενομένων. Commodius videri poterat γιγνομένων. Sed nil variant libri noſtri. — *Ibid.* ἐμβαλόντας merito correxit Caſaub. cum Scaligero. ἐμβάλλοντας ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* σκορόδων recte Caſaub. cum Vrſin. & Aug. σκορώδων ed. 1. Reg. F. G. & ſic mox iterum. — *Ibid.* ἐπὶ τοὺς ὤμους - - ὑποθεμένους. Perſpecte utique, τοὺς ὤμους, pro τοῦ σώματος, correxit Caſaub. Sed verbum ὑποθεμένους requirere videtur, ut ὑπὸ τοὺς ὤμους legamus; niſi cum Reiſkio ad verbum illud ſubintelligas ὑπὸ τὰς ἐσθῆτας. Contra, ſi ἐπὶ τοὺς ὤμους, teneamus, videri poteſt ἐπιθεμένους fuiſſe dicendum, ut idem Reiſkius monuit. Inverſa ratione apud Polyænum l. c. vulgo legitur, σκορόδων κεφαλὰς ὑπὸ τοῖς χιτωνίσκοις ὑπὸ τοὺς ὤμους ἐπιθέντες, ubi Caſaubonus ἐπὶ τοὺς ὤμους aut ὑπὲρ τῶν ὤμων ſcribere juſſit.

Verf. 7. *Verf.* 7. οὐκ ἦν πάτριον &c. *Græcis olim non fuit patrium inſtitutum, ut emtitii ſervi ipſis famularentur.* — „Quod ſi forte Timæus nimis abſolute & præfracte hoc pronuntiavit, omnino tamen hactenus verum eſt, quod in antiqua vitæ ſimplicitate multo major Græcis uſus fuit operarum mercede conductarum.“ HEYNIVS l. c. p. 54.

Cap. VII.

CAPVT VII.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἐπὶ τῶν κανόνων, id eſt, *ubi de regula vel norma, quæritur.* ἐπὶ Caſauboni emendationi debetur. ὑπὸ erat in ed. 1. & msstis. ἐπὶ τοῦ κανόνος voluerat Scaliger. Confuſas ſubinde a librariis particulas ἐπὶ & ὑπὸ eo minus mirari debemus, quo ſimiliora inter ſe ſunt illa ſcripturæ compendia, quibus utraque earum ſolet deſignari. — *Ibid.* κἂν ἐλάττων ᾖ. — „ſubaudi τις.“ REISK.

Ibid. τῷ πλάτει ταπεινότερος. Veremur ne non recte interpretati ſimus *minus lata.* Quale πλάτος intelligatur, indicat adjectum nomen ταπεινὸς, nempe *craſſities.* Nec aliud ſpectaſſe Caſaubonus videtur, vertens *aut latitudine minus alta.* Quam in partem REISKIVS ſic monuit: „Græci

„Graeci vocabulum ταπεινὸς pro μικρὸς usurpant quacumque de mensura, sive in altitudinem, sive in latitudinem, seu crassitiem. Sic Diodorus Siculus libri II. fine in Indiae quadam ait insula esse arundines, quae soleant κατὰ τὰς σελήνης ἀναπληρώσεις ἀναπληροῦσθαι, καὶ πάλιν κατὰ τὰς ἐλαττώσεις ἀνὰ λόγον ταπεινοῦσθαι, *gracilescere*." — Verſ. 1.

Ibid. κανόνα φησίν. *Timaei* haec utique verba esse videntur, cujus nomen in latina versione adjicere non dubitavit Casaubonus. Vsus autem illis est Timaeus contra Aristotelem. — *Ibid.* Libri nostri omnes cum ed. 1. omissis verbis εἶναι καὶ, nil aliud habent, nisi κανόνα φησὶ δεῖν προσαγορεύειν. Quod commodissimum esset, nisi sequeretur οὕτως; quae nimirum particula commovit Casaubonum, ut ista verba εἶναι καὶ ex ingenio adjiceret. Sed eodem jure suspicari licebit, particulam οὕτως ex prava & imperita sedulitate adsutam esse a librario, qui illam ob praecedentem partic. καθάπερ hic desiderari putaret. Eadem vero particula οὕτως, perperam inserta, deinde conjunctionem δὲ post ὅταν expulisse videtur, quam recte quidem habet etiam ed. 1. cum omnibus editionibus, sed ignorant scripti libri nostri, Aug. Reg. F. G. & Vrsini codex.

Ibid. πρὸς ταύτην merito correxisse Casaubonus videtur: sane, quid sit πρὸ ταύτης in hac connexione, non videmus. Mox ἐγγίζῃ cum Aug. & Vesont. scripsimus, pro mendoso ἐγγίζει, quod habebant edd. cum Reg. F. G. Rursus vero rectissime & necessario (nisi in ipso verbo ἐγγίζῃ error est) negantem particulam οὐκ ante ἐγγίζῃ posuerunt editores, quam codices quidem nostri, certe Augustanus & Regii (nam ex Vesont. adnotare negleximus, & ex ceteris nil adnotatum videmus) ignorant.

Verſ. 2. Verba προσίεσθαί φησι usque βίβλους desunt Reg. F. G. — *Ibid.* ὅταν δὲ ταύτης παραπέσῃ. Attigimus hunc locum in Adnot. ad III. 54, 5. quo ex loco (collato cum XV. 23, 5.) defendi fortasse vulgatum potest, in quod consentiunt libri. Sed quodsi contuleris vers. 5. ubi uno consensu omnes dant παραπαίουσι τῆς ἀληθείας, rur- Verſ. 2.

Verſ. 2. ſusque cap. 9, 1. (ut alia nunc loca taceamus, ubi eadem dictio frequentatur,) vix temperare tibi poteris, quin perſuaſum habeas, παραπαίσῃ hoc loco cum Timæo ſcripſiſſe Polybium.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἡρεῖσθαι δεῖ τῶν τοιούτων συγγραμμάτων τὴν ἀλήθειαν. Verte cum Erneſto in Lexico Polyb. *principatum in Hiſtoria tenere debet Veritas.* — *Ibid.* αὐτός που κέχρημαι λέγων οὕτως. — „*locum hunc communem uſurpavi.* Nam χρῆσις vel χρεία eſt ſententia multiplicis in vita uſus." REISKIUS. — *Ibid.* καθάπερ ἐμψύχου σώματος &c. Vide I. 14, 6. — *Ibid.* ὄψεων. ὄσσεων ed. 1. temere & invitis omnibus libris. — *Ibid.* τὸ ὅλον perperam deeſt Reg. F. G. & Veſont.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. δύο μέντοι τρόπους φαμὲν εἶναι. φαμὲν ex Caſauboni emendatione eſt. Quod ſi codicum ſcripturam ἔφαμεν teneas, ſtatuendum fuerit reſpici locum aliquem in deperditis Polybii libris: non enim meminimus in ſuperioribus id legere quod nunc dicit. Eamdem ſententiam repetit cap. 8, 6. Nec vero, quia hic ἔφαμεν in præterito habent libri noſtri, idcirco putabimus, Eclogam illam Valeſianam cap. 8 ſeqq. huic noſtro Excerpto fuiſſe proponendam: nam & ibi ἔφαμεν in præterito dicit, & ibidem breviter tantum & velut in tranſcurſu repetit, id quod h. l. enucleatius & ex profeſſo dixerat. — *Ibid.* ψεύδους. Adparet ex hoc loco, quod & aliâs ſæpe intelligere licuit, vocabulum ψεῦδος non ſemper graviori illa notione accipi, qua Latinorum *mendacium*; & aliud eſſe quidem ψεῦδος *voluntarium*, ad decipiendos alios de induſtria comparatum; aliud vero *involuntarium*, ejus qui ipſe falſus eſt & in errore verſatur; quo pertinent illa ψεύδους definitiones, quas ex Platonis lib. II. de Repub. & ex Theæteto adtulit Henr. Steph. in Theſ. Gr. Ling. Itaque ψεῦδος generatim intelligi debet *error dicendo prolatus*, *falſum dictum*, *falſiloquium*. Sed ne Latinorum quidem *mendacium* ſemper ſtrictiori illo ſenſu accipitur: de quo vocabulo legiſſe juvabit ſententiolas illas, quas ex P. Nigidio A. Gellius

lius retulit lib. XI. c. 11. velut: *Inter mendacium dicere & mentiri distat: qui mentitur, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur; qui mendacium dicit, ipse fallitur.*

CAPVT VIII. Cap. VIII.

Eclogam hanc Valesianam ante illud Excerptum antiquum, quod cap. 5 & 6. posuimus, collocandum putasse Valesium, supra ad c. 5, 1. monuimus. Atqui mire initium huius Eclogæ cum fine præcedentis Fragmenti, quod in Excerptis antiquis suo ordine sequebatur, cohærere videtur.

Vers. 1. ἐπιλανθάνεται - - παρεκβαίνει. — „Forte ἐπιλανθάνεσθαι & παρεκβαίνειν. Quamquam vulgata sic potest defendi, ut δοκεῖ accipiatur pro ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, & quasi in parenthesi, ut paulo post δοκῶ. [vers. 4. & cap. 11,4.]" REISKIVS. Vers. 1.

Vers. 2. Πλὴν ταῦτα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ Ἀριστοτέλους εἰρήσθω. — „Clare testantur hæc verba, ea, quæ sequuntur, esse capiti illi subjicienda, quod in eclogis superioribus, [quæ Excerpta Antiqua a nobis solent adpellari,] libri duodecimi est quartum, ex divisione Gronovii." REISKIVS. — Vide ad cap. nostr. 5, 1. Vers. 2.

Vers. 3. τοιάνδε τινὰ λήψεται τὴν ἀπάντησιν. — „Verba hæc, ait REISKIVS, mihi sunt obscura." — Valesii est illa interpretatio, quam hoc loco, ut plerumque aliâs, nil mutatam repræsentavimus: *occasionem hinc opportune nactus videor.* Vers. 3.

Vers. 4. ἀληθὲς μέν τοι γε καὶ καθάπαξ διαστεῖλαι περί τινος οὐδέν ἐστιν ἐν τούτοις. ERNESTVS, hunc locum respiciens in Lexico Polybiano, ait: διαστῆναι περί τινος, *judicare, decernere de aliqua re*, si lectio sana est, & non legendum διαστεῖλαι." — Nempe verbum διαστέλλομαι & διαστολὴν ποιοῦμαι passim apud Polybium denotat *distinguo, definio, distincte trado, explico, interpretor;* qua notione etiam activum verbum διαστέλλειν usurpari potuit, velut in illo Philonis loco de Vita Mosis lib. III. quem H. Vers. 4.

 Ste-

Verſ. 4. Stephanus in Theſ. T. III, p. 1001. E. protulit. Neque aliud h. l. in mente habuiſſe Valeſius videtur, cum verba ſupra ſcripta latine ſic redderet: *ut vero his in rebus veritatem diſtincte adſequaris atque adſeveres, ne fieri quidem poteſt.* Miramur autem, quod difficilem utique locum, ac veremur ut vel ſic ſatis perſanatum, ſicco pede in Notis tranſierit. Vere nobis REISKIUS ſuſpicatus videtur, gravius vulnus hic ſubeſſe. Is vulgatam lectionem διαστῆναι ſervans, quam codex Peireſcianus dederat, hujuſmodi propoſuit emendationem: „Forte ἀληθὲς μέντοι γε καὶ καθάπαξ βέβαιον, ὥστε μηδένα διαστῆναι περί τινος, οὐδέν ἐστιν ἐν τούτοις, id eſt, *ita certum & firmum in his nihil eſt quicquam, ut nemo dubitare poſſit.* διαστῆναι eſt *diſcedere diverſas in partes.*“

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Τοῖς μὲν γὰρ κατ' ἄγνοιαν &c. Sententiam hanc margini adſcriptam habet Codex Vrbino-Vaticanus, e quo eam in Polybii Fragmentis retulerat Caſaubonus, priusquam repertæ eſſent Eclogæ de Virt. & Vitiis. Eamdem ſententiam, in ora putamus Codicis alicujus Palatini repertam, Xylander verſioni germanicæ Polybii inſeruit, inter cap. 4 & 5. — *Ibid.* ἔφαμεν δεῖν. Vide cap. 7, 4. & ibi notata.

Cap. IX.

CAPVT IX.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. εἶναι θρασὺν, εὐχερῆ &c. Hæc & quæ ſequuntur Timæi in Ariſtotelem convicia, Lexico ſuo ex Polybio inſeruit Suidas, in Ἀριστοτέλης. — *Ibid.* κατατετολμηκέναι. Neſcimus qua cauſa ſolicitavit hoc verbum Reiſkius, aut καταψεύδεσθαι τετολμηκέναι ſcribendum contendens, aut ψευδογραφεῖν κατατετολμηκέναι. — *Ibid.* ἀποικίαν αὐτῶν εἶναι δραπετῶν οἰκετῶν &c. — „Ariſtotelis ſententiam de republica Locrorum ſecutus eſt Dionyſius Characenus libro de Situ Orbis: [verſ. 365 ſq.]

> Τῇ δ' ὑπὸ Λοκροὶ ἔασιν, ὅσοι προτέραις ἐτέεσσιν
> ἦλθον ἐπ' Αὐσονίην, σφετέρης μιχθέντες ἀνάσσαις,

ubi vide quæ Euſtathius notat.“ VALESIVS.

Verſ.

Verf. 3. ἐν ταῖς Κιλικίαις πύλαις, *ad Cilicias Pylas*, quarum nimirum in vicinia erat Iſſus. Conf. XII. 17, 2. & Cellar. Geogr. Antiq. lib. III. c. 6. p. 247 ſq. Verf. 3.

Verf. 4. σοφιστὴν ὀψιμαθῆ &c. — „Hæc prius Ariſtoteli objecerat Epicurus in epiſtola περὶ ἐπιτηδευμάτων, cujus verba refert Athenæus libro VIII. [p. 354.] Καί τοι εἰδὼς καὶ Ἐπίκουρον ταῦτ' εἰπόντα περὶ αὐτοῦ, ὅτι καταφαγὼν τὰ πατρῷα ἐπὶ στρατείαν ὥρμησε, καὶ ὅτι ἐν ταύτῃ κακῶς πράττων ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἦλθεν, εἶτα ἀναπεπταμένου τοῦ Πλάτωνος περιπάτου, φησὶ, παραβαλὼν ἑαυτὸν προσεκάθισε τοῖς λόγοις οὐκ ὢν ἀφυὴς, καὶ κατὰ μικρὸν εἰς τῶν θεωρουμένων ἐξῆλθεν. Sic legendus eſt ille locus. Male vulgo εἰς τὴν θεωρουμένην." VALESIVS. — Eadem breviter habet Diog. Laërt. in Epicur. X. 8. Omnino vero confer Euſeb. Præpar. Evangel. XV. 2. ubi pro verbis illis παραβαλὼν ἑαυτὸν, quæ leguntur apud Athenæum, habet παραλαβὼν αὐτὸν, id eſt, *præceptorem eum ſibi ſumſit.* Verf. 4.

Ibid. ὀψαρτυτήν. conf. cap. 24, 2.

Verf. 5. μέτριος μὲν γὰρ οὐ δοκεῖ. — „Forte μέτρια legi debet." VALESIVS. — „μέτριος bene habet: *quicunque vel mediocriter bonus & probus: quicunque paterfamilias*, ait Cicero." REISKIVS. Verf. 5.

Verf. 6. αὐτὸς ἐν αὐτῷ διανοηθῆναι. Præpoſitionem ἐν, quæ aberat vulgo, inſerere cum Reiſkio non dubitavimus: ſimul pro αὐτῷ, quod editum erat, αὑτῷ ſcripſimus, pro more Polybii. Verf. 6.

CAPVT X. Cap. X.

Verf. 1. Dele diſtinctionis ſignum poſt δὴ, & poſt προαίρεσιν repone. Verf. 1.

Verf. 2. κατὰ τὴν αὐτὴν βίβλον. — „Intellige librum IX. Hoc enim libro Timæus de republica Locrorum in Italia contra Ariſtotelis ſententiam diſputaverat, ut docet Athenæus lib. VI. qui hæc Timæi verba refert, quæ ad hanc diſputationem pertinent: Καθόλου δὲ ἠτιῶντο &c." Verf. 2.

Vers. 2. VALESIUS. — Timæi verba ex Athenæo exhibuimus supra, cap. 6, 7 sq.

Ibid. ἐξετάζειν. ἐξετάσαι voluit Reiskius: quod speciem habet, nisi forte ἐπιβαλὼν ἐξετάζειν idem valet ac ἐπιβάλλων ἐξετάζειν ἐπιβαλὼν, *profectus*; ut XI. 22, 10.

Vers. 3. *Vers.* 3. ὡς ὑπογεγράφθαι τὴν ἀρχὴν τοιαύτην. — „Existimavi legendum esse ἐπιγεγράφθαι, quod sensus ipse poscere videtur. Probare enim vult Timæus, coloniam Locrorum non ex fugitivorum colluvie conflatam fuisse; idque ex eo concludit, quod apud Locros in Græcia tabulæ foederis cum Italicis percussi legantur, *hoc exordio*, ὡς γονεῦσι πρὸς τέκνα.“ VALESIUS. — Valesii rationem, nil cunctatus, adoptavit Heynius, Opusc. Acad. T. II. p. 47. REISKIUS contra, nihil tamen pro confirmanda sua sententia adferens: „ὑπογεγράφθαι (ait) bene habet; idem valet atque προγεγράφθαι.“ — Illius vero usus verbi ὑπογράφειν, pro προγράφειν, *præscribere*, *in principio* (v. c. legis) *scribere*, exempla collegit idem Reiskius in Indice græcitatis Demosthenea.

Ibid. ὡς γονεῦσι πρὸς τέκνα. Non gravabimur latam VALESII ad hunc locum *de mutuis μητροπόλεων & Coloniarum juribus atque officiis* Adnotationem, quæ multa scitu jucunda atque utilia continet, & passim laudata a viris doctis est, integram ad verbum huc transscribere; ne quis Polybii nostri emtor lectorque, eam hoc suo loco quærens, spe sua deceptum se queratur. — „Coloniæ, ait, eumdem honorem originibus suis exhibebant, quem filii parentibus. Itaque Metius Fufetius, Albanorum dux, apud Dionys. Halic. lib. III. p. 143. [cap. 7.] ait Romanis, Albanorum colonis: ὅσης γὰρ ἀξιοῦσι τιμῆς τυγχάνειν οἱ πατέρες παρὰ τῶν ἐκγόνων, τοσαύτης οἱ κτίσαντες τὰς πόλεις παρὰ τῶν ἀποίκων. Ita & Curtius lib. IV. [c. 2.] *quippe Carthaginem Tyrii condiderunt, semper parentum loco culti.* Apud Herodotum quoque libro VIII. [c. 22.] Themistocles negat Ionas juste agere, qui contra patres militent. Quænam porro fuerint hæc jura, quæ originibus debebantur,

„bantur, non alienum fuerit paucis hoc loco perstringere. Vers. 3.
Primo igitur ii, qui in coloniam mittebantur, armis & commeatu a civibus suis instruebantur de publico, ut docet Libanius in argumento orationis Demosthenis περὶ τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ. Præterea publica iis diplomata dabantur, quæ ἀποίκια vocabant, teste Hyperide in oratione Deliaca apud Harpocrationem: quorum exemplar, ut opinor, in archivis publicis servabatur, quo eos cives optimo jure esse, & bonis ominibus in hanc aut illam coloniam missos appareret. Iam quod præcipuum est, sacra patria coloni secum asportabant, ignemque sacrum e penetrali urbis depromtum & accensum: quod docet auctor Etymolog. in Πρυτανεῖα. ὅτι τὸ ἱερὸν πῦρ ἐπὶ τέτων ἀπόκειται καὶ τὰς ἀποίποτε ἀποικίαν στέλλοντας ἔθος αὐτόθεν ἅπτεσθαι τὸ ἀπὸ τῆς ἑστίας πῦρ. Herodotus etiam lib. I. [c. 146.] de Atheniensi colonia in Ioniam missa loquens sic ait, οἱ δὲ αὐτῶν ἀπὸ τῦ Πρυτανείε τῦ Ἀθηναίων ὁρμηθέντες . . . ἐς ἀποικίην. Qui quidem ignis si casu extinctus esset, ex Prytaneo conditorum accendi eum oportebat. Moris quoque erat, ut coloniæ quotannis legatos in majorem patriam (sic Curtius lib. IV. vertit, quam Græci μητρόπολιν dicunt) mitterent, diis patriis sacra facturos. Polybius cap. 114. legationum [lib. XXXI. cap. 20, 12.] ναῦν ἱεραγωγὸν, ἐφ᾽ ᾗ εἰς τὴν Τύρον ἐκπέμπεσιν οἱ Καρχηδόνιοι τὰς πατρίες ἀπαρχὰς τοῖς θεοῖς. Et Curtius de iisdem Carthaginensibus ait lib. IV. [c. 2.] *Carthaginensium legati ad celebrandum sacrum anniversarium more patrio tunc venerant.* Itaque Corinthios graviter infensos Corcyræis fuisse legimus, quod more reliquarum coloniarum sacra patria Corinthum mittere negligerent, διὰ τὸ μόνες τῶν ἀποίκων μὴ πέμπειν τὰ κατειθισμένα ἱερεῖα τῇ μητροπόλει, ait Diodorus Siculus libro XII. [c. 30.] Sed Thucydides lib. I. [c. 25.] ubi eamdem narrat historiam, aliud dicit his verbis: ἅμα δὲ μίσει τῶν Κερκυραίων, ὅτι αὐτῶν παρημέλεν, ὄντες ἄποικοι, ὅτε ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα, ὅτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν ὥσπερ αἱ ἄλλαι

ἀποικίαι.

Vers. 3. „ἀποικίαι. Vbi Scholiastes Græcus, προκαταρχόμενοι, inquit, τοῦτ' ἔστι διδόντες τὰς ἀπαρχάς. ἔθος γὰρ ἦν ἀρχιερέας ἐκ τῆς μητροπόλεως λαμβάνειν. *Moris erat*, inquit, *ut coloniæ ab originibus suis pontifices acciperent.* Qui mos imprimis notandus est: ex hoc enim, ut opinor, unico hujus interpretis loco id discimus. Superest, ut dispiciamus, quænam fuerint illa γέρα, quæ a colonis præstari mos erat in publicis solennibus ac ludis. Scholiastes quidem ille Thucydidis interpretatur τὰς τιμὰς καὶ προεδρίας, id est principem in consessu locum. Sed & multa alia privilegia intelligi puto; cujusmodi sunt ἐπιγαμίαι, κτῆσις γῆς, & cetera, quæ in decretis Græcorum passim leguntur. Quin etiam si quando coloni aliam coloniam aliquo deducere vellent, moris erat, ut ducem a majore patria postularent: quod testatur Thucydides lib. I. [c. 24.] de Epidamno: οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος τῶν ἀφ' Ἡρακλέους, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς μητροπόλεως κατακληθείς. Porro ad hæc jura μητροπόλεων & coloniarum non incommode, ut arbitror, revocari possunt & invicem componi jura ecclesiæ Romanæ, quæ matrix est & μητρόπολις reliquarum. Sed hæc indicasse nunc quidem sufficiat." — Hæc igitur VALESIVS; cum quibus omnino conferenda quæ de eodem argumento disputavit Heynius Opusc. Academicor. T. I. p. 312 seqq.

Vers. 5. *Vers.* 5. Μεταβὰς δὲ πάλιν ἐπὶ τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρούς. *Deinde ad Locros, qui in Italia incolunt, delatum.* Sed si contuleris cap. 12, 5. videbitur μεταβὰς h. l. ut ibi, intelligendum *oratione transiens*, *orationem convertens ad Locros Italiæ.*

Vers. 6. *Vers.* 6. ὁμοίως τοῖς μοιχοῖς, τοῖς δραπέταις. καὶ, ante τοῖς δραπέταις, necessario inferendum existimavit Reiskius. Sed amat ejusmodi asyndeta Polybius. — *Ibid.* ὧν οὐδὲν ἂν ὑπάρχειν. ὑπάρξειν suspicatus est Gronov. in Notis msstis. At ἂν cum præsenti infinitivi & cum aoristo ponitur, non cum futuro. — *Ibid.* συνῄδεισαν. — „συνείδησαν potest ferri, ait REISKIVS, ut imperfectum a συνίδημι,

θημι, usitatius tamen est *συνήθειαν*." — Imo hoc solum in usu, & haud dubie verum.

CAPUT XI.

Cap. XI.

Vers. 3. *δύω ἔθνη Λοκρῶν.* — „Duæ sunt gentes Locrorum in Græcia, Epicnemidii scilicet & Ozolæ, teste Strabone lib. IX. & Plinio; quorum Ozolæ ab Epicnemidiis profecti sunt. Locrus enim, Locri & Caphyæ filius, ob quasdam caussas infensus patri, cum magna civium manu profectus, Physcæenses & Hyanthiam condidit, ut narrat Plutarchus cap. 15. Quæstionum Græcarum, & Athenæus in fine lib. II. Vide Eustath. in Homeri Catalogum, pag. 277." VALESIVS. Vers. 3.

Ibid. πρὸς ποίας πόλεις τῶν ἑτέρων. Suspicati eramus *ἑκατέρων*, *alterius utrius ex duobus illis populis*; & passim a librariis nostris confundi vocabula *ἕτεροι* & *ἑκάτεροι* monuimus ad II. 69, 7. Videtur tamen h. l. eadem notione teneri *ἑτέρων* commode posse; quemadmodum in latino etiam sermone satis est *alterorum*.

Vers. 4. *τῇδέ πῃ.* conf. ad III. 108, 3. — „Forte *ἔτυχε* deest, aut *τετύχηκε*, aut *κατηξίωται*." REISKIVS. — „Deest *τυγχάνει*." VALES. — *Ibid. ταῖς ἀναγραφαῖς.* — „*ἀναγραφαὶ* sunt *monumenta publica*; ut leges, plebiscita, foedera, testimonia præmiorum virtutis aut poenarum & infamiæ, saxis aut æri incisa, & publice proposita." REISKIVS. Conf. vers. 5 & 9. Vers. 4.

Vers. 5. *ἀναγεγράφθαι.* — „id est *ἐκκεῖσθαι ἀναγεγραμμένην*." REISKIVS. Vers. 5.

Vers. 6. *ἀλλ' ἀπρὶξ τὸ δὴ λεγόμενον* &c. Vetus mendum est *ἀλλὰ πρὶν*, quod codicum etiam illum obsederat, quo usus est Excerptorum antiquorum compilator. — „Legendum *ἀλλ' ἀπρὶξ*, (monuit VALESIVS;) ut & Casaubonus conjecerat in Fragmentis, ubi hic locus legitur inter excerpta ex codice Vrbinate." — Nempe in ora illius codicis in hac regione adscripta sunt verba, ex hoc loco abrupta: *ἀλλὰ πρὶν*, *τὸ δὴ λεγόμενον*, *ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν* Vers. 6.

ἐπέφυ,

Verf. 6. ἐπέφυ, προσφανὲς ἐκ τούτων. (Vbi τοῖν χεροῖν, pro ταῖν, attica ratione; de qua vide Koenium in Notis ad Grammatici Leidenfis libellum de Dialectis, quem cum Gregorio Corintho edidit, p. 304.) Suidas in Ἐπέφυ, ubi Polybii verba hæc retulit, ἀλλὰ τὸ δὴ λεγόμ. &c. vocem ἀπρὶξ pariter ignorat, quam fi in codice fuo Polybiano, (vel rectius ut dicamus, in codice Eclogarum de Virt. & Vitiis, quo ufus eft hic Grammaticus) inveniffet, haud neglecturus fuerat. Bene certe idem Suidas iftam vocem fuo loco interpretatus eft: Ἀπρίξ. ὅλῃ δυνάμει. ἰσχυρῶς. De erroris origine, in quem h. l. inciderunt librarii, conf. Adnot. ad V. 68, 1.

Verf. 7. *Verf.* 7. καὶ παρ' οὗ. — „Forte καὶ παρ' αὐτοῦ." REISK. Nil opus videtur.

Verf. 8. *Verf.* 8. προσεξειργασμένος. — *addito hoc, tamquam amplificatione & exornatione*, quo major accederet gravitas orationi fuæ." REISKIVS.

Verf. 9. *Verf.* 9. — „στήλη παραδόσιμος eft foedus, fanctio, conftitutio, lex quæcunque, per manus a majoribus ad pofteros tradita." IDEM. — Nempe ea lapidi incifa, & publice profcripta.

Cap. XII.

CAPVT XII.

Verf. 1. *Verf.* 1. τῶν Ἐφόρων πρὸς τοὺς βασιλεῖς. — „Lacedæmonii annos ab *Ephoris* computabant, ut ex Thucyd. & Xenoph. lib. II. hift. colligere eft. Erant Ephori quinque, iique annui, ut docet Suidas, & Plutarch. in vita Cleomenis, initio. Ex illis quinque ephoris unus fuit ἐπώνυμος, qui anno nomen dabat, quod patet ex Thucyd. & Xenoph. loc. cit. idque confirmat Paufanias in Laconicis, ἔφοροι δὲ καὶ παρέχονται τὸν ἐπώνυμον." VALESIVS.

Ibid. τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει. — „Vno verbo Ἡρεσίδες dicebantur *facerdotes Iunonis Argivæ*, a quibus Argivi tempora numerabant, tefte Etymologico. Scholiaftes Thucyd. [ad lib. II. c. 2.] ἠρίθμουν δὲ τοὺς χρόνους οἱ Ἀργεῖοι ἀπὸ τῶν ἱερειῶν. Vnde Hellanicus indicem harum

rum facerdotum, & quid fub quaque erat geftum, pluribus libris fcripferat, tefte Dionyf. Halic. lib. I. [c. 72.] & Stephano Byzantio, [paffim.]" VALESIVS. — Collegit dehinc Valefius nomina ætatesque earum ex Argivis iftis facerdotibus, quarum apud veteres fcriptores, qui fuperfunt, mentio occurrit. Quæ quoniam ad Polybium illuftrandum nihil pertinent, confulto præterimus. Verf. 1.

Verf. 2. τὰς ὀπισθοδόμους στήλας. — „Legendum ὀπισθοδόμου. Quid autem fit ὀπισθόδομος, docet Varro libro IV. de Lingua Latina: *in ædibus facris, ante cellam, ubi fedes dei funt, græci dicunt* πρόδομον; *quod poft,* ὀπισθόδομον. Similiter Pollux lib. I. [fegm. 6.] τὸ δὲ πρὸ τοῦ σηκοῦ, πρόδομος· καὶ τὸ κατόπιν, ὀπισθόδομος." VALESIVS. — Aut τὰς τῆς ὀπισθοδόμου στήλας, aut τὰς ὀπισθοδομίους στήλας fcribendum contendit Reifkius. — Quidni vero *adjective* accipi poterit vocabulum ὀπισθοδόμους? quemadmodum & πρόδομος adjective pariter atque fubftantive ufurpatum reperitur, cujus ufus exemplum ex vetere Epigrammate protulit H. Stephanus in Thef. Gr. Ling. Verf. 2.

Ibid. ἐν ταῖς Φλιαῖς τῶν νεῶν προξενίας ἐξευρηκώς. — „Videtur mendi quidpiam latere in voce νεῶν. Quod fi mendo vacat, forte intelligere oportet, hofpitii jus inter templa duarum civitatum publice conftitutum fuiffe: ac eodem fortaffe pertinent ftelæ illæ, in poftica parte ædis repertæ. Mendum quoque eft in illis verbis ἐν ταῖς Φλιαῖς." VALESIVS. — „ἐν ταῖς Φλοιαῖς τῶν ναῶν" legi voluit REISKIVS. „Polybius (ait) attice non fcribit." Totum vero locum fic interpretatus eft: *qui producit & intexit fuis annalibus tabulas liminibus templorum affixas, in quibus perfcriptæ funt conditiones & teftificationes contracti juris hofpitalis feu civitatibus inter fe, feu cum privatis.* — In Φλιαῖς quid monftri fufpicatus fit Valefius, aut cur in Φλοιαῖς mutatum Reifkius voluerit, non videmus. Φλιαὶ apud Homerum, apud Interpretes Vet. Teft. apud alios, funt *poftes & limina portarum;* de quo vocab. cum alii

Lexico-

Verſ. 2. Lexicographi conſuli poſſunt, tum late diſputavit Foeſius in Oecon. Hippocratis. Gloſſæ, citatæ a Bielio in Lexico Interp. Vet. Teſt. τὰς φλιὰς interpretantur τὰ ὑπέρθυρα, *ſuperliminaria.* Alii πρόθυρον vertunt τὴν φλιὰν, id eſt, *veſtibulum*, de quo vide A. Gellium XVI. 5. Quod ναῶν, pro νεῶν, Reiſkius voluit; monuit ERNESTVS in Lexic. Polyb. ad voc. φλιαὶ, ſibi quoque id in mentem olim veniſſe, quia Attica illa forma ſit, cum Polybius Atticus ſcriptor non ſit. „Sed ille (ſic pergit Erneſtus) certam ſcribendi formam non tenet, miſcetque e lectione varia varios characteres." — Recte. Sic ſane & XV. 29, 8. idem Polybius ſcribit, ἀνεῳγμένου τοῦ νεώ. προξενία, *hoſpitium publicum.* προξενίαι, *literæ* vel *tabulæ, quibus tituli hoſpitii publici, civitatis nomine inſtituti, continentur.*

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ὑπάρχον τι. Sic, duobus vocabulis, ſcribendum eſſe monuerat Reiſkius; & ſic edidit etiam Erneſtus, cum ὑπάρχοντι una voce editum eſſet a Valeſio. Ac multo ſane rectius illi, quam ipſe Valeſius, qui in Notis ad h. l. ait: „Legendum putamus ὑπάρχει τι τῶν τοιούτων."

Verſ. 5. *Verſ.* 5. πρῶτον μέν φησι τήν τε πολιτείαν καὶ τὰ λοιπὰ φιλάνθρωπα τοῖς Λοκροῖς ἀμφοτέροις Ἀριστοτέλη καὶ Θεόφραστον κατεψεῦσθαι τῆς πόλεως. Hæc, nulla adjecta nota, ſic latine verterat Valeſius: *primum quidem Ariſtotelem ait ac Theophraſtum in his, quæ ad rempublicam Locrorum & civilia apud utrosque Locros inſtituta pertinent, mentitos eſſe.* Vbi, ut alias taceamus difficultates, in exponendis certe vocabulis πολιτείαν & φιλάνθρωπα manifeſte ab auctoris ſententia prorſus aberraſſe videtur doctiſſimus interpres. Vix enim dubitari debet, πολιτείαν hic dici *jus civitatis*, ut cap. 10, 4. eodemque & *ad amicitiam* (ut inter conſanguineos) *colendam* pertinere τὰ φιλάνθρωπα, conf. cap. 10, 3. REISKIVS, nihil in græcis verbis mendi ſuſpicatus, ſic latine reddendum hunc locum cenſuit: *quæ communia ſint jura Locris ambobus in Græcia, Theophraſtum cum Ariſtotele ea Locris in Italia falſo & mendaciter attribuiſſe.* Hæc ſi ſententia eſt ver-

verborum Polybii, sane non integra est oratio, & saltem post φιλάνθρωπα intercidisse oportebit verba τὰ ὑπάρχοντα. Sed totius disputationis connexionem si spectes, ægre tibi persuadebis, Aristoteli Timæum id nunc exprobrasse, quod ei exprobrantem Reiskiana interpretatio facit. HEYNIVS, Opusc. Acad. T. II. p. 47. græca Polybii verba, de quibus quærimus, adferens, nihil interpretationis adjecit; ut, quam illis sententiam subjectam voluerit Vir doctissimus, non videas: id unum notavit, non ἀμφοτέροις esse legendum, sed ἀμφοτέρους Ἀριστ. καὶ Θεοφρ. „nam de solis (inquit) *Italiæ Locris* nunc agit." — At Locri Italiæ designantur hic voce τῆς πόλεως; quare nihil impedit, quin illa verba τοῖς Λοκροῖς ἀμφοτέροις de *utrisque Græciæ Locris* intelligi possint. Et omnino, sive sententiam spectes, sive ipsa verba, multum abesse videtur, ut sic persanatus haberi possit locus. Sane, quid sit unde pendeant illi dativi τοῖς Λοκροῖς, nil videmus. Tum ad verba πρῶτον μὲν necessario referri debuisse videtur aliud membrum orationis, ab ἔπειτα δὲ aut ab aliqua simili conjungendi formula incipiens. Denique pæne persuasum nos quidem habemus, defectum prorsus esse hunc locum, & plura quædam verba, quæ ex ingenio supplere non ausimus, intercidisse. Vers. 5.

Vers. 6. ὅτι καὶ ταύτης τῆς πραγματείας ἀναγκασθήσομαι παρεκβαίνειν. Cum vulgo esset καὶ ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ, parum firmum felixque remedium videtur, quo succurrere laboranti orationi Valesius tentavit, conjectans κἂν ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ. Bene habet καὶ ταύτῃ *etiam hoc loco*. Tum vero verbum παρεκβαίνειν genitivum postulat; qui, nempe ab imperito liberario ex occasione ipsius vocis ταύτῃ, quæ præcedit, in dativum casum est mutatus: præterea & passim aliâs literam ς in fine confusam cum *jota subscripto* a librariis nostris vidimus. conf. Adnot. ad I. 15, 10. Vers. 6.

Cap. XIII. CAPVT XIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. Δημοχάρην. De *Demochare* consule Vossium lib. I. de Histor. Græc. cap. 11. p. 68. & mox Vales. ad vers. 9. Breviter Cicero in Bruto c. 83. *Demochares, qui fuit Demostheni sororis filius, & orationes scripsit aliquot; & earum rerum historiam quæ erant Athenis ipsius ætate gestæ, non tam historico, quam oratorio genere, perscripsit.* Polybii hunc locum de Demochare (usque ad vers. 5.) in Lexicon suum transtulit Suidas, sub ipso vocab. Δημοχάρης: minoraque nonnulla fragmenta ex hoc cap. decerpta passim etiam alibi citavit. — *Ibid.* οὐκ εἶναι δ᾽ ἄξιον τὸ ἱερὸν πῦρ φυσᾷν. — „Hinc adagium, ᾧ τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι, de homine impudico & impuro, teste Zenobio, & Suida [in Ὧ, τὸ πῦρ.] Sed in Zenobio confusum est id proverbium cum præcedenti ψεκάς. Legendum est a capite: ᾧ τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι ὡς μὴ καθαρεύοντι." VALESIVS. — Citavit etiam hunc locum Suidas in Ἡταίρηκεν. Confer Xenoph. Memorab. II. 2, 13.

Ibid. ὑπερβεβηκέναι correxit Ernestus, ut est apud Suidam in Δημοχ. & in Βότρυς. Perperam ὑποβεβηκέναι ed. Vales. & Gronov. — *Ibid.* τὰ Βότρυος ὑπομνήματα καὶ τὰ Φιλαίνιδος. — „*Philænis* περὶ σχημάτων ἀφροδισίων scripserat; quod opus tamen Aeschrion aiebat scriptum fuisse a Polycrate Atheniensi sophista, ac Philænidis nomine evulgatum, ut honestissimæ matronæ notam turpitudinis inureret, ut refert Athenæus lib. VIII. [p. 335.] Ejusdem meminit Clemens Alexandr. [in Admon. ad Græcos, p. 30. ed. Dan. Heins.] & Suidas in Ἀστυάνασσα. *Botrys* vero Siculus fuit, ortus oppido Messana, qui primus τὰ καλούμενα παίγνια conscripsit, teste Alcimo in rebus Siculis apud Athenæum lib. VII. [p. 322.]" VALESIVS. — *Ibid.* ἀναισχυντογράφων. ἀναισχυντότερα γράφων edit. Mediol. Suidæ in Δημοχάρης. ἀναισχυντότερον γράφον ead. ed. Suidæ in Βότρυς.

Vers. 2. *Vers.* 2. τῶν ἐπὶ τέγους ἀπὸ τοῦ σώματος εἰργασμένων. In contextu quidem ex codice msto ἀπὸ τέγους expressum ... habent

habent edd. In Notis vero monuit VALESIVS: „Emendavi ἐπὶ τέγους, quod eſt *in lupanari*. Eſt enim τέγος proprie οἴκημα πρόσγειον, ſeu *cella*. Male apud Suidam ἀπὸ τέλους legitur.“ — Veram ſcripturam ex msstis Pariſ. apud Suidam in Δημοχάρης reſtituit Küſterus, cujus ibidem de vocab. τέγος conſulenda adnotatio. Apud eumdem vero Suidam in Ἔμφασις recte τέγους legitur, præpoſito quidem in aliis editionibus articulo τοῦ, in edit. Mediol. vero abſque articulo. — ἀπὸ τέγους (ait REISKIVS) per ſe probum eſt: ſed quia ſequitur ἀπὸ τοῦ σώματος, malim hic loci ἐπὶ τέγους.“ — ἀπὸ τοῦ σώματος ἐργάζεσθαι eſt *quæſtum ex corpore facere*. Quare parum felix habenda Pauli Leopardi conjectura, qui Emend. lib. VII. c. 25. (in Gruteri Theſ. Crit. Tom. III.) τῶν ἀπὸ τέγους ἄχρι τοῦ στόματος εἰργασμένων legendum cenſuerat. Verſ. 2.

Verſ. 3. ὁ δ' ἵνα. Sic ſcribendum monuit Reiſkius, & ante eum Gronov. in Notis msstis. Id ipſum autem in verſione latina jam expreſſerat Valeſius, licet de corrigendis græcis tacuerit. Verſ. 3.

Ibid. κωμικόν τινα μάρτυρα ἀνώνυμον. — „ἀνώνυμον appellat, paulo rariore uſu, hominem non plane quidem *ignoti nominis*, ſed *ignobilis*, *obſcuri*, *quod nomen pauci norint*: nam paulo poſt (verſ. 7.) appellat hunc comicum *Archedicum*.“ REISKIVS. — „*Archedicum* hunc poëtam infra Polybius appellat. Suidas tamen [in Ὠ, τὸ ἱερὸν πῦρ.] ex Timæo *Democlidem* dicit: Τίμαιος ἐν λη'. ἱστοριῶν ἱστορεῖ, ὡς οἱ περὶ Δημοκλείδην κατὰ Δημοχάρους εἶπον, ὅτι μόνῳ αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων οὐκ ἔξεστι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσῆσαι.“ VALESIVS.

Verſ. 5. καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν, ὧν οὐδὲν αὐτῶν συνεξέδραμε &c. Reſpicit δοκιμασίαν illam morum, quam ſubire tenebantur Athenis magiſtratus ſorte lecti, priuſquam honorem capeſſere eis liceret; cujus δοκιμασίας mentionem facit Socrates apud Xenoph. Memorab. II. 2, 13. & paſſim Demoſthenes eis locis, quæ in Indice, ſub verbo δοκιμάζειν, collegit Reiſkius. Verſ. 5.

Ibid. τοιαύταις ἀτυχίαις παλαίοντι. Attigimus hunc locum in Adnot. ad V. 67, 4. Conf. infra, cap. 14, 2.

Verf. 9. *Verf.* 9. κεῖνος. — „*Demochares*, non Timæus." REISKIUS. — *Ibid.* ἐν ταῖς ἱστορίαις. — „*Democharis hiſtoriam* laudat Lucianus in Longævis, [c. 10. T. III. ed. Wettſt. p. 214.] & Athenæus lib. VI. [p. 252 ſq.] a quo male Δημοσθένους ἀνεψιὸς indigitatur, cum ſororis filius fuerit. Itaque Athenæus memoria lapſus videtur, cum ἀνεψιὸν vocavit, quem ἀδελφιδοῦν debuerat dicere. Sic enim præter Polybium ſcribit Plutarchus in vitis X. oratorum, [p. 847. ed. Wechel.] & Aelianus lib. III. Var. Hiſtor. [c. 7.] Erat autem Lachetis filius, Democharis nepos, pago Leuconoeenſis. Male enim apud Plutarch. in Demetrio (p. 900.) Δημοχάρης Λακωνεὺς ſcribitur, & apud eumdem in Vitis X. Rhetorum Δημοχάρης Λάχητος Λευκονθιεύς. Lege utrobique Λευκονοιεύς. Iam quod ejus avum poſui Democharem, firmatur auctoritate Demoſthenis, qui in oratione contra Aphobum ait, amitam ſuam nuptam fuiſſe Demochari Leuconoeenſi." VALESIUS. — Athenæum contra Valeſium defendere conatus eſt Kühnius ad Aelian. l. c. idem ſæpe valere contendens ἀνεψιὸν ac ἀδελφιδοῦν, provocansque ad Suidæ auctoritatem in Ἀδελφιδοῦς, & ad Pollucem lib. III. c. 2. At Pollux quidem l. c. ſegm. 28. ἀνεψιοὺς eſſe docet ἀδελφῶν παῖδας, non vero ἀνεψιὸν ait eſſe τὸν ἀδελφοῦ aut ἀδελφῆς παῖδα, quæ multum inter ſe differunt.

Ibid. σεμνυνθείη ἢ βάναυσος. Particulam ἢ, quæ facile ab ultima litera vocis præcedentis poterat intercipi, ignorat Suidas in Βάναυσος, ſicut editi & codex Peireſcianus.

Verf. 11. *Verf.* 11. καὶ δὴ ὅτι. *At nimirum quod.* Solita ſua ſagacia locum emendavit Toupius Emend. in Suid. Part. III. p. 336 ſq. edit. Lipſienſ. — *Ibid.* αὐτόματος. Non ſpernendum putamus αὐτομάτως, quod bis habet Suidas, ubi hunc Polybii locum citat, in Κοχλίας, & in Σίαλος. — *Ibid.* σίαλον ἀναπτύων. — „*Aquam ſpumeſcentem.* Deſcribit

fcribit fiphunculum aquam ebullientem, ope machinæ inteftinæ ultro progredientem." REISK. — Haud fatis adparet, quid voluerit vir doctus. Adluditur putamus ad cochlearum morem, in gradiendo viam fpuma quadam, veluti fputo, confpurcandi. Verf. 11.

Ibid. ὄνοι διεπέμπεντο διὰ τοῦ θεάτρου. Cum ἄνθρωποι vulgo legeretur, fic vertit Valefius: *ac prætèrea per theatrum juvenes dimittebantur, canentes, Athenienfium civitatem* &c. Et in marg. notaverat: „deeft ᾄδοντες." — REISKIVS, de ἄνθρωποι nil fufpicans, forte διεπέτοντο ait legendum: *quod homines de machina volarint per theatrum.* Porro — „videtur utique (inquit) aut ᾄδοντες, quod Valefius volebat, aut κηρύττοντες, aut λέγοντες, aut tale quid deeffe." — Præclare vero TOVPIVS in vocab. ἄνθρωποι ineffe mendum vidit: nempe, qui primus ita fcripfit, is in exemplari, quo ufus eft, ἀνοι legerat; quod ufitatum alias eft fcripturæ compendium pro ἄνθρωποι, nunc vero ex ὄνοι erat corruptum, forte per intempeftivam hominis fedulitatem, qui, quid hic *afini* facerent, non intelligebat. — „Satis autem feftive (ut monuit Toupius) *cochleæ & afini in pompa fimul per theatrum ducebantur, ad defidiam & focordiam Athenienfium indicandam, & quod Caffandro utique in omnibus parerent.*"

CAPVT XIV. Cap. XIV.

Verf. 2. ἀτύχημα. cf. c. 13, 5. & Adn. ad V. 67, 4. Verf. 2.

Verf. 3. Καθάπερ γὰρ οἱ νοῦν ἔχοντος &c. Hæc & quæ fequuntur ufque ad finem cap. 15. non folum in codice Peirefciano inter Eclogas de Virt. & Vitiis legebantur; fed & in Excerptis Antiquis ex libro XII. jam olim, priusquam repertus effet Peirefcianus codex, erant edita; quare in editione Eclogarum de Virt. & Vitiis confulto prætermifit ea Valefius. De argumento hujus cap. monuit REISKIVS: „Hoc fragmento tradita præcepta, vereor, ne ipfe Polybius interdum non fatis diligenter obfervarit. Verf. 3.

 Vide

Verf. 3. Vide p. 936. [lib. XIII. c. 4. ubi in Heraclidem invehitur." —

Ibid. τί παθὼν ἄξιός ἐστιν ὁ πλησίον. ἄξιος, cum Vrfino correxit Cafaub. ἄξιον ed. 1. cum msstis, quod ferendum fuiffet, fi fequeretur τὸν πλησίον. Ad fententiam confer XV. 4, 10.

Verf. 5. *Verf.* 5. Cum πάνθ' ὑποπίπτειν ἐστὶ, καὶ πᾶσι διαπίπτειν παρὰ τοῦ δέοντος λεγομένοις vulgo hic confentientibus omnibus msstis (putamus etiam codice Peirefciano, e quo nihil diverfæ lectionis adnotavit Valefius) legeretur; Cafaubonus hunc verfum fic interpretatus eft: *Illis vero qui ira atque odiis fuis cuncta metiuntur, neceffe eft temere quidvis effutire, & in omnibus, quæ dicant, modeftiæ fines longe migrare.* Quæ fi cui faciunt fatis, ei nos quidem non invidebimus. Corrupta prorfus effe græca ifta, fatis adparere nobis videtur; quæ perfpectiffime, me judice, REISKIVS emendavit: πάνθ' ὑποπτεύειν ἐστὶ, καὶ πᾶσι διαπιστεῖν [fic enim recte fcripfit, ille, & fic nos fcribere debueramus volueramusque: διαπιστεύειν imprudentibus nobis excidit.] πέρα τοῦ δέοντος λεγομένοις. Id eft: *illos vero, qui iris ac ftudiis fuis omnia metiuntur, neceffe eft in cunctis fufpectos habere, & diffidendum omnibus quæ ultra modum dicuntur.* διαπιστεύειν Polybio idem eft ac πιστεύειν, *credere, fidei alicujus aliquid committere.* διαπιστεῖν, *diffidere*; ut I. 35, 2. & fæpe aliâs. Phrafin πέρα τοῦ δέοντος etiam aliâs frequentat Polybius, ut V. 104, 3. & Fragm. Grammat. num. LXXVIII. Eft autem idem ac παρὰ τὸ δέον. Sic XXII. 1, 5. junguntur παρὰ τὸ δέον, πέρα τοῦ καθήκοντος.

Verf. 6. *Verf.* 6. ἀθετεῖν τοῖς ὑπὸ Τιμαίου - - εἰρημένοις. — Gronovius (in Notis editis) ἀντειπεῖν legendum fufpicatus erat; citra neceffitatem. — „ἀθετεῖν τοῖς ὑπὸ Τιμ. λεγομένοις (fic opportune REISKIVS monuit) idem eft, atque οὐ τιθέναι ἑαυτὸν πρὸς τὰ ὑπὸ Τιμαίου λεγόμενα, *animum non adjicere dictis a Timæo, iis non affentiri.* Aliâs verbum hoc

ufitatius

usitatius cum accusativo construitur." — Fortasse vero subintelligendus accusativus τὴν πίστιν. Quod εἰρημένων habet ed. 1. cum tamen praecedat articulus τοῖς, id temere & invitis msstis factum.

CAPVT XV.

Cap. XV.

Vers. 1. τοῖς κατ' Ἀγαθοκλέους λοιδορίαις. De vesano Timaei in Agathoclem odio ejusque odii caussa confer Diodor. Sicul. T. II. edit. Wessel. p. 560 sq. Vers. 1.

Vers. 2. λέγω δ' ἐν τούτοις. An λέγω δὲ τούτοις? — Vers. 2. Ibid. κολοιὸν, graculum. — „Apparet esse convitium: sed, quid significet, obscurum est. Num graculum Graeci stupratorem marium appellabant?" REISKIVS. — An ex eo, quod Spartanum olim juvenum a graculo perdite adamatum ferunt, graculi nomen in convitium abiit, pro homine obscoeno, cinaedo? Vide Aelian. Hist. Animal. I. 6. & XII. 37. rursusque in Var. Histor. IX. 39. Ipsum nomen κολοιὸν Casaubonus h. l. restituit ex Suida in Ἀγαθοκλῆς & in Τριόρχης. Corrupte κολύων ed. 1. cum msstis.

Ibid. τριόρχην. — „Significat τριόρχης proprie genus accipitris, a numero testium ita appellatum, ut docet Plinius lib. X. cap. 8. Romani buteonem vocarunt, eodem Plinio teste. Hic tropice significat hominem incontinentem, & libidini maxime deditum." KVSTERVS ad Suidam voc. Ἀγαθοκλῆς. — De graculo & buteone avibus, & de toto hoc Polybii loco, conferre Caelii Rhodigini Lect. Antiq. lib. XXIV. c. 4. jussit Paulus Leopardus in Emendatt. lib. IV. c. 14. qui & ipse ibi nonnulla ad illustrandum hoc caput contulit.

Ibid. πάντων τῶν βουλομένων. — „Forte παντὶ τῷ βουλομένῳ. Pudet haec apertius eloqui, sed satis nota sunt ex Aeschinis oratione contra Timarchum." REISKIVS. — In vulgatam scripturam consentit cum codicibus nostris Suidas, in Ἀγαθοκ. & in Τριόρχης. Et βουλομένων ex ipso Suida, monitus etiam ab Vrsino, restituit Casaubonus: sic vero etiam scriptum recte in Aug. βουλευομένων ed. 1.

Reg. F. G. Vesont. — *Ibid.* τοῖς ὄπισθεν ex Suida correxit Casaub. τοὺς ὄπισθεν edd. cum msstis nostris.

Vers. 4. *Vers.* 4. τὰ καὶ περὶ Δημοχάρους. καὶ, monente etiam Reiskio, revocavimus ex ed. 1. cum qua consentiunt codices omnes, nisi quod mendose κατὰ pro καὶ habet Med. Temere eam particulam delevit Casaub. cum Vrsino.

Vers. 6. *Vers.* 6. Φεύγων τὸν τροχὸν &c. Conf. lib. XV. c. 35. — *Ibid.* In περί τε τὴν ἡλικ. cum codicibus nostris Polybianis consentit Suidas. — *Ibid.* Vocab. ἔτη, quod perperam deerat ed. 1. & msstis nostris, ex Suida cum Vrsino adjecit Casaub.

Vers. 7. *Vers.* 7. ἀπὸ τοιαύτης ὑποθ. recte Casaub. cum Suida. ὑπὸ τοιαύτ. ὑπ. ed. 1. cum codd. nostris.

Vers. 9. *Vers.* 9. τὰ πρὸς διαβολὴν κυροῦντα. συγκυροῦντα maluerat Reiskius. Moxque idem ἀνήκοντα, pro vulgato ἥκοντα. At eadem ratione XXVIII. 14, 2. est τῶν εἰς Φιλανθρωπίαν ἡκόντων, nisi & ibi ἀνηκόντων legendum. Sed nil opus videtur solicitare vulgatum: satis usitata phrasis similis, τὸ εἰς ἐμὲ ἧκον, pro ἀνῆκον vel προσῆκον.

Vers. 10. *Vers.* 10. ὁ δὲ παρεσκοτισμένος ὑπὸ τῆς ἰδίας πικρίας. Ex Vrsini conjectura sic edidit Casaub. Corrupte ὁ δὲ παῖς ἐσκοτισμένος ed. 1. cum omnibus nostris codicibus: quod unde ortum dicam dubius hæreo, cum duæ pæne æque probabiles emendandi rationes offerantur. Valesius in Variis Lectionibus ex codice Peiresciano adfert ὁ δὲ πᾶς ἐσκοτισμένος: quod quidem, si vere ita dedit ille codex, nec ex conjectura illud πᾶς pro mendoso παῖς substituit Valesius, utique amplectendum fuerit. Eamdem emendationem, πᾶς pro παῖς, in mentem venisse Scaligero, ex ora libri, quo is olim usus est, intelligimus. Aliam rationem REISKIO suggessit proprii ingenii acumen. Is postquam ex edit. Herwag. & cod. Aug. attulit mendosam illam codicum nostrorum omnium scripturam, ὁ δὲ παῖς ἐσκοτισμένος, in eam sic deinde commentatus est; „Apparet, αις aliud nihil esse, quam vitiosam scriptionem insequentis syllabæ ες. Vnde colligo, Polybium sic

reli-

reliquisse: ὁ δ' ἐπεσκοτισμένος. Dubito, an παρασκοτίζω verbum Græcis usurpatum in hoc quidem sensu sit." — Verbum ἐπισκοτίζεσθαι usurpavit Polybius XIII. 5, 6. non quidem de homine, sed de ipsa veritate: sed ἐπισκοτεῖσθαι, quod idem prorsus valet, de eodem Timæo eadem prorsus ratione usus est hoc ipso libro XII. c. 8, 1. Vers. 10.

Vers. 11. ὅτι τὸ ψεῦδος. Sic Casaubonus, consentientibus codd. omnibus, contra quorum fidem temere ὅτι τοῦ ψεύδους posuerat editor Basileensis. — *Ibid.* Particulam οὐ, quam Casaubonus ante τὰ γεγονότα inseruit, cum ed. 1. & codicibus nostris ignoravit etiam codex Peirescianus, ut monuit Valesius in Variis Lectionibus. REISKIVS, intelligens particulam negantem non esse in msstis, scripturam vero istam editionis Hervagianæ τοῦ ψεύδους e codicibus existimans esse ductam, quæsiverat: Ergo ne Polybius ita reliquit: ὅτι τοῦ ψεύδους οὐχ ἧττον ὄνειδός ἐστι περὶ τοὺς τὰ γεγονότα κρύψαντας ἐν ταῖς ἱστορίαις?" — Nobis commodius nihil succurrit quam id quod in Scholio sub contextu posuimus. Vers. 11.

Vers. 12. In verbis ταῖς ἱστορίαις (superiori versu) definit hæc Ecloga in Excerptis Antiquis: reliqua, Ἡμεῖς δὲ, usque παρελείψαμεν, ex Peiresciano codice adjecit Valesius. Sententiam autem horum verborum nobis non satis liquere, in ipsa versione latina græcis subjecta non celavimus. Videat doctus Lector, an Valesii probare possit interpretationem, quæ hujusmodi est: *Nos vero id, quod nimium videbatur, odii illius caussa rejecimus; quod autem ejus instituto conveniebat, non prætermisimus.* Illud saltem monemus, quod etiam Gronovius in Notis msstis tetigit, οἰκεῖα τῆς προθέσεως αὐτῶν non esse *quod ejus instituto*, sed *quod nostro instituto conveniebat*; ut I. 3, 5. & sæpe aliâs. Ejusdem VALESII ad hunc locum hæc est adnotatio: ἐπιμετροῦν hic significat τὸν αὐξητικὸν λόγον. Quæ quidem amplificatio conceditur interdum historiæ scriptoribus, modo sobria sit & cum judicio fiat. Sic supra in libro VII. [c. 7, 7.] ubi de morte Hieronymi: ὅσῳ Vers. 12.

Verf. 12. γὰρ ἄν τις εὐλογώτερον τὸν ἀναπληροῦντα τὰς βίβλους καὶ τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον τῆς διηγήσεως εἰς Ἱέρωνα διάγοιτο. Et in fine libri XV. [cap. 34, 1. & 35, 1.] opponit Polybius τῷ κυρίῳ καὶ συνέχοντι τὰ πράγματα τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον. Igitur τὸ ἐπιμετροῦν τῆς ἀπεχθείας est *amplificatio & exaggeratio profecta ab odio;* ut lib. V. c. 10. ἐπιμετρῶν τῷ θυμῷ." — In eamdem fententiam Erneftus in Lexic. Polyb. τὸ ἐπιμετροῦν τῆς ἀπεχθείας interpretatus eft *exceffum odii.*

Denique ad verba τῆς προθέσεως αὐτῶν hæc adnotavit idem VALESIVS: „Legendum videtur αὐτοῦ. Timæum enim intelligi puto; in quo reprehendendo ait Polybius fe id quidem, quod nimis afperum & virulentum erat, confulto evitaffe; illud vero, quod ejus inftituto confentaneum erat, minime omififfe. Ferri tamen poteft αὐτῶν, fi intelligatur de iis, quos odii cauffa laceravit Timæus." —

Nobis ifta Polybii verba iterum iterumque relegentibus, hæc denique vifa eft fententia eis ineffe: *Sed nos quidem pluribus hæc perfequi nolumus, quia id odiofum* (vel *invidiofum*) *eft: at, quæ ad inftitutum noftrum pertinebant, ea non prætermittenda duximus.*

Cap. XVI.

CAPVT XVI.

Quæ hoc capite continentur, de duabus *Zaleuci*, Locrorum legumlatoris, legibus, ea ex alio auctore retuliffe Polybium, adparet ex illis verbis verf. 9. προκαλέσασθαί φησι τὸν Κοσμόπολιν, & verf. 12. τὸν νεανίσκον εἰπεῖν φησιν. Quis autem fit ille auctor, per culpam ejus hominis, qui hæc Excerpta compilavit, ignoramus. Nifi forte verbum illud φησὶ ab eodem compilatore adjectum ftatuas, ut ipfe intelligatur *Polybius:* quemadmodum in Eclogis quidem de Virt. & Vitiis paffim factum videmus; velut initio Eclogarum ex hoc lib. XII. (nobis cap. 8, 1.) ita fcripferat compilator: Ὅτι πολλὰ ἱστορεῖ ψευδῆ ὁ Τίμαιος, ὥς φησι Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης. Sic eam Eclogam, quam

quam posuimus lib. VII. c. 12. ab his verbis inceperat idem homo: Ὅτι φησὶν ὁ Πολύβιος· Ἐγὼ δὲ κατὰ τὸ παρὸν &c. Ceterum quod initium hujus fragmenti perobscurum esset & hiulcum Reiskius queritur; nescimus, quas vir doctus difficultates invenerit: nobis quidem satis plana omnia visa sunt.

Vers. 1. παρὰ μὲν τῷ ἑτέρῳ -- γεγονέναι, *apud alterum fuisse.* τὸν ἑταῖρον ed. 1. Aug. Reg. F. Vesont. τὸν ἑτέρον Reg. G. τῷ ἑταίρῳ corrigere Vrsinus jussit. Recte Casaub. αι in ε mutavit; nec sperno τῷ ἑτέρῳ: sed videtur eadem notione *(apud alterum)* accusativus casus teneri potuisse, παρὰ μὲν τὸν ἕτερον. Quam constructionem præpositionis παρὰ cum accusat. pro dativo, frequentem apud poëtas & apud Homerum inprimis, ne soluta quidem aspernatur oratio. Simili certe ratione Polybius XI. 14, 3. μεῖναι παρ᾽ αὑτὸν dixit, pro παρ᾽ αὑτῷ vel ἑαυτῷ, *apud se manere*, id est, *mentis compotem*, *sui potentem manere.* Sed mox vers. 7. in dativum παρ᾽ οἷς libri consentiunt omnes. Vers. 1.

Vers. 2. εἰς τὸν ἀγρὸν ἐλθόντα, *rus venientem*; nempe ubi erat servus, in villa alterius; quod ex eis, quæ adjiciuntur, satis adparet. — *Ibid.* ἡμέραις δυσὶ πρότερον, *biduo ante*; scil. quam res ad judices deferretur. — *Ibid.* ἀπηχέναι correximus cum Reiskio & Vrsino. Præteritum verbi ἄγω legitima ista forma ἧχα aliâs etiam passim frequentavit noster, varie quidem a librariis corrupta. vide III. 111, 3. IX. 22, 7. Vers. 2.

Vers. 3. ἐπὶ τὴν οἰκίαν. ἐπὶ τὴν οἰκείαν unus Reg. F. Ceteri cum editis consentiunt. Verba autem καὶ λαβόντα πάλιν desunt utrique Regio: sed agnoscunt ea Aug. Med. & Vesont. (In Tubing. ut jam aliâs monuimus desunt Excerpta ex libro XII.) Vers. 3.

Ibid. ἄγειν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Aut ἄγειν aut ἀπάγειν, aut aliud his simile verbum, hoc loco fuisse supplendum patebat ex totius narrationis connexione; nisi forte ipsa particula πάλιν ex ἀπάγειν est corrupta, absorpta litera initiali

Verf. 3. initiali α ab ultima litera vocis præcedentis λαβόντα. — *Ibid.* Haud incommode teneri posse codicum lectio videtur, δεῖν κύριον αὐτὸν εἶναι διδόναι τοὺς ἐγγυητάς, *in sua potestate esse debere*, vel *sibi jus esse debere, ut sponsores det:* nempe, ut, datis sponsoribus, possideat interim servum, de quo controversia erat, donec lis judicata esset. Id enim per se intelligitur, idcirco sponsores dari, ut interim in possessione maneat is qui sponsores dat.

Verf. 4. *Verf.* 4. Κελεύειν cum Vrsino correxit Casaubonus. Mendose Κελεύει γὰρ τὸν Z. νόμον ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* παρ' οὗ τὴν ἀγωγὴν συμβαίνει γίγνεσθαι, *a quo res controversa ad judicem abducta fuerit.* Duobus modis intelligi potest illud παρ' οὗ, *a quo.* Heynius, quem sæpe jam in interpretatione hujus libri XII. historiæ Polybianæ laudavimus, sic accepisse videtur: rem controversam interim possidere debere *eum, qui manu injecta rem vindicatam in judicium adduxerit.* (Opusc. Acad. T. II. p. 41 sq. nota *h.*) Cujus sententiam, in hac quidem parte, ne amplecti possimus, graves nos caussæ movent. Primum enim ipse sermonis græci usus obstare videtur. Nempe *a quo*, ea notione qua vir doctissimus cepit, ὑφ' οὗ græce fuerit, non παρ' οὗ. Tum vero ne æquitas quidem, quæ tamen in Zaleuci legibus præcipue laudari solet, admittere illam interpretationem videtur. Sic enim violentissimus quisque, qui rem alteri per vim ablatam ad judicem detulisset, eamdem interim, dum lis judicata esset, ex ipsius legis præscripto possessurus fuisset; quod sane æquitati non fuerit consentaneum. Denique in tota, quæ sequitur, narratione non quæritur *de eo qui servum ad judicem abduxerit*, sed id quæritur, *unde*, id est, *cujus e domo, cujus e potestate & possessione* servus fuerit ad judicem delatus. confer inprimis verf. 8. Itaque παρ' οὗ (*a quo*, vel *unde*) refertur ad eum, παρ' ᾧ vel παρ' ὃν fuerat res controversa tum cum est ad judicem delata: & non id sonat, quod gallice dicimus *par le quel*, aut anglice *by whom*; sed *de chez qui, from with whom, from wheme:* quod

ipsum

ipfum perfpecte percommodeque Cafaubonus fic expreffit, *penes quem erat (res) cum in jus fuit adducta.* Quare in fententia ea, quam deinde pronunciavit magiftratus Locrenfis, non, ut Heynius ait, legis verbis pertinaciter inhæfit magiftratus, fed mentem legis ex æquitatis ratione eft interpretatus, dicens: (verf. 3 fq.) *eum, unde* (vel *ex cujus poffeffione) res in jus fit adducta*, non intelligendum hunc, qui nuperrime illam alteri per vim dolumve rapuerit, eamque nunc per dies aliquot fortaffe fecum habuerit; fed eum *penes quem ea res poftremo per probabile aliquod tempus citra controverfiam fuerit.* Ex quo intelligi par eft, legem eam Zaleuci, de qua hic agitur, non modo *fimilem*, ut Heynius ait, fuiffe interdicto VTI POSSIDETIS, & non modo *comparandam* cum IVRE VINDICIARVM apud veteres Romanos; verum *ejusdem prorfus argumenti* cum Romano illo jure fuiffe, de quo, ut alios taceam, confuli poffunt Sigonius de Iudiciis l. 21. & Heinecc. in Hiftoria Iuris p. 70. Verf. 4.

Verf. 5. ἐκ γὰρ τῆς οἰκίας τῆς ἐκείνου. *namque ex ipfius* (id eft, *ex fua*) *domo.* Sic ἐκείνου idem nunc valet ac ἑαυτοῦ, quemadmodum & aliâs paffim, in obliqua præfertim oratione, veluti III. 44, 10. XXV. 1, 10. quod nec aliis auctoribus inufitatum effe monuit Reifkius ad III. 44, 10. Verf. 5.

Verf. 6. τοὺς προκαθημένους ἄρχοντας, *magiftratus in tribunali* vel *pro tribunali fedentes*, ad audiendas partes & ad jus dicendum. Vide Adnot. ad V. 63, 7. Ceterum in Zaleuci legibus apud Stobæum pariter, & apud Diodorum ἄρχοντας memorari, quibus cauffarum difceptationes & judicia mandata erant, monuit Heynius l. c. p. 51. Verf. 6.

Ibid. τῷ κοσμοπόλιδι. Majoris magiftratus hoc nomen fuiffe videtur; nulli alii fcriptori, quod fciam, memoratum. Apud Cretenfes fummos magiftratus, Lacedæmoniorum ephoris poteftate pares, κόσμους fuiffe adpellatos, Ariftoteles docet Politic. lib. II. c. 8.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. διαστεῖλασθαι τὸν νόμον; *diſtincta, accurata, definita ratione, facta diſtinctione* (id μετὰ διαστολῆς ſæpe dicit Polybius) *explicuiſſe & interpretatum eſſe legem.* Vide Lexic. Polyb. — *Ibid.* ἀεὶ agnoſcunt Aug. Med. Reg. F. G. Veſont. Ex Vrb. nil notavit Caſaub. — *Ibid.* τὸ διαμφισβητούμενον. Vitioſe τὸ διαμφισβητουμένου ed. 1. Reg. F. G. Veſont.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. δεσπότης cum Vrſino correxit Caſaub. Mendoſe δεσπότην ed. 1. Aug. Regii, Veſont. — *Ibid.* οὐκ εἶναι ταύτην κυρίαν, intellige ἀγωγὴν, *non eſſe illam veram abductionem, non eſſe eam abductionem quæ ad rem pertineat, de qua loquatur lex cum dicit* τοῦτον δεῖν κρατεῖν ... παρ' οὗ τὴν ἀγωγὴν συμβαίνει γίγνεσθαι. Sic κύριος λόγος XV. 34, 2. eſt *oratio quæ ad rem pertinet, cui proprius hic erat locus.*

Verſ. 9. *Verſ.* 9. εἴ τι βούλεται. Sic REISKIVS: „εἴ τι, non εἴ τις. *Si quid velit ille adoleſcens.* Non enim unumquemque (inquit) provocat, ſed illum ſolummodo adoleſcentem, qui dubitabat de Coſmopolidis interpretatione." — Poterat tamen fortaſſe, debueratque adeo, teneri conſentiens librorum ſcriptura εἴ τις βούλεται. Nil enim magnopere urget, ut ſtatuamus, ſolum illum ipſum juvenem litigantem provocatum eſſe a Coſmopolide, ut contra ipſius interpretationem, ſi quid haberet, diceret. Poterat quilibet alius, juveni illi patrocinaturus, aut omnino diſſentiens a Coſmopolidis interpretatione, ad contra dicendum ſurgere.

Ibid. λέγειν ὑπὲρ τῆς γνώμης κατὰ τὸν Ζαλεύκου νόμον. τοῦτο δ' ἐστὶ, &c. *de ſententia (legis) dicere ex formula a Zaleuco præſcripta: ea autem erat, &c.* In Zaleuci legibus (ut docet Stobæus Serm. XLII. p. 280. & Serm. XXXVIII. ex Hierocle, p. 229. item Demoſthenes adverſ. Timocratem p. 744. ed. Reiſk.) præſcriptum erat, ut qui veterem aliquam legem abrogatam, aut novam latam vellet, is de ea ad populum verba faceret ita, ut collum laqueo inſertum haberet; quo laqueo, ſi populus ſuis ſuffra-

giis

gis novationem propositam improbaret, e vestigio is, qui eam proposuisset, strangularetur. Idem institutum fusius etiam Diodorus Sicul. lib. XII. c. 17. exponit, sed ad Charondam auctorem refert, qui Thuriis leges tulerat. Id igitur institutum Polybius, sive auctor ille e quo is hæc retulit, latius patuisse docet, & ad eum etiam pertinuisse, *qui legis alicujus mentem atque sententiam, quæ satis per se aperta videretur, in controversiam vocare, & in alienam partem interpretari eam conaretur:* is nempe de ea lege, laqueo e collo suspenso, coram senatu mille virorum disserere tenebatur. Vers. 9.

Vers. 10. καθισάντων τῶν χιλίων. καθισάντων scribendum Gronovius Reiskiusque monuerunt; idque etiam Casaubonus in mente utique habuit, cum vertit *in mille virûm consessu*. Conf. Adn. ad IX, 3, 7. adde VI. 37, 1. Simili ratione paulo ante (vers. 6.) de judicibus verbo προκαθῆσθαι est usus. Vt hic *Locris* Polybius, sic Crotone Iamblichus *senatum mille virorum* commemorat, in vita Pythag. sect. 260. Vers. 10.

Ibid. καὶ βρόχων κρεμασθέντων. Paulo diversis loquendi formulis de eadem re utuntur auctores superius citati. Stobæus: εἰς βρόχον εἴρας τὸν τράχηλον. Demosthenes: ἐν βρόχῳ τὸν τράχηλον ἔχων. Diodorus: τὸν ἑαυτοῦ τράχηλον εἰς βρόχον ἐντιθέναι.

Vers. 12. τὴν συνθήκην recte Casaub. cum Vrb. Aug. & Vrsin. τὴν θήκην ed. 1. Med. Regii, Vesont. — *Ibid.* τῷ μὲν γὰρ cum Vrsino correxit Casaub. τὸν ed. 1. τῶν μὲν γὰρ Vrb. Aug. Reg. F. G. Vesont. Ex Med. nil notatum. Vers. 12.

Vers. 13. εἶναι τὸν Κοσμ. Sic ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vesont. Ejecerat id verbum Casaub. — *Ibid.* οὐ πολὺ λεῖπον. Sic μικρῷ λεῖπον X. 17, 6. & sæpe alias. Vers. 13.

CAPVT XVII. Cap. XVII.

„Videtur post Timæum Polybius Ephorum & Callisthenem arripuisse, aut invectivam in Timæum hac *Callisthenis notatione* distinxisse. vid. p. 928, 7." [nobis cap. 22, 7.] Argumentum.

REIS-

REISKIVS. — Fortasse hanc disputationem ea occasione ingressus est Polybius, quod dixerat, Timæum in aliis scriptoribus ea acriter & odiose reprehendere, quæ non sint reprehendenda; (conf. cap. 23.) quæ vero reprehensionem utique meruerant, (verbi caussa, Callisthenis in describendis præliis imperitiam absurditatemque) intacta reliquisse. *Callisthenes, Alexandri comes, scripsit historiam rhetorico pæne more*, ut docet Cicero de Orat. II. 14. Atqui solet id genus hominum, quantumvis insciens rerum, omnia audere stylo persequi, imperitiam suam verborum lenocinio tegens. In Arriani descriptione ejusdem aciei pugnæque, in qua describenda turbasse omnia Callisthenem Polybius ait, plana atque perspicua sunt omnia.

Vers. 1. *Vers.* 1. Excerptum hoc cum msstis nostris vulgo ab his verbis inceperant editores: *Μνησθησόμεθα μιᾶς παρατάξεως.* Nos, moniti a Gronovio, (in Notis editis ad Valesii Fragmenta Polybii ex Suida collecta, num. 45.) verba nonnulla, a Suida in *Καταξιοπιστ.* conservata, præmisimus. Hæc enim ibi verba, tacito quidem auctoris nomine, nec ulla adjecta interpretatione, protulit Lexicographus: *Ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν τῶν τηλικούτων ἀνδρῶν καταξιοπιστεύεσθαι, μνησθησόμεθα μιᾶς παρατάξεως.* Quænam vero vis subjecta sit verbo *καταξιοπιστεύομαι*, haud satis convenit inter interpretes. H. Steph. in Thes. interpretatur *fide indignum aliquem judico*; aut, *dico adversus aliquem quæ fide indigna sint*: & alteram harum significationum locum habere ait in verbis a Suida prolatis. Suidæ interpres sic: *Ne autem videamur tantorum virorum auctoritati aliquid derogare, dum fidem nobis hac in re adhiberi postulamus.* A vero proxime, putamus, aberimus, si statuamus, *καταξιοπιστοῦμαί τινος* ex mente Polybii significare *fidem alterius elevare conor, ut meam commendem.*

Ibid. *μὲν μίαν ἐπιφανεστ.* Vocem *μίαν*, temere a Casaubono extrusam, restituimus ex ed. 1. & msstis, probante etiam REISKIO, qui latinismum esse existimavit: „*unam clarissimam*; h. e. si qua alia est, vel unam hanc inprimis clarissi-

clarissimam; tametsi una est, tamen clarissimam." — *Ibid.* ἀπηρτῆσθαι, *remotum esse.* Verbum hoc Polybio adseruit Wesseling. ad Diodor. III. 67. ubi varia ejusdem usus exempla ex aliis auctoribus collegit. Vers. 1.

Vers. 2. ἐν Κιλικίᾳ. Corrupte ἐν ἡλικίᾳ ed. 1. & Med. Recte Casaub. cum ceteris codd. — *Ibid.* διαπεπορεῦσθαι. Visa est res ipsa præteritum tempus poscere; quamquam rursus cap. 19, 4. eadem in re in διαπορευόμενον consentiebant codices omnes; sed & ibi διαπεπορευμένον restituere non dubitavimus. — *Ibid.* τὰς λεγομένας ἐν τῇ Κιλικίᾳ πύλας. Rursus mendose ἐν τῇ ἡλικίᾳ ed. 1. invitis codd. nostris. conf. supra, cap. 9, 3. — *Ibid.* Ἀμανίδων correxit Casaub. & monuerat jam Paulus Leopard. Emend. IV. 20 in Gruteri Thes. crit. T. III. p. 83. De utrisque illis *portis*, i. e. *faucibus*, *Ciliciis* sive *Syriis*, & *Amanicis*, consule quæ docte monuit Cellarius Geogr. antiq. III. 6. p. 247 seq. — *Ibid.* κατᾶραι μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Κιλικίαν. Tam obstinate, quam imperite, rursus ἡλικίας habet ed. 1. Verbum κατᾶραι non debueramus *pervenerat* interpretari cum Casaubono, sed *descendit.* conf. III. 36, 1. III. 56, 3. In eamdem sententiam Arrianus, de Alexandro loquens, per Ciliciæ fauces in Ciliciam redeunte, lib. II. c. 8. p. 71. ed. Gron. κατῄει, ait, ἀπὸ τῶν πυλῶν. Vers. 2.

Vers. 3. παρὰ τὸν Πίναρον ποταμόν. Vide omnino Cellar. Geogr. antiq, p. 250 sq. Si Πύραμον, pro mendoso Πύρον, quod nunc codices habent, olim hoc loco scriptum fuit apud Polybium, quemadmodum Ursinus & Reiskius voluerunt; fuerit id ipsum vetustioris alicujus librarii erratum, aut memoria fefellerat Callisthenem vel Polybium. Nam quod ad Strabonem (lib. XII. p. 536. ed. Casaub.) hic pro adstruendo *Pyramo* Reiskius provocat, id quidem ad rem nil confert. Casaubonus, mendosum Πύρον in textu servans, adjecto tamen asterisco, ut corruptelæ nota, *Pinarum* in versione latina expressit. Vers. 3.

Vers. 4. τὸ διάστημα οὐ πλείω &c. Negantem particulam, quæ, ut e sequentibus patet, necessario requirebatur, Vers. 4.

Verf. 4. habent quidem editiones omnes, fed ignorant codices noftri Aug. Reg. F. G. Vefont. In Auguftano, qui ex his eft vetuftiffimus, vocabulum διάστημα in fine verfus eft, & πλείω initio verfus fequentis; quo facilius fieri potuit, ut vocula media intercideret. Sed poterat etiam ου, ob fimilitudinem literæ α, (de qua fimilitudine diximus ad I. 75, 5.) abforberi intercipique a vocabuli præcedentis terminatione.

Verf. 5. *Verf.* 5. εὐθέως ἐκρήγματα [πολλὰ ποιοῦντα] τῶν πλευρῶν. Vocabulum ἐκρήγματα, pro corrupta voce quam hic dabant libri, opportune ex cap. 20, 4. reftituit Cafaubonus. Sed quæ poffit vis effe particulæ εἰς, quam is præpofuit, non capimus: illud videmus, accepiffe eam Cafaubonum ab Vrfino, qui εἰς ῥῆγμα, pro mendofo εἰ Φῆγμα fcribere jufferat. Nos ex cap. 20, 4. duo præterea verba hic fupplenda putaveramus, ac poffis fufpicari, plura quædam etiam intercidiffe, veluti πολλὰ ποιοῦντα ἐξ ἀμφοτέρων τῶν πλευρῶν. Sed fortaffe omni etiam fupplemento carere potueramus; & ad ἐκρήγματα τῶν πλευρῶν intelligi poterat, ex eis quæ proxime fequuntur, participium ἔχοντα: at id quidem utique non ita commodum erat futurum. Vocabulum ἐκρήγματα bene Suidas interpretatur τὰ ἐκ τῶν χειμάῤῥων γινόμενα ἐν τοῖς πεδίοις κοιλώματα, refpiciens Polybii locum illum paulo ante citatum, cap. 20, 4.

Ibid. ἀποτόμους ἔχοντα καὶ δυσβάτους λόφους. λοβοὺς ed. 1. fcriptique libri omnes, quod vix videmus qui defendi poffit, & recte a Cafaub. in λόφους mutatum videtur. Sic eafdem literas β & φ, ob pronunciationis fimilitudinem, cum alias, tum XI. 16, 2. a pluribus librariis, in contrariam quidem partem, permutatas inter fe vidimus. Quodfi vero λόφους fcripferat Callifthenes, id eft, *colles;* exaggeravit rem, quod etiam Polybius ei objicere videtur cap. 18, 12. ὀφρὺν τοῦ ποταμοῦ dicit cap. 22, 4. quod aliquanto minus eft quam λόφος: ibidemque βατώδη ὀφρὺν ait, pro eo quod eft h. l. δυσβάτους λόφους. Arrianus II.

10. p. 75. ἀποκρήμνους τὰς ὄχθας ait τοῦ ποταμοῦ. Ac fuit, cum ὄχθας h. l. pro λόφους scribendum suspicaremur.

Vers. 6. ἐπεὶ συνεγγίζοιεν cum Vrsino correxit Casaub. ἐπισυνεγγίζοιεν ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* στρατοπεδείᾳ. στρατοπεδίᾳ ed. 1. Reg. F. G. Vers. 6.

Vers. 7. ἐχομένους τούτων. Libri omnes scripti edi- tique ἐχομένους τούτοις dabant; quæ verba prorsus delenda visa erant Reiskio, quod idem valeant atque ἑξῆς τούτοις, quod modo præcessit, & quod ἔχεσθαι τινὸς græce dicatur, non τινί. Vers. 7.

CAPVT XVIII.

Cap. XVIII.

Vers. 1. τούτους πρὸ τῆς. τοὺς πρὸ τῆς soli Regii. — *Ibid.* ῥέοντος. ῥέοντες ed. 1. operarum errore. De re, quæ hic agitur, docet Arrianus de Exped. Alex. II. 8. p. 73. equites a Dario trans flumen fuisse transductos, dum reliquam aciem instruxisset, tum rursus, priusquam committeretur pugna, ab eo revocatos esse. Vers. 1.

Vers. 2. μὲν γὰρ ἱππεῖς. μὲν deest Regiis. — *Ibid.* πόσου δ' εἶχον οὗτοι τόπου χρείαν. Cum Scaligero correxit hoc Casaub. Corrupte τοσούτου pro πόσου ed. 1. cum msstis. Vers. 2.

Vers. 3. πλεῖστον ad βάθος referendum. Sic vero & Scaligerum correxisse videmus. Ceterum πλείστων edd. & mssti omnes. — *Ibid.* ἐπ' ὀκτώ. ἐφ' ὀκτὼ Aug. Regii, Vesont. — *Ibid.* ἰλῶν. εἰλῶν ed. 1. Aug. Vesont. εἴλων Reg. F. G. — *Ibid.* συνυπάρχειν. An ἴσον ὑπάρχειν δεῖ διάστημα τοῖς μετώποις? Vers. 3.

Vers. 11. τοὺς δὲ γενναίως δέξαμ. Perperam γενναίους Regii & Vesont. Vers. 11.

Vers. 12. καὶ ποταμός. Temere καὶ ποταμὸν ed. 1. — *Ibid.* οἷον ἀρτίως εἶπεν. Sic bene edd. Conf. c. 17, 5. εἶπον Aug. Reg. F. G. Vesf. Vers. 12.

CAPVT XIX.

Cap. XIX. Verf. 2. *Verf.* 2. εἰς Κιλικίαν correxit Cafaub. cum Vrfin. Corrupte εἰς σικελίαν ed. 1. cum msstis omnibus.

Verf. 3. *Verf.* 3. τὴν ἀπουσίαν πρὸς τὰς γεγενημένας χρείας. — Sic codd. omnes cum ed. 1. Nec opus erat inferto articulo τῶν. Qui — „fi fervatur, neceffe eft, (ait REISKIVS) ut poft χρείας addatur ἐκπεμπομένων. Si omittitur, [quod malebat ille, nefciens non nifi ex Cafauboni ingenio adjectum] tum ἀπουσία, ait, h. l. fignificabit *ipfos abfentes milites*, e caftris ad neceffaria munera abeunda ablegatos." — *Ibid.* Poft δισχίλιοι deeffe verba ἱππεῖς δὲ πεντακισχίλιοι, idem notavit Reifkius. Ac fane facile fubducitur ratio: fi ad 4500 addas 800, rurfusque detrahas 300, remanebunt 5000. Cafaubonus quoque, deeffe h. l. nonnihil, animadverterat: fed, animo aliud agens, *equitum quatuor millia* in verfione latina pofuerat. *Quinque millia* oportuiffe, Gronovius in Notis editis monuit.

Verf. 4. *Verf.* 4. διαπεπορευμένον. Vide ad cap. 17, 7.

Verf. 5. *Verf.* 5. ἐπὶ πᾶσι τὸ σκευοφόρον. Sic recte ed. 1. confentientibus msstis, abfque conjunctione. Amare hujufmodi afyndeta Polybium, jam fæpius vidimus.

Verf. 6. *Verf.* 6. ἅμα δὲ τῷ πρῶτον recte Cafaub. cum Vrfino. ἅμα δὲ τὸ πρ. ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* εἰσεγγίζοντα. Sufpectum hoc verbum REISKIO fuit: qui — „forte εἰς χεῖρας vel εἰς σύνοπτον ἐγγίζοντα fcribendum, ait, aut aliàs plane delendum εἰς ab ἐγγίζοντα, ut a feftinante librario ad proximum εἰς ὀκτὼ perperam deproperatum, qui, cum fe revocaret ftatim ad ordinem, & prætervifa repeteret, (ἐγγίζοντα τοῖς πολεμίοις puta) tamen oblivifcebatur illud εἰς delere." —

Verf. 7. *Verf.* 7. τοῦ γὰρ σταδίου λαμβάνοντος ἄνδρας - - ὅταν εἰς ἑκκαίδεκα τὸ βάθος ὦσι, χιλίους ἑξακοσίους, ἑκάστου τῶν ἀνδρῶν ἓξ πόδας ἀπέχοντος. *Stadium unum, (quoties intervallorum rationes ad faciendum iter funt accommodatæ,) cum altitudo agminis eft fenorum denorum, capit viros mille fexcentos, quandoquidem vir quïfque pedes*

fex

ſex ab altero diſtat. Vt ab extremis incipiamus verbis, pro ἀπέχοντος omnino ἐπέχοντος ſcribendum, vertendumque: *quandoquidem ſex pedes unuſquiſque vir occupat.* Id jam Scaliger viderat: atque etiam Caſaubonus, addubitans quidem, in ora Baſileenſi notaverat. Quod ſi dicere Polybius voluiſſet, *virum quemque ſex pedes ab altero diſtare*, græce ſic ſcripturus fuerat, τῶν ἀνδρῶν ἓξ πόδας ἀπεχόντων ἀλλήλων. Sed id nec voluit dicere, nec potuit. Erat hæc ratio legitima inſtruendi phalangem, ut, ubi illa maxime laxis intervallis incedebat, nec opus erat ut denſarentur ordines, quilibet miles ſex pedes occuparet; tum in ipſa pugna, ubi denſatis opus erat ordinibus, tres pedes. Sic certe docet Aelianus Tact. c. 11. & Suidas in Πύκνωσις & in Συνασπισμὸς, cum quibus conſentit Polyb. XVIII. 12, 2. (conf. infra, ad cap. 21, 3. hujus libri XII.) Id Aelianus his verbis exprimit: ὁ ἀνὴρ κατέχει πήχεις τέσσαρας, πήχεις δύο. Sed longe aliud eſt ἀπέχειν, atque κατέχειν. Verbi κατέχειν vero ſynonymum ἐπέχειν eſt, quod haud dubie hic ſcripſerat Polybius. conf. III. 37, 6. XV. 12, 7. At alteram quod adtinet hujus loci emendationem, quod ἑκκαίδεκα pro vulgato ὀκτωκαίδεκα poſuimus; neceſſario ita corrigi debuiſſe, cum ex tota diſputationis hujus (inde a verſ. 6. uſque ad finem capitis) connexione intelligitur, tum ex ſumma ea quam ipſe ſubducit Polybius, cum ait, *unum ſtadium*, ſcilicet ſecundum longitudinem aciei, (ſive latitudinem dicere malueris, id enim perinde eſt) *capere* 1600 *viros, quorum quiſque ſpatium ſex pedum occupat.* Cum enim ſtadium capiat 600 pedes, capiet idem ſtadium in fronte ſeu in longitudine aciei viros, quorum quiſque ſex pedum ſpatium occupat, centum. Vt igitur prodeat numerus 1600 virorum, quem dicit Polybius, oportet profunditatem vel altitudinem ſtatui 16 virorum. Miror intactum a Caſaubono & a recentioribus interpretibus relictum fuiſſe hunc locum: vetus tamen interpres germanicus Guil. Xyl-

Verſ. 7.

 ander

ander verum jam expresserat; & a Scaligero in ora sui libri pariter notatum ἑκκαίδεκα videmus.

Cap. XX.

CAPUT XX.

Vers. 2. *Vers.* 2. ποῦ γὰρ ἂν εὕροι τις. Particulam ἂν, quam prætermiserant editores, adjecimus ex msstis Aug. Reg. F. G. Vesont. Quoad rem confer XVIII. 14, 7. — *Ibid.* σαρισσοφόρον. σαρισοφόρον Aug. Regii, Vesont.

Vers. 3. *Vers.* 3. τοῦ Καλλισθ. τὸ Καλλ. ed. 1. 2. operarum errore, quem correxit Gron. — *Ibid.* ἱκανὸν ὑπάρχει. Placet Reiskii conjectura, ἱκανὸν ἂν ὑπάρχει. Quemadmodum particulam ἂν post literam ν, in quam terminatur vox præcedens, sæpe temere vel adjectam vel omissam vidimus; (conf. ad V. 35, 6. & ad VI. 36, 9.) sic haud mirum esse debebit, si voculæ ἂν idem accidit.

Vers. 4. *Vers.* 4. ἐκρήγματα. Sic bene Casaub. cum Vrb. Aug. Vrsin. conf. c. 17, 5. & ibi notata. Mendose ἐγκηρήγματα ed. 1. & Med. ἐγκηρήγματα Regii & Vesont.

Vers. 6. *Vers.* 6. τί δ' ἀνετοιμότερον correxit Casaub. τί δ' ἂν ἕτοιμ. ed. 1. cum msstis. Laudat Casaubonus proverbium, quod hic respexisse videtur Polybius:

Νήπιος ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν τἀνέτοιμα διώκει.

Ibid. In διεστραμμένης consentiunt omnes; nec sollicitandum hoc videtur. διεσταμένης Vrsinus voluerat. — *Ibid.* Πόσῳ γὰρ ... ῥᾴδιον; *quanto enim facilius?* In promtu erat, ῥᾷον corrigere cum Scalig. & Reiskio; nisi fortasse, sicut ad ὅσῳ sæpe factum novimus, sic etiam ad πόσῳ per ellipsin intelligi comparativus μᾶλλον potest. Vide ad I. 45, 9. & II. 30, 3. — *Ibid.* ἀναγαγεῖν. Recte: nempe *reducere, restituere.* ἀγαγεῖν solus Aug.

Vers. 7. *Vers.* 7. διφαλαγγίαν recte Casaub. cum Aug. διφαλαγγείαν ed. 1. διαφαλαγγείαν Regii, Vesont. — *Ibid.* εἰ καί. Sic edd. omnes: sed ἢ καὶ dant mssti nostri, quod ex ἢ καὶ (scil. τετραφαλαγγία) corruptum videri poterat. Quæ sequuntur, docte recteque curata a Casaubono videntur: nobis quidem commodius nil succurrit.

CAPUT

CAPUT XXI.

Cap. XXI.

Verſ. 1. ὄντα. Mendoſe ὄντας Regii, Veſont. Verſ. 1.

Verſ. 3. συνήσπισαν κατὰ τὸν ποιητὴν &c. Vide lib. XVIII. cap. 12. tum Aeliani Tact. c. 11. & Arrian. c. 17. p. 32. ed. Blancard. At quam diſtinctionem faciunt hi tactici ſcriptores inter πύκνωσιν & συνασπισμὸν, ut in πυκνώσει *tres pedes* occupare quemque militum dicant, in συνασπισμῷ nonniſi *unum cum dimidio*, eam diſtinctionem utroque loco, & hic & XVIII. 12. ignorat Polybius, ac πύκνωσιν & συνασπισμὸν pro eodem habet, in quo militem quemque ſpatium *trium pedum* occupare ſtatuit. Nec id immerito: ſane quidem Macedonicam phalangem ita conſtipari potuiſſe, ut non ultra pedis unius cum dimidio ſpatium occuparet quilibet miles haudquaquam probabile eſt. Scutum Romanum habebat duorum pedum cum dimidio latitudinem, ut docet Polyb. VI. 23, 2. neque vero minus latum fuiſſe puto Macedonicum. Verſ. 3.

Verſ. 5. Defectam eſſe orationem in hac regione, ubi ſunt verba καὶ τούτου μέρος μέν τι uſque ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ, ſatis adparet. Sed quanam in parte potiſſimum, & quidnam interciderit, haud ita in liquido eſt. Quod ſi ſtatuas, poſt δεκατεσσάρων σταδίων excidiſſe nonnulla verba, ad quæ relata fuerint ea quæ ſequuntur; fortaſſe in his ipſis (in his dicimus, καὶ τούτου μέρος &c.) nihil deinde deerit, niſi conjunctio δὲ, inter τοὺς & ἡμισέας interſerenda. Sed quæcumque fuerint verba, quæ interciderunt; illud ex verſ. 7. intelligi videtur, eorum, quæ hoc loco ſcripſerat Polybius, hanc fere fuiſſe ſententiam: *ex eiſdem quatuordecim ſtadiis*, quæ erat tota loci latitudo, *fere tria etiam ſtadia occupaſſe equitatum;* (τὸ ἱππικὸν,) *cujus pars altera* (καὶ τούτου μέρος μέν τι) *a mari*, id eſt ad latus ſiniſtrum peditum, *altera pars a dextro latere (peditum) erant locati.* Callide doctus verſionis germanicæ auctor, quæ ante hos decem annos prodiit, loci hujus difficultatem diſſimulavit, verba iſta, de quibus dubitamus, prorſus tranſiliendo. Verſ. 5.

Verf. 6. *Verf.* 6. ὃ ποιεῖ πρὸς τούτους ἐπικάμπιον. Cafauboni hæc eft interpretatio: *dicere illum* (fcil. Callifthenem) *partem aciei Alexandri in forcipis figuram fuiffe reflexam.* Quod fi vero *in forcipis* five *forficis figuram inftructam aciem* (quod & ipfum nomen fuadet, & diferte Vegetius de Re Milit. III. 18 feq. confirmat) eam dixit fermo Romanus, quæ, *in fimilitudinem V literæ* conftructa, ad excipiendum cuneum hoftium comparata eft; fatendum erit, parum commode illud vocabulum a docto interprete huc effe tractum. Nempe Græci ἐπικάμπιον *aciem* vocabant, quæcumque *incurva* effet vel *inflexa, ad rectos* potiffimum *angulos, five in utroque cornu, five in alterutro,* rurfusque *five antrorfum*, five *retrorfum:* eft enim alia ἐπικάμπιος ἐμπροσθία, alia ἐπικάμπιος ὀπισθία, ut ex Aeliani Tact. c. 45 feq. intelligitur, & ex Suida in Ἐπικαμπὴς παράταξις. conf. quæ notavimus ad I. 27, 4. Et hoc quidem loco τὸ ἐπικάμπιον, quod Callifthenes ait factum effe ab Alexandro, fi contuleris quæ Arrianus docet de Exped. Alex. lib. II. c. 8 fq. p. 73 fq. intelliges, hoc dici, quod in cornu dextro Alexandri *pars aciei fuerit retrorfum inflexa;* ita, ut altera pars, nempe ea quæ æquata fronte cum finiftro cornu ftabat, aciem Darii refpiceret; altera pars, ea quæ retrorfum inflexa erat, refpiceret montem illum, in quo partem fuarum copiarum ita locaverat Darius, ut poft tergum rectæ aciei Alexandri produceretur. Igitur in verfione latina refcribendum fuerit: *partem aciei Alexandri retrorfum ad latus fuiffe inflexam.*

Ibid. τοὺς μυρίους πεζοὺς, *illos decies mille pedites*, fcil. quos dixerat in Alexandri exercitu fuiffe ultra triginta duo millia, cap. 29, 8 fq. coll. cum verf. 5. ejufdem cap. — *Ibid.* πλείους ὄντας τῆς ἐκείνου προθέσεως. Nolimus hæc folicitata. Plana fententia: *qui major eft numerus quam ratio ejus defiderat*, vel *quam requiritur pro eis quæ ab ipfo pofita funt.* πρόθεσις illa, putamus, hæc fuit: copias illas, quas in monte locaverat Darius, non fuiffe tam formida-

midabiles, ut necesse fuerit tantam vim eis opponere. Qua in re consentit Arrianus II. 9. p. 74 sq.

Vers. 7. *ὥστε ἐκ τούτων ἕνδεκα σταδίους* &c. Conf. notata ad vers. 5. — *Ibid.* *ἐν οἷς ἀνάγκη τοὺς τρισμυρίους καὶ δισχιλίους ἐπὶ τριάκοντα τὸ βάθος ὑπάρχειν συνησπικότας.* Id est: *intra quod intervallum necesse est aciem duorum & triginta millia hominum tricenos milites consertis clypeis constipatos in altitudine habuisse.* Aut vero nos prorsus cæcutimus, aut Polybium hoc loco, studio reprehendendi Callisthenis abreptum, ratio fefellit. Cum enim de *συνασπισμῷ* nunc loquatur, in quo (ut ad c. 21, 3. vidimus) trium pedum spatium occupat miles; capiet stadium in frontem sive in latitudinem viros ducentos, adeoque undecim stadia capient viros 2200. Atqui, pro 2200 viris in fronte, numerus 3200 virorum (qui rotunde positus intelligi debet) requiret altitudinem non *triginta* virorum, sed *quindecim* vel *sedecim*. Vers. 7.

Vers. 8. *τεταγμένων.* *τεταγμένην* ed. 1. temere & invitis msstis. — *Ibid.* *τὴν μάχην* recte Casaub. consentientibus codd. omnibus, excepto Med. qui cum edit. 1. *τὴν τάξιν* habet. Vers. 8.

Vers. 9. *Τὸ γὰρ ἀδύνατον* &c. Casaubonus, nullam in oratione lacunam agnoscens, ac pro *ἀδύνατον* legens *δυνατὸν*, sic vertit: *Nam quod per rerum naturam fieri potest, id statim fidem sua sponte invenit.* Quem eo nomine, quod negantem particulam omisit, reprehendens Gronovius, nec ipse lacunam ullam suspicatus, miramur, cur non sententiam verborum nobis explanaverit, quæ verba ipsi nulla parte laborare visa sunt. Nobis quidem, quænam illis vis insit, nisi aliquid vel corrigas, vel omissum suppleas, non liquet. Nam illa, *τὸ ἀδύνατον αὐτόθεν ἔχει τὴν πίστιν*, id est, *impossibile, per se* (vel *e vestigio*) *fidem facit sui*, ita interpretari, tamquam dicat *τὸ ἀδύνατον fidem facere esse se ἀδύνατον*, vel *sese tamquam impossibile demonstrare*, id quidem durius videtur. De re confer c. 22, 6. Vers. 9.

CAPVT XXII.

Cap. XXII. Vers. 1. *Vers.* 1. πλὴν τελέως ὀλίγων. Vide notata ad XI. 25, 6.

Vers. 2. *Vers.* 2. Verba αὐτὸν ποιήσηται usque καὶ τὸν Δαρεῖον αὐτὸν desunt Reg. G. & Vesont. — *Ibid.* Post βούλεσθαι excidisse putavit Reiskius verbum γίγνεσθαι vel τάττεσθαι. At potuerunt haud incommode ex eis, quæ præcedunt, verba τὴν μάχην ποιεῖσθαι hic intelligi.

Vers. 3. *Vers.* 3. πῶς δ' ἐπέγνωσαν ἀλλήλους οὗτοι &c. *Quomodo dignoscere sese invicem reges potuerint* &c. Poterat Polybio respondere Callisthenes, facile Darium dignosci ab Alexandro potuisse; primum, quod moris erat regibus Persarum, (ut diserte in hujus ejusdem aciei descriptione Arrianus monuit II. 8 extr.) medium aciei locum capere, tum ex diademate aliisque regiis insignibus.

Vers. 4. *Vers.* 4. ὀφρὺν τοῦ ποταμοῦ -- ἀπότομον οὖσαν καὶ βατώδη. conf. c. 17, 5. — *Ibid.* Φαλαγγιτῶν recte edd. Φαλαγγίτων Aug. Φαλαγγίων Reg. F. G. Vesont. τετραφαλαγγιῶν Vrsinus, nescimus quod spectans. — *Ibid.* βατώδη. βαθώδη ed. 1. temere & invitis msstis. — *Ibid.* παρὰ λόγον. Sic maluimus, quam una voce παράλογον, quod tamen fere perinde est, & perspecte a Reiskio propositum. Similiter vero VIII. 2, 6. κατὰ λόγον in κατ' ὀλίγον erat corruptum. Vulgatum Casaubonus ita interpretatus erat: *nam hæc loci illius facies pæne ubique;* quasi scriptum fuisset παρ' ὅλον.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἐποιατέον. Mendose ἐπιστέον Reg. G. — *Ibid.* τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν ὁμολογουμένην, παραλαμβάνοντας περὶ αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἐμπειρίαν. Cum vulgo, præeunte Casaubono, ita legeretur, οὐκ ἐποιστέον τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν, ὁμολογούμενον ὂν, παραλαμβάνεσθαι παρ' αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς &c. quæ ita interpretatus idem erat Casaub: *quem constat & disciplinam & usum rerum bellicarum a puero fuisse edoctum;* perspecte REISKIVS sic monuit: „Herw. & Aug. ὁμολογουμένην παραλαμβάνεσθαι περὶ αὐτοῦ. [Sic vero cum ed. 1. & Aug. dant codices ad unum omnes, nisi quod παραλαμβάνεται habet Reg. G.]

Rectum

Rectum utrumque, & primum & postremum: sed media vos etiam corrigenda. Videtur Polybius sic reliquisse: ὁμολογουμένην, παραλαμβάνοντας περὶ αὐτοῦ. Ille accusativus παραλαμβάνοντας aptus est ex participio futuri passivi (ut grammatici loquuntur) ἐποιστέον. Græci sic loquuntur: *ad Alexandrum culpam referendum non est, accipientes* (scil. *nos*) *de eo usum rerum bellicarum confessum inter omnes atque indubium:* h. e. non decet nos ei Alexandro imputare culpam hujus erroris, cujus de usu bellicarum rerum inter omnes ex traditione vulgari constat." — De constructione illa participii vel adjectivi verbalis cum accusativo casu diximus ad IV. 37, 8. Posset etiam, ut monuimus ad I. 14, 8. παραλαμβάνοντες in primo casu ferri, si id darent libri. Vers. 5.

Vers. 6. ὃς διὰ τὴν ἀπειρίαν. Sic Casaub. & seqq. nescimus unde; minime quidem male, sed invitis nostris codicibus, qui cum ed. 1. in ὅτι διὰ τὴν ἀπ. consentiunt, quod altero sane non est deterius. Vers. 6.

CAPUT XXIII. Cap. XXIII.

Valesiana hæc Ecloga, cum duabus proxime sequentibus, fortasse ante superiorem illam, quæ a cap. 17. incipiebat, erat ponenda. Ceterum confer quæ de superioris argumento ad ipsum cap. 17. diximus. Totam hanc Eclogam usque vers. 7 extr. suo Lexico inseruit Suidas, sub vocab. Τίμαιος. Argumentum.

Vers. 2. οἷς ἔνοχος αὐτός ἐστι. Concinniorem hanc seriem verborum putavimus, & Polybii stylo convenientem, quam dedit Suidas in Τίμαιος. Valesius ediderat οἷς αὐτὸς ἔνοχός ἐστι, cum quo consentit idem Suidas in Ἔνοχος. — *Ibid.* διέφθαρται. Sic Suidas in Ἔνοχος cum edd. & cod. Peiresc. διέφθαρτο Suidas in Τίμαιος, quod commodius videri poterat. — *Ibid.* τοιαύτας ἀποφάσεις. — „Inter quas erat illa a Timæo prolata sententia, *Callisthenem jure ac merito occisum ab Alexandro.*" VALESIUS. Vers. 2.

Vers.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Ἐκεῖνος μὲν οὖν (ſcil. Καλλισθένης) ἀποθεοῦν Ἀλέξανδρον οὐκ ἠβουλήθη. Cur particulam οὐκ aſteriſco notaverit Valeſius, aut cur eamdem cum Suida ejectam Reiſkius voluerit, nos quidem non videmus; quum inter omnes conveniat auctores, eam fere ob cauſſam ab Alexandro occiſum eſſe Calliſthenem, quod illius arrogantiæ, divinos honores poſcenti, inſervire noluerit. Ceterum fatemur, non ſatis nobis planam eſſe connexionem diſputationis, qua utitur hoc loco Polybius, quæ & omnino gravitate ſcriptoris haud ſatis digna videtur.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. καὶ Καλλισθένης μὲν ἄνδρα τοιοῦτον, ſcil. οὐκ ἐβουλήθη ἀποθεοῦν.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. οὗτος δὲ Τιμολέοντα. ſcil. μείζω ποιεῖ τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν. Ingenio Timæi partem deberi gloriæ Timoleontis, ſignificavit etiam Cicero ad Famil. lib. V. epiſt. 12. ſect. 24. Ceterum videndum eſt, ne invidia Timæi abreptus Polybius nimium elevaverit Timoleontis res geſtas, quas præclaras utique fuiſſe docent Plutarchi & Cornelii Nepotis de vita illius viri commentarii. — *Ibid.* μίαν τῷ βίῳ γραμμὴν διανύσαντα. conf. ad I. 87, 3.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. δοκεῖ πεισθῆναι Τίμαιος, ὡς, ἂν Τιμολέων -- σύγκριτος φανῇ --, κἂν αὐτὸς -- εἰκότως παραβολῆς ἀξιωθῆναι. — „Poteſt ὡς ſervari, quod ſæpe cum infinitivis componitur, ut hic cum ἀξιωθῆναι; ſed malim ὅταν legi pro ὡς ἄν, ſic plana erit oratio.“ REISKIUS. — Nulla novatione opus eſt. ὡς, pro ὅτι poſitum, regulariter quidem cum indicativo conſtruitur; ſed, ubi interjectum eſt aliud orationis membrum, ut conſtructionis ordo non nihil ſuſpenſus ſit, poteſt per ἀνακολουθίαν quamdam, a Polybii ſtylo minime abhorrentem, ſequi infinitivus, qui nimirum locum habere potuiſſet, ſi plane abſuiſſet particula ὡς vel ὅτι. Sic XV. 2, 8. ex codicum omnium conſenſu, quem temere deſeruit Caſaubonus, ſic ſcribit Polybius: διατειλάμενοι τοῖς ἐπὶ τῶν τριήρων, ὡς, ἐὰν παραλλάξωσι τὸν Βάκραν ποταμὸν, αὖθις ἀπολιπόντας ἀποπλεῖν. Quin & eadem ἀνακολουθία etiam poſt particulam ὅτι, ubi inter-

jecto

jecto aliquo membro suspensa est oratio, locum habet cum apud Polybium, tum apud alios scriptores, ut docuimus ad I. 4, 1. Tom. V. p. 139 seq. Aliud genus ἀνακολουθίας, huic simile, illud est, quod post ὡς, pariter pro ὅτι positum, ubi interjectis nonnullis verbis suspensa est oratio, repetitur ipsa particula ὅτι. Sic V. 104, 3. δῆλον γὰρ εἶναι, ὡς, ἐάν τε Καρχηδόνιοι Ῥωμαίων, ἐάν τε Ῥωμαῖοι Καρχηδονίων περιγένωνται τῷ πολέμῳ, διότι κατ' οὐδένα τρόπον εἰκός ἐστι. Quæ nisi sufficerent ad confirmandam hujus loci scripturam, posset ea alio etiam modo vindicari, scilicet statuendo, ὡς ἂν idem valere atque ὅταν vel ἐπειδὰν, cujus usus duo exempla ex Cebetis Tabula Henr. Stephanus in Thes. adtulit, quæ sunt p. 170. editionis Schroederi: τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον. & p. 179. ὁρᾷς οὖν, ὡς ἂν παρέλθῃς τὴν πύλην ταύτην, ἀνώτερον ἄλλον περίβολον. ubi perperam vulgo παρέλθοις edunt. Quibus exemplis aliud, ab Eustathio ad Iliad. Υ.' p. 1293. l. 36. prolatum, junxit Hoogeveen in Doctrin. Particular. cap. 57. sect. 12. num. 8. Apud Suidam in Τίμαιος pro φανῇ, quod recte h. l. ex cod. Peiresc. editum est, perperam φανῆναι legitur. Vers. 7.

Ibid. καθάπερ ἐν ὀξυβάφῳ. — „Proverbium est ejus simile, quod Latini dicunt, *lauream in mustaceo quærere.*" VALESIVS.

Vers. 8. καὶ Θεοφράστου. — „Reprehensus erat *Theophrastus* a Timæo, quod Zaleucum leges Locris scripsisse dixisset. At Zaleucum istum Timæus ullum negabat fuisse, ut scribit Cicero lib. II. de Legibus [c. 6.] & lib. VI. ad Attic. Epist. 1." VALESIVS. Vers. 8.

Ibid. τάδ' ἡμῖν. Aut sic, aut ταῦθ' ἡμῖν, pro vulgato τά θ' ἡμῖν, scribendum esse monuit Reiskius. — *Ibid.* ἀφιλοτίμως Valesius, cujus interpretationem tenuimus, ad ἀληθεύειν retulit; recte, ut nobis videtur. Eadem ratione Ernestus in Lexic. Polyb. ἀφιλοτίμως ἀληθεύειν interpretatur *sine partium studio, nullius gratiam captando verum dicere.* Poterat dicere, *sine ira & studio.* Sic φιλοτιμίαι

τῶν

Verf. 8. τῶν συγγραφέων III. 21, 10. funt *partium ftudia*, quibus fcriptores hiftoriarum in tranfverfum fe abripi patiuntur. Quare non probamus h. l. REISKIUM, φιλοτίμως ad πεπεισμένους referentem, exponentemque, „*illiberaliter*, *fegniter*, more animorum inertium & degenerum, qui, tædio laboris in verum nil curantes inquirere, ut quodque primum occurrit aut objicitur, ita id temeraria & coeca fide amplectuntur." —

Cap.XXIV.

CAPUT XXIV.

Verf. 1. *Verf.* 1. Οὐ διαπορεῖν ἐστι. Totum hujus Eclogæ argumentum dubitare nos non finit, particulam negativam neceffario fuiffe adjiciendam. Vide inprimis verf. 4 & 5. Miramur, nec a Valefio nec a Reifkio hoc obfervatum. — *Ibid.* καὶ συγγραφέας. καὶ τοὺς συγγραφέας Suidas in Δαιτρὸς, quod magis placet. — *Ibid.* διὰ τῶν ὑπεράνω πλεονασμῶν. Vocabulum ὑπεράνω fufpectum fuerat Küftero, ad Suid. l. c. Et, aut ὑπεράγαν, aut διὰ τὸν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν πλεονασμὸν legendum contendit Reifkius. Sed ὑπεράνω defendit TOUPIUS in Epift. Crit. p. 73. edit. Lipfienf. conferens cum ὑπεράγαν apud Procop. in Perfic. lib. I. p. 30. & cum ὑπερλίαν II. Corinth. 12, 11. ac τοὺς ὑπεράνω πλεονασμοὺς effe docet *frequentem alicujus rei laudationem, nimiam quantam commemorationem.* Salmafius in Caftigationibus Excerptorum Valefianorum (quas olim apud Ioh. Iac. Wetftenium fe vidiffe ad nos perfcripfit Ruhnkenius, Vir Clariffimus, & quæ ex eis ad Polybium pertinent, nobiscum communicavit) ὑπεράνω ex ὑπὲρ ἀνθρώπων corruptum fufpicatus erat, ut, fervata codicis Peirefciani fcriptura, (τὸν πλεονασμὸν,) legendum putaret διὰ τὸν ὑπὲρ ἀνθρώπων πλεονασμόν. — *Ibid.* διαφαίνειν. ἐμφαίνειν Suidas, quod rectius putavit Gronov. in Fragmentis Polybii. Nobis minime folicitandum vulgatum videtur.

Verf. 2. *Verf.* 2. τὸν μὲν ποιητὴν ἐκ τοῦ δαιτρεύειν &c. Similiter Horat. Epiftolar. lib. I. 19, 6. (quem locum Toupius laudavit l. c.)

Lau-

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus. Verf. 2.

Ibid. παρεμφαίνειν. — „Forte παρεμφαίνειν ἑαυτόν." REISKIVS. — Poterit per ellipfin intelligi reciprocum pronomen. — *Ibid.* ὀψοφάγον εἶναι. — Hunc Timæi locum intelligit Athenæus lib. VIII. [p. 342.] cum ait: Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης καὶ Ἀριστοτέλη τὸν Φιλόσοφον ὀψοφάγον φησὶ γεγονέναι. — *Ibid.* λίχνον recte Gronov. & Ernest. cum Suida. λεῖχνον. Valef.

Verf. 3. τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ Διονυσίου τοῦ τυράννου. Verf. 3. *Eodem modo de Dionyfio tyranno:* id eft, *pari modo, quod ad Dionyfium tyrannum adtinet, rem fe habere ait Timæus,* fcil. ex fcriptis ejus ingenium & mores hominis perlucere. Nempe *Dionyfius, Siciliæ tyrannus,* ut Suidas docet, in Διονύσιος, & tragoedias comoediasque & *hiftoricos nonnullos libros* confcripferat. — *Ibid.* τὰς τῶν ὑφασμάτων ἰδιότητας. *Velorum bonitatem* interpretatus eft Valefius; *vela,* putamus, *aulæa* dicens. Monuit autem Salmafius, (loco modo laudato) ὑφάσματα hic non *vela*, fed *veftes* effe. Sic nimirum & aliàs accipitur illud vocab. & in Fragm. Polyb. hiftorico num. XLVII. apud Suidam in Ἀκόλουθον. Sed rectius fortaffe hoc loco latiori notione *omne textilium genus, veftes, aulæa, tapetes,* intelligemus.

Verf. 4. ἀνάγκη τὴν ἀκόλουθον ποιεῖσθαι διάληψιν. — Verf. 4. „Deeffe hic quidpiam nemo non videt. Nos ita fumus interpretati, quafi legeretur: ἀνάγκη τοίνυν περὶ Τιμαίου τὴν ἀκόλουθον & cetera." VALESIVS. — Sed, aliud quid præterea deeffe, indicat particula καὶ ante δυσαρεῖσθαι. Quid vero fit omnino, quod interciderit, ex fequentibus intelligitur. A Polybii fententia prorfus aberraffe utique Reifkius videtur, cum ad τὸν αὐτὸν τρόπον intellexit ἀποφαίνεται Τίμαιος, & pro δυσαρεστ. κατὰ τὴν προαιρ. legendum cenfuit δυσαρεστεῖσθαι καὶ τούτου τὴν προαίρεσιν.

Verf. 5. μύθων ἀπιθάνων. Sic recte Suidas in Δεισιδαιμονία, quod jam Valefius adnotaverat. Eodem pertinet, quod Γραοσυλλέκτριαν, id eft, *anum collectricem,* cognominatum fuiffe Suidas docet, διὰ τὸ τὰ τυχόντα ἀναγράφειν. Verf. 5.

Verf.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. καθάπερ εἰς τὸν παρόντα τρόπον τινὰ μὴ παρεῖναι. Sic vera eſt hæc ſcriptura, erit ad τὸν παρόντα nomen τόπον intelligendum, cujus nominis ellipſin, quam maxime frequentatam in græco ſermone, magno exemplorum numero illuſtravit Lambertus Boſius. Quod ſi id minus placuerit, nulla alia emendatione, niſi ut τρόπον in τόπον mutemus, (in quibus confundendis vocabulis ſæpiſſime peccarunt librarii) opus eſſe putamus. Attigit hunc Polybii locum Wetſtenius ad Matth. 13, 13. & cum aliis aliorum in eamdem ſententiam dictis contulit. Quod ibi Wetſtenius εἰς τόπον παρόντας τρόπον τινὰ ſcripſit, id ex parte Salmaſio debuit, qui tamen non παρόντας, ſed παρόντα voluerat. (vide Adnot. ad verſ. 1.)

Ibid. ἐκ τῶν εἰρημένων γε νῦν καὶ τῶν Τιμαίῳ συμβεβηκότων. Reiſkius corrigere juſſit ἐκ τῶν εἰρημένων τε νῦν καὶ τῷ Τιμαίῳ συμβεβηκότων. Probamus τε pro γε, τῶν cum τῷ commutatum nolimus.

Cap. XXV.

CAPVT XXV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Περὶ μὲν τοῦ ταύρου &c. — „Indicat hoc [initium,] aliquid hic loci deeſſe. Sententia poſtulat ὅτι Φήμης ἐπικρατούσης: aut aliàs περὶ erit delendum, nam cohæret hoc cum ὅμως ἐπεβάλετο. [verſ. 4.] Videtur ergo in ipſo Polybii libro, unde excerptor temere & ſupine illa evellit, ſic fuiſſe: Εἰ διαδοθείσης vel ἐπικρατούσης κοινῆς Φήμης περὶ τοῦ ταύρου &c. Neceſſe eſt, ut εἰ præceſſerit: ſequitur enim in apodoſi, [verſ. 5.] Κατὰ τοῦ Τιμαίου τί δή ποτε δεῖ λέγειν. *Si, fama de tauro obtinente æneo, — tamen auſus eſt Timæus repugnare, — quo nomine aut quo convitio eum oportet afficere?*" REISKIVS. — Nobis ſatis videtur, verba illa περὶ τοῦ ταύρου ſimpliciter intelligere, *taurum illum quod adtinet*, ſive verbotenus, *de tauro illo*, referreque illa ad ea, quæ verſ. 4. ſequuntur, ὅμως ἐπεβάλετο &c. Ceteris motibus, quos ciet vir doctus, nil opus videtur.

Verſ.

Verſ. 2. παροπτώμενον, cum ω longa ſcribendum, ab ὀπτᾶσθαι, recte Reiſkius monuit. Verſ. 2.

Verſ. 3. περὶ τὰς συνωμίας. Ediderat quidem e codice Peireſciano Valeſius συνομοσίας, quod & tenuerunt ſequentes editores. In Notis autem ſic monuit idem VALESIVS: „Legendum eſſe putavi συνωμίας, quod eſt *interſcaplia.* [Idque in verſione jam poſuerat.] Porro de hoc tauro Agrigentino differit & Diodorus lib. XIII. biblioth. [cap. 90.] ubi Timæum ipſo eventu poſtea convictum eſſe prodit. Nam Scipio Africanus multis poſt annis capta Carthagine illum eumdem taurum reſtituit Agrigentinis, cujus rei teſtis eſt Cicero in Verrem de ſignis.“ Hæc Valeſius. Vide Cic. in Verr. lib. IV. c. 33. Adde Excerpt. Valeſ. ex Diodor. p. 345. T. II. p. 591. ed. Weſſel. Conferenda vero cum hac Polybii diſputatione, quæ ad defendendum quodammodo Timæum ex Pindari Scholiaſte Weſſelingius protulit ad Diodor. XIII. 90. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἐπεβάλετο pro vulgato ἐπέβαλε legendum monuit Reiſkius; idque conſtans Polybii uſus utique poſcebat. Verſ. 4.

Verſ. 5. Καὶ πολλοὺς δέ τινας εἰς τοῦτο τὸ μέρος διατέθειται λόγους. — „Malim πολλούς γε τινάς. Hæc autem verba dubitari poteſt an Polybii ſint, an potius breviatoris.“ VALESIVS. — Ita autem interpretatus hunc locum eſt idem Valeſius, (cujus etiam verſionem hic tenuimus) tamquam verba illa, καὶ πολλοὺς uſque λόγους, epitomatoris eſſent, qui *Polybium* dixerit *multa verba hoc loco in Timæum feciſſe*, ſed ſubito mutaverit ſermonem, & ipſius Polybii verbis rurſus uſus ſit, quæ rhetoricam quamdam figuram contineant hujuſmodi, ut, quum videatur dicere voluiſſe, κατὰ τῆς Τιμαίου π ρ ο α ι ρ έ σ ε ω ς vel ἀ π ο φ ά σ ε ω ς aut aliquid ſimile, ſubito ſe inhibeat, taceatque nomen, & pro eo exclamet τί ποτε δεῖ λέγειν ὄνομα, id eſt, *qualenam nomen dabimus hujuſmodi audaciæ?* Omnino turbatam hoc loco nonnihil eſſe orationem, ſatis adparet: & defectam eſſe, utique ſuſpicari licet. Sed quid Verſ. 5.

Verf. 5. potiffimum fcripferit Polybius, aut etiam Epitomator, abfque meliorum codicum fubfidio quis definiet? — REISKIVS, ad κατὰ τῆς Τιμαίου intelligi poffe, ait, συγγραφῆς. Sed præftare putat, ut ante dixerat, κατὰ τοῦ Τιμαίου legi, & ab his verbis apodofin periodi incipi.

Ibid. πάντα γὰρ τὰ πικρότατα &c. — „Forte τὰ πικρότατα τῶν ὀνειδῶν, οἷς ἐκεῖνος. Nunc certe melius nil fuccurrit." REISKIVS. — Immo, nil melius, quam quod confentiente codice editum eft. Orationis feriem mentemque fic cape: Τὸ γὰρ γένος (fcil. ἐκείνου, *Timæi ratio, inftitutum quo ille ufus eft*) πάντα ἐπιδέχεσθαί μοι δοκεῖ τὰ πικρότατα (nempe ὀνόματα,) οἷς ἐκεῖνος κέχρηται κατὰ τῶν πλησίον.

Verf. 8. *Verf.* 8. Ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον Τίμαιον εἰρηκέναι τις ἂν πιστεύσαιεν. A Polybii mente atque confilio aberravit REISKIVS, fcribens: „Imo vero Τιμολέοντα. Non enim ibi Timæus loquitur, fed Timoleo." — Sane Timæum, qui ea Timoleontem dicentem fecit, non ipfum Timoleontem, imperitiæ accufat Polybius; fatis nimirum gnarus, quæ verba facientes imperatores & alios viros inducere foleant hiftorici, ea non tam eorum effe, quibus illa tribuuntur, quam fcriptorum, qui iftis orationum luminibus fuas diftinguere hiftorias ament. Quid fit vero potiffimum, quod in Timæo nunc reprehendit Polybius, dubitari poteft. Sed quidquid ftatuas, veremur, ne a minuta ac paulo iniquiore cavillatione fibi hoc loco non temperaverit Polybius. — VALESIVS: „In Timæi verbis, inquit, id nobis videtur reprehendiffe Polybius, quod *univerfum orbem terrarum, qui fub coelo eft*, (τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης) hac divifione orbis *in partes tres, Afiam fcilicet, & Africam, & Europam*, comprehendi putavit; cum tamen ea divifio τῆς οἰκουμένης tantum fuerit, id eft, *orbis cogniti*, tefte Strabone ac Mela & Gemino, atque ipfo etiam Polybio in lib. III. [c. 37.] Sed is non unius Timæi error fuit, fed multorum veterum, atque inter hos, quod mirere, Plinii. Sic enim is fcribit: [lib. III. ineunte] *Terrarum*

rarum orbis universus in tres dividitur partes. Excusari tamen uterque potest, si dicamus, eos ex more vulgi esse locutos, λαοδογματικῶς, ut de Eratosthene ajebat Polybius." — Nempe Polybius apud Strab. lib. VII. p. 317. Vide Reliquias historiar. Polybii lib. XXXIV. 5, 14. Vocabulum κόσμος, ut hic, pro *coelo* usurpatum vidimus IX. 15, 6 & 12. Vers. 8.

Ibid. τὸν λεγόμενον Μαργίτην ἐκεῖνον. *Margiten illum*, poëmate celebratum, quod Homero auctori tribuerunt; cujus nomen, quia hebetissimum stupidissimumque finxerat poëta, in proverbium etiam abiit pro imperito fatuoque homine.

CAPUT XXVI. Cap. XXVI.

„Quamquam Fragmentum hoc, *de præstantia & commodis Pacis, & belli diritate*, pædagogicum sapit ingenium, est tamen Polybio non indignum, qui non raro modis ludimagistro dignis loquitur." REISKIUS. — Nos vero non piget, eum audire ludimagistrum, qui istas in Pacis laudem sententiolas collegit. Nec vero is esse Polybius videtur, sed alius auctor, e quo (nescimus qua occasione, quove consilio) hæc, quæ hoc capite continentur, citavit Polybius. Argumentum.

Vers. 1. τὸν ὄρθρον, adverbialiter pro περὶ τὸν ὄρθρον. Una voce aliâs ὄρθριον, *mane*. Mendose τὸν ὄρθον codd. Reg. F. G. Vers. 1.

Vers. 2. τὸν μὲν Ὀλυμπίων ἀγῶνα. Sic correxit Casaub. τῶν μὲν Ὀλ. ἀγ. ed. 1. Aug. Reg. F. G. Hinc Reiskius τῶν μὲν Ὀλυμπίων τὸν ἀγῶνα maluit, aut τὸν μὲν Ὀλύμπιον ἀγῶνα. — *Ibid.* καὶ τὴν ἐκεχειρίαν. Mireris, Ernesto quid accederit, aut quid tandem spectarit vir doctissimus, cum pro voce ἐκεχειρία h. l. suspicari se ait legendum ἐπίχειρα, *supellex*, aut ἐπιχείρια. Interpretati sumus *belli ferias*, id est *cessationem a bello*, quæ est usitatissima illius vocabuli significatio; & contuleramus cum eis quæ de eodem Hercule, Olympicos ludos instituente, Diodor. Vers. 2.

Verf. 2. IV. 14. ait: ἀπὸ γὰρ τῶν πολέμων τραπέντος αὐτοῦ πρὸς ἀνέσεις τε καὶ πανηγύρεις, ἔτι δὲ ἑορτὰς καὶ ἀγῶνας &c. Cum quo convenit, quod apud Suidam ἐκεχειρία per idem vocabulum ἄνεσις exponitur, quo ibi ufus eft Diodorus. Sed nimirum, quum ab ἔχειν (id eft ἐπέχειν vel συνέχειν) τὰς χεῖρας derivatum illud nomen fit, generatim etiam *ceffationem ab opere & feftos dies* denotat, quam notionem vocabulo ifti adferuit Cafaub. ad Strabon. VIII. p. 343. provocans ad illa Paufaniæ verba V. 20. τὴν ἐκεχειρίαν τὴν ἐπὶ τοῖς Ὀλυμπίοις ἐπαγγέλλουσιν οἱ Ἠλεῖοι. Eademque ratione h. l. τὴν ἐπιχειρίαν *ejus fefti folennia* interpretatus eft. Ceterum apud Pollucem IV. 92. quem locum ibidem citavit Cafaubonus, & alibi apud eumdem Pollucem, ἐκεχειρίαν ἐπαγγέλλειν vel ἀπαγγέλλειν nil aliud eft, nifi *indicere inducias*.

Verf. 3. *Verf.* 3. Ἔχθιστος δέ μοι ἐσσί. Homer. Iliad. E.' verf. 890 fq.

Verf. 4. *Verf.* 4. Ἀφρήτωρ &c. Iliad. lib. IX. verf. 63 fq. — *Ibid.* ὀκρυόεντος. Sic Cafaub. cum Vrfino & codicibus Homericis. ὀκριόεντος ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vefont. putamus & alii codices Polybiani.

Verf. 5. *Verf.* 5. Ὁμογνωμονεῖν. Mendofe ὁμογνωμονεῖ Reg. F. G. Vefont. — *Ibid.* Εἰρήνα βαθύπλουτε &c. Continuis lineis hæc fcripta funt in codd. Ex Euripidis Crefphonte ductos verfus docet Stobæus, Serm. LIII. initio, qui paulo etiam auctiores dedit. Vide Fragm. Euripid. p. 476. edit. Barnef. p. 557. ed. Mufgrav. T. III. — *Ibid.* πρὶν ὑπερβάλῃ με γῆρας. πρὶν πόνοις ὑπερβάλῃ με γῆρας Stobæus.

Verf. 6. *Verf.* 6. εἶναί φησι. εἶναί φασι ed. 1. invitis msstis. — *Ibid.* ὑγιείᾳ Cafaub. cum Aug. ὑγίᾳ ed. 1. Reg. F. Vef. ὑγείᾳ Reg. G. — *Ibid.* ἐν ᾗ μὲν γὰρ καὶ τοὺς κάμνοντας ἀναλαμβάνειν. ἀναλαμβάνειν perfpecte Cafaubonus cum Vrfino pofuit pro ἅμα λαμβάνειν, quod erat in ed. 1. & msstis. ἐν ᾗ μὲν γὰρ ejufdem Cafauboni debetur ingenio. τὴν μὲν γὰρ ed. 1. cum codd. omnibus, quod teneri debuiffe videtur; nam verbum ἀναλαμβάνειν active pariter ufurpa-

usurpatur pro *vires reddere*, *recreare*, atque neutraliter pro *recipere vires*. — *Ibid.* ἀπόλυσθαι. Mendose ἀπόλυσθαι ed. 1. Reg. G. Vesonr. ἀπόλεισθαι Reg. F. Vers. 6.

Vers. 7. τοὺς πρεσβυτέρους ὑπὸ τῶν νέων θάπτεσθαι &c. In eamdem sententiam Croesus apud Herodot. I. 87. Ἐν μὲν γὰρ τῇ εἰρήνῃ οἱ παῖδες τοὺς πατέρας θάπτουσι. ἐν δὲ τῷ πολέμῳ οἱ πατέρες τοὺς παῖδας. Vers. 7.

Vers. 8. ὅρων. Perperam ὁρῶν ed. 1. cum msstis. Vers. 8.

CAPVT XXVII.

Cap. XXVII.

Vers. 1. ἀληθινωτέρας. ἀληθινοτέρας Aug. Reg. F. G. Vesont. — *Ibid.* κατὰ τὸν Ἡράκλειτον. Confer IV. 40, 3. Adde Sext. Empir. VII. adv. Math. sect. 126. & ibi Fabric. Aliud est illud Horatii, Art. Poët. 180. Vers. 1.

Segnius irritant animos demissa per aurem;

sed quum addit,

quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, —

videntur *fideles oculi* utique ad Heracliteum hoc dictum, Polybio laudatum referri.

Vers. 2. ἦτ]ω δὲ τῶν ὀδῶν ὥρμησε. Perspectissime ὀδῶν correxit Casaub. Corrupte τῶν ὤτων ed. 1. & Med. Sic & Vrsini codex dedisse videtur; itaque Vrsinus excidisse participium προαιρούμενος suspicatus erat. Videri vero poterat, etiam absque hoc verbo ferri ὤτων posse, intelligendo τὴν τῶν ὤτων ὁδὸν ὥρμησε, vocabulo ὁδὸν per usitatam satis ellipsin omisso: at repugnat id quod sequitur, ubi explicat Polybius id quod his verbis dixerat, tamquam non satis aperte dictum, & diserte rursus τὴν ἀκοὴν opponit τῇ ὁράσει, quod minime facturus erat, si hoc loco τῶν ὤτων scripsisset. Veræ lectionis vestigia ceteri codices Vrb. Aug. Reg. F. G. Vesont. indicabant, qui τῶν ὅλων habent, literis Δ & Λ frequenti librariorum errore inter se permutatis. Vers. 2.

Vers. 3. τῶν μὲν γὰρ διὰ τῆς ὁράσεως εἰς τέλος ἀπέστη, τῶν δὲ διὰ τῆς ἀκοῆς ἀντεποιήσατο. Sic vera est hæc scriptura, in quam quidem libri consentiunt omnes, Vers. 3.

 intel-

Verf. 3. intelligere oportebit τῶν μὲν πολυπραγμονευομένων (vel πολυπραγμονεύεσθαι δυναμένων) διὰ τῆς ὁράσεως, & fic deinde. Sed quia id durius videri debet, lubentes adfentimur Reifkio, τῆς μὲν, & τῆς δὲ (fcil. ὁδοῦ) fcripfiffe Polybium: at nempe, poftquam ὁδῶν in ὅλων erat corruptum, nefciebant librarii quo referretur τῆς, illudque in τῶν temere mutarunt.

Ibid. καὶ ταύτης μὲν οὔσης &c. Cum ex Cafauboni ingenio ita vulgo editum legeretur: καὶ ταύτης δὲ οὔσης διττῶς, τοῦ μὲν διὰ τῶν ὑπομνημάτων, τοῦ δὲ δι' ἀνακρίσεως. περὶ μὲν τὰς ἀνακρίσεις ῥαθύμως ἀνεστράφη, καθάπερ ἐν τοῖς &c. — ad hæc fic REISKIVS commentatus eft: — „Vulgata bene non habet, quod conftructio ipfa [nempe ταύτης οὔσης διττῶς, pro quo oportebat faltem διττῆς; tunc rurfus τοῦ μὲν, & τοῦ δὲ] fatis monftrat. Sed neque Herwag. & Aug. lectio multum nos juvat, quæ hæc eft: καὶ ταύτης μὲν οὔσης τινὸς τοῦ μὲν διὰ τῶν ὑπομνημάτων, τοῦ δὲ περὶ τὰς ἀνακρίσεις ῥαθύμως ἀπεστράφη. [In quam fcripturam cum ed. 1. confentiunt codices omnes.] Quantum colligere poffumus e veftigiis literarum, Polyb. fufpicamur fic fere dediffe: καὶ ταύτης αὖ διμεροῦς οὔσης τινὸς, τοῦ μὲν δι' ὑπομνημάτων μέρους ἀνθήψατο, τοῦ δὲ περὶ τὰς ἀνακρίσεις ῥαθύμως ἀπεστράφη. *Cum rurfus auditio fit quafi bimembris; alterum ejus membrum attigit Timæus, illud, quod commentariorum verfatione continetur; alterum, quod verfatur in inveftigatione & percunctatione hominum peritorum, qua fuit levitate animi, flagitiofe plane devitavit.*" — Quidquid ftatuas, fententia quidem ex ipfa depravata & mutilata codicum fcriptura, vel fic etiam, fatis adparet. In reftituendis verbis non videtur tantis ambagibus effe opus, quantis Reifkius ufus eft. Poft ταύτης μὲν οὔσης nihil fortaffe deeft, fed hoc ipfum, quod dant libri, corruptum fortaffe ex ταύτης δὲ ὄντος, librariorum temeritate, qui, non videntes ad quid referretur hoc ὄντος, in οὔσης mutarunt, ut cum ταύτης conveniret. Ac fortaffe eidem cauffæ originem debet pronomen τινὸς, ut fcilicet libra-

librarius, nesciens quid sibi vellet *ὄντος*, in ora sui libri adscripserit, *τίνος*? quærens nempe, *τίνος ὄντος*? *cujus ὄντος*? id est, quærens, ad quid referatur illud verbum *ὄντος*, & quid sit illud *ὂν* de quo agitur. Vide igitur, an sic scripsisse Polybius censendus sit: *καὶ τῆς μὲν* (scil. *ἀκοῆς*, vel, quod perinde fuerit, *τῆς ὁδοῦ τῆς διὰ τῆς ἀκοῆς*; sed præstabit, simpliciter intelligere *τῆς μὲν ἀκοῆς*) *ὄντος τοῦ μὲν διὰ τῶν ὑπομνημάτων, τοῦ δὲ δι' ἀνακρίσεως*. Sic nempe ad *ὄντος τοῦ μὲν*, & *τοῦ δὲ*, per usitatissimam ellipsin intelligetur nomen *μέρους*, ut hæc sit sententia, & *quum auditio partim fiat per commentarios, partim vero per inquisitionem* vel *per percunctationem*, scil. ex eis hominibus qui norunt, qui rebus ipsis interfuerunt. Sic fere intellexisse hunc locum Scaliger videtur, qui *οὔσης* in *ὄντος* mutavit in ora sui libri, ceterum vero reliquit *τινὸς* & in sequentibus nihil supplevit neque mutavit, nisi quod *ἐπεστράφη* pro *ἀπεστράφη* scripsit. Nos vero pronomen *τίνος* ex ea occasione, quam paulo ante declaravimus, ortum suspicamur: & in codicum scriptura inter *τοῦ δὲ* & *περὶ τὰς ἀνακρίσεις*, utique intercidisse non nihil arbitramur, commode a Casaubono suppletum. Ac fortasse alia etiam præterea verba fuerant supplenda, ut integra oratio hujusmodi olim fuisse statuatur: *Καὶ ταύτης μὲν ὄντος τοῦ μὲν διὰ τῶν ὑπομνημάτων, τοῦ δὲ δι' ἀνακρίσεως*, (vel *ἀνακρίσεων*,) *τὸ μὲν πρῶτον* vel *τὸ μὲν διὰ τῶν ὑπομνημάτων προείλετο*, (vel *τοῦ μὲν πρώτου ἀντείχετο*, aut aliquod aliud in hanc sententiam verbum) *περὶ δὲ τὰς ἀνακρίσεις ῥᾳθύμως ἀνεστράφη*. Placet enim *ἀνεστράφη*, quod Casaubono debetur & amat hoc verbum Polybius, commodissimeque dictum videtur *ῥᾳθύμως ἀναστρέφεσθαι περί τι*, *negligenter in aliqua re versari*. Si *ἀπεστράφη* teneas, non, ut Reiskius fecit, *τοῦ δὲ περὶ τὰς ἀνακρ.* erit supplendum, sed *τὸ δὲ περὶ*; nam cum quarto casu, non cum secundo, construitur illud verbum. De vocabulo *ἀκοὴ* non opus est ut moneamus, ex Græcorum usu illud tam ad librorum *lectionem*, quam ad narrationum *auditionem* pertinere; eadem ratio- Verf. 3.

ne, qua *lectores* suorum commentariorum persæpe τοὺς ἀκούοντας dicit Polybius.

Vers. 4. *Vers.* 4. αὐτὸ τοῦτο ex msstis nostris Aug. Regiis & Vesont. restituimus. Perperam αὐτῷ τοῦτο edd. — *Ibid.* λαβεῖν ἢ πόλιν, ἔχουσαν ὑπομνημάτων πλῆθος &c. Conferre juvabit quæ in eamdem sententiam Plutarchus ait in Vita Demosth. haud procul initio, laudata ad h. l. a Casaubono in ora Basil. Athenis scripsisse Timæum, infra monebimus, ad cap. 28, 6.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἡ δὲ πολυπραγμοσύνη. Præclare sic emendavit Casaub. Voces ἡ δὲ, cum præcedente puncto, ignorant cum ed. 1. scripti libri omnes. Tum & πολυπραγμοσύνης in genitivo habent ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vesont. πολυπραγμοσύνη vero in primo casu Aug. & Vrsin. — *Ibid.* ταλαιπωρίας. ταλαιπωρείας ed. 1. Reg. F. G. Vesont. — *Ibid.* συμβάλλεται. — „Cui rei? forte τῇ ἱστοριογραφίᾳ, quod deesse videtur." REISKIVS. — Imo facile eo vocabulo caremus.

Vers. 7. *Vers.* 7. πραγματευομένων. — „Forte πραγματευσαμένων aut πεπραγματευμένων." REISK. — Sed jam persæpe, quod præsentis temporis dici solet participium, notione præteriti usurpatum vidimus. — *Ibid.* αὐτοὺς παρεῖναι. — „subaudi τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἀναγινώσκοντας τὰς ἱστορίας." REISKIVS. — Immo vero τοὺς πραγματευομένους, vel τοὺς γράφοντας, quod perspecte in latinis expressit Casaubonus.

Vers. 9. *Vers.* 9. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον. δὲ caret ed. 1. contra msstorum fidem.

Vers. 10. *Vers.* 10. Ἄνδρα μοι ἔννεπε. Odyss. lib. I. initio.

Vers. 11. *Vers.* 11. ὃν κατὰ θυμόν. ὃν perperam deest Aug. Reg. F. G. Vesont. — *Ibid.* Ἀνδρῶν τε πολέμους &c. Odyss. VIII. 183. & Iliad. XXIV. 8. πτολέμους desiderat metri ratio, quod & habent codd. Homerici.

Cap. XXVIII.

CAPVT XXVIII.

Vers. 4. *Vers.* 4. ἀπερισπάστως παράσχωνται &c. Mendosam esse h. l. & defectam librorum scripturam, nemo non judicabit.

dicabit. Nos vero in Casauboni emendatione, articulum τὰ inserentis, adquiescimus, dum melius & commodius aliquid adferatur. Sane non satis facit REISKIVS, sic scribens: „Videntur h. l. pauca quædam deesse. Interim suspicor, sic ferme sententiam tolerabilem effici posse hac lectione: ἀπερισπάστους (vel ἀπερισπαστίαν) παρασχόντων πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῶν κατὰ τὸν βίον." — Sententia quidem horum verborum, a Reiskio propositorum, non incommoda: *nimirum si cetera vitæ negotia eis ad hanc partem otium præbeant.* Vers. 4.

Vers. 5. ἡγήσωνται correxit Casaub. Perperam ἡγήσονται ed. 1. cum msstis. Paulo ante, in παράσχωνται consentiebant omnes, excepto Reg. G. qui παράσχονται dabat. Vers. 5.

Vers. 6. ὁ Τίμαιος. Articulus h. l. deest uni Aug. — *Ibid.* καταβιώσας ἐν ἑνὶ τόπῳ ξενιτεύων. *Vno in loco hospes & peregrinus vitam degens.* Nempe ab Agathocle (ut docet Diodor. lib. XXI. T. II. ed. Wessel. p. 560.) in exsilium pulsus Timæus, Tauromenites Siculus, Athenis historias suas conscripsit, referente Plutarcho de Exsilio p. 605. ed. Wechel. — *Ibid.* καὶ τὴν ἐνεργητικήν. — „Vtile erit meminisse, in τὴν ἐνεργητικὴν subaudiri e sequentibus αὐτοπάθειαν, *usum rerum suo marte partum,* experientiam in suo corpore, tam illam, quæ exsistit ex administratione reipublicæ, [bello & pace,] quam quæ ex itineribus in regiones dissitas susceptis, & inspectione rerum visu dignarum." REISKIVS. — *Ibid.* τὴν περὶ τὰς πρ. recte Casaub. pro mendoso τῆς. Vers. 6.

Ibid. οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκφέρεται δόξαν, ὡς ἕλκων τὴν τοῦ συγγραφέως προστασίαν. *Nescio quo pacto famam obtinuit, quasi gravis & præstantis historici nomine dignus.* A *pondere* ducta locutio: proprie, *quasi pondere æquans dignitatem historici.* Si in una lance ponas eas qualitates eaque merita quæ efficiunt dignitatem historici, in altera Timæum; opinio vulgi est, Timæi qualitates atque merita illis paria esse, eaque suo pondere exæquare,

Verſ. 6. Similis illa dictio, VIII. 21, 2. ἕλκων τὸ τῆς πράξεως στάσιμον, *pondere ſuo exæquat* (id eſt, *habet; omnia momenta ſi expendas, videbis eum habere) eam conſtantiam quæ ad rem peragendam requiritur.* Adſentientur, putamus, nobis omnes, immerito ſolicitatum hunc locum eſſe a REISKIO, qui miras hic turbas ciens, — „Forte, ait, ὡς εἰς ταπεινότητα καθέλκων τὴν τοῦ συγγρ. προστ. *Neſcio quomodo* (h. e. pæne, propemodum) *affert* (ſeu de ſe facit vel movet) *opinionem hanc, ut videatur in humilem locum & contemtum deducere majeſtatem hiſtorici, & lucem ejus obſcuritate ſcriptoris umbratici contaminare.* Vel etiam ἐλαττῶν, *minuens, deterens.*" — Quæ omnia ſicut a verbis, in quæ conſentiunt libri, ſic & a mente & ſententia auctoris, quam ipſa diſputationis connexio ſatis declarat, alieniſſima videntur.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Καὶ διότι τὸ τῆς ἱστορίας τοιοῦτόν ἐστιν. Vere nobis ad hæc monuiſſe REISKIVS videtur, ſine incommodo abeſſe poſſe illa verba τὸ τῆς ἱστορίας, ſubaudiri enim poſſe ὃ λέγω, *quod dico, id ita ſe habere.* Quare deletum velimus adſumentum, quod invitis omnibus libris obtruſum Polybio eſt. Neque ullo modo opus fuerit, ut cum Vrſino καὶ διότι τοιοῦτός ἐστι corrigamus.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἐκ τῆς βίβλου correxit Caſaub. cum Vrſin. ἐκ τῆς ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* τὸ τῶν ἐπιδεικτικῶν λόγων γένος, *genus orationis ad oſtentationem comparatum.* conf. XVI. 18, 2. & Quinctilian. Inſtit. Orat. II. 10, 12. III. 4, 13 ſeq. — *Ibid.* ταύτας δὲ τὰς δόξας πρότερον μὲν Ἐφόρῳ φησὶ προσπεσεῖν. Caſaubonus: *jam olim, qui ita ſentiebant, negotium Ephoro faceſſiiſſe.* Immo, hanc ſententiam jam olim *occurriſſe, oppoſitam, objectam fuiſſe Ephoro.*

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XIII.

RELIQVIAS.

Lib. XIII. Cap. I.

CAPVT I.

Verſ. 1. Οἱ Αἰτωλοὶ &c. Articulum ex conject. adjecimus, cum vulgo abeſſet. Nempe ab his verbis, Ὅτι Αἰτωλοὶ, vulgo incipit hæc Ecloga, pro conſtanti more illorum hominum, qui Conſtantini imperatoris juſſu Eclogas ex græcis hiſtoricis fecerunt, omnes Eclogas a particula Ὅτι incipiendi. Intelligebant nempe, *ἰστέον ὅτι*, vel *Φησὶν ὁ συγγραφεὺς ὅτι*. Ceterum ad hanc Eclogam monuit VALESIVS: „Hunc Polybii locum refert Athenæus lib. XII. [c. 6. p. 527.] *Περὶ δὲ Αἰτωλῶν Πολύβιος μὲν ἐν τῇ ιγ.' τῶν ἱστοριῶν Φησιν, ὡς διὰ τὴν τῶν πολέμων συνέχειαν καὶ τὴν τῶν βίων πολυτέλειαν κατάχρεοι ἐγένοντο.* Ex quo patet, recte hoc caput libro XIII. adſignatum eſſe ex Athenæi auctoritate.“ — Quæ hic narrantur, facta ſunt poſt pacem inter Aetolos & Philippum A. V. 549. concluſam, de qua vide Livium XXIX. 2. Vnde intelligitur, ad A. V. 550. has res eſſe referendas. Semper eo malo, quod hic deſcribitur, laborarunt Aetoli, ex rapto vivere jam pridem adſueti. conf. Polyb. IV. 3 & 16. De *luxu Aetolorum*, teſtimonio Polybii aliud ex Agatharchide jungit Athenæus loc. cit. De eorumdem *ære alieno* Diodor. Excerpt. Legat. 15. T. II. p. 623. ed. Weſſel.

Verſ.

Verf. 3. *Verf.* 3. In fine hujus verfus, in græcis quidem, *verba nonnulla a nobis per errorem prætermiſſa* ſunt, quæ cum codice mssto ſuperiores omnes exhibent editiones. Scribe ἐνδεδεμένους εἰς πολλὰ τῶν βιωτικῶν συναλλαγμάτων. Sunt autem βιωτικὰ συναλλάγματα *contractus ad rem familiarem pertinentes, contractus pecuniarii.* Conf. ad VI. 17, 7. & IX. 17, 6. Minus accurate, certe minus perſpicue, Valeſius: *multis delictorum nominibus implicitos.*

Cap. II.

CAPVT II.

Verf. 1. *Verf.* 1. Σκόπας, ὁ Αἰτωλῶν στρατηγὸς &c. Ex eclogis de Virt. & Vitiis caput hoc in Lexicon ſuum retulit Suidas in Σκόπας. *Scopam* prætorem electum Aetolorum jam A. V. 534. vidimus, lib. IV. c. 27. Quaenam vero ſit ἀρχὴ, qua nunc *fruſtratus* dicitur, (ἀποτυχὼν τῆς ἀρχῆς) cujus cauſa legum ſcribendarum munus ſibi ut demandaretur curaverat; ſit ne *prætura*, an aliud genus *principatus*, aut novus quidam *magiſtratus*, ad quem ſe evectum iri ſperaverat, non liquet. Corrupta quidem ſunt verba, ſed notanda tamen, quæ Suidas habet in Δεκαμνεῖος, ex hoc Polybii loco deſumta: Σκόπας· Αἰτωλῶν στρατηγός· ὃς ἀποτυχὼν τῆς στρατείας, νόμους ἔγραφε.

Ibid. μετέωρος ἦν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Haud incommode Valeſius: *Alexandriam ſpes ſuas direxit.* Erneſtus: *cogitabat Alexandriam petere.* Μετέωρος eſt *elatus, ſublimis, altus;* tum, ad animum tranſlata notione, aliâs *animo ſuſpenſus* atque *fluctuans*, aliâs *ſpe excitatus, exſpectatione erectus, ſpes novas alens, res novas moliens.* Tum μετέωρος εἴς τι vel πρός τι, ex Suidæ interpretatione, ὁ ἤδη πρὸς πρᾶξίν τινα ηὐτρεπισμένος, *ad aliquid faciendum jam paratus;* nempe *cum cupiditate aliqua, & ſpe atque inquieta exſpectatione.* Reiſkio poſt Ἀλεξάνδρειαν viſum erat deſiderari verbum ἀπαίρειν. Sed nihil eo opus. Pari modo III. 78, 5. σπεύδοντας καὶ μετεώρους ὄντας εἰς τὴν πολεμίαν. *cupidi & proximam quamque occaſionem exſpectantes, in hoſticum impetum faciendi.*

Verf.

Verf. 2. ταῖς ἐκεῖθεν. Sic recte edidit Valefius, ignorans particulam γὰρ, quam, a Gronovio infertam, tenuit Erneftus. — *Ibid.* τὰ λείποντα τοῦ βίου. — „Legendum cenfeo τὰ ἐλλείποντα." VALESIVS. — „τὰ λείποντα bene habet, idemque fignificat atque τὰ ἐλλείποντα, quod mavult Valefius fine neceffitate. Vide ad p. 426, 28." REISKIVS. — Locus, ad quem provocat Reifkius, eft IV. 38, 9. ubi monuerat, pro τὸ δὲ λεῖπον, in quod ibi codices confentiunt, facile effe τὸ δ' ἐλλεῖπον reponere: fed λείπειν fæpe idem valere atque ἐλλείπειν, velut IV. 63, 5. XXV. 7, 2. & h. l. Sic & apud Demofthenem, ait, λείπειν τὸν ἔρανον vel τὴν εἰσφορὰν dici, pro ἐλλείπειν κατὰ ταῦτα, id eft, *deficere in his dependendis.* Verf. 2.

Verf. 3. πρὸς ταῖς ἐκ τῶν ὑπαίθρων ὠφελείαις. ὑπαίθρων recte fuafit Valefius. Tria verba ἐκ τῶν ὑπαίθρων prætermifit Suidas. Quod vero τὰς ἐκ τῶν ὑπαίθρων ὠφελείας *commoda atque emolumenta militiæ* interpretatus Valefius eft, haud male id quidem, fed haud fatis definite. Nempe *militiæ emolumenta* Polybius dicere folet *prædam ex hostibus captam.* vide I. 20, 1. II. 3, 8. II. 8, 8. Cæterum quo tempore in Aegyptum profectus fit Scopas, haud compertum habemus: de rebus ab eo in Coelefyria A. V. 555. geftis, cum copiis Ptolemæi Epiphanis effet præfectus, fupereft nonnihil in Reliquiis libri XVI. cap. 39. Verf. 3.

Ibid. δεκαμναῖον, — „Senis igitur quibufque diebus fingula talenta tulit: annua ergo talenta pæne fexagena. Quam immenfa & incredibilis auri copia in unum hominem peregrinum collecta!" REISKIVS. — δεκαμναῖον Valefius edidit, ex msto codice, ut putamus. Sic vero etiam Vrfinus & Cafaubonus in Polybii fragmentis ex Suida collectis. At δεκαμναιαῖον habet Suidas, ad hanc ipfam vocem, & in voce Σκόπας, cum in vetere editione Mediolanenfi, tum in Küfteriana; ut plane nefciamus, quo pacto H. Stephanus (in Indice Thefauri, voc. Μνᾶ) dicere potuerit, apud Suidam fua ferie fcriptum effe δεκαμναῖον, quod calculo fuo probavit Stephanus.

Ibid.

Verſ. 3. *Ibid.* τοῖς δὲ ἐπί τινος ἡγεμονίας μετὰ ταῦτα τεταγμένοις. Valeſius: *ceteris in inferiori gradu conſtitutis.* Vtique vero aut μετὰ τοῦτον, cum Reiſkio, aut μετ' αὐτὸν ſcribendum videtur. Verba iſta præteriit Suidas in Δεκαμναιαῖος. In Σκόπας vero μετὰ ταῦτα habet.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀρκεσθεὶς τούτοις, ὡς τὸ πρότερον &c. Sic cum Caſaubono in Fragm. Polyb. corrigendum monuit Valeſius in Notis ad h. l. Quod ſi ἠρκεῖτο teneamus, erit deinde, ut Küſterus ad Suidam ſuaſit, ἀλλ' ὡς τὸ πρότ. legendum. — *Ibid.* προσκαρτερῶν τῷ πλείονι. Non capimus, quid REISKIVS voluerit, ſcribens: „Imo vero τῷ ἐλάττονι aut τῷ μείονι. *quia antea totam vitam toleraverat in re familiari multo anguſtiore.*" — Putamus ſcribere voluiſſe *qui antea,* ut exprimeret vulgatam lectionem ὡς τὸ πρότερον.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τὸ πνεῦμα προσαπέθηκε τῷ χρυσίῳ. Mendoſe vulgo προσέθηκε, & ſic etiam editio Mediol. Suidæ in Σκόπας; ſed προσαπέθηκε omnes edd. Suidæ in Δεκαμναιαῖος, & ſic cum Vrſino & Caſaub. corrigendum monuit Valeſius. De *Scopæ interitu* vide lib. XVIII. c. 36 ſqq. REISKIVS: „Forte προσεπαφῆκε, id eſt ἀφῆκε τὸ πνεῦμα ἐπὶ τῷ χρυσίῳ καὶ πρὸς αὐτῷ, *amiſit ſpiritum auri ergo, & una cum auro.*"

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Καθάπερ ἐπὶ τῶν ὑδροπικῶν &c. ὑδρωπικῶν ediderat Erneſtus, ſed ο breve cum ſuperioribus editionibus agnoſcunt codices omnes; & ſic etiam Suidas ſcribit, in hac ipſa voce Ὑδροπικός. Satis vero adparet, quod etiam Reiſkius monuit, cohærere hoc fragmentum, inter Excerpta Antiqua conſervatum, cum Eclogis Valeſianis, quas modo exhibuimus. Sed quum vulgo continua ſerie jungeretur hoc fragmentum cum eo quod ſequitur in eisdem Excerptis Antiquis, (Ἐγένετο περὶ τὴν τοιαύτην &c.) nos quidem perſpicue intelligere nobis viſi ſumus, nihil illud ad hoc pertinere, adeoque ab eodem ſeparavimus: in quo præeuntem habuimus Auguſtanum codicem, qui poſt διορθωσάμενοι tria puncta poſuit, (ſic ⁖) quo ſigno uti con-

consuevit scriba illius codicis ad indicandum finem unius Excerpti, & novi Excerpti initium. Mire vero in hujus Fragmenti, in quo nunc versamur, interpretatione halucinati sunt quotquot vidimus interpretes. Instar omnium, Casaubonum audiamus. Sic ille: *Quemadmodum aqua intercute laborantium cupiditatem nemo unquam sedaverit neque satiaverit liquoris externi admotione, nisi qui affecti corporis morbum prius sanaverit;* &c. Quasi vero hydropici homines præ ceteris constanti quadam & inexplebili siti laborarent! quod nec a medicis observatum meminimus, nec Polybium voluisse dicere certum habemus. At eamdem sententiam & recentiores vernaculi interpretes expresserunt, & vetus latinus interpres teutonicusque. Eademque ratione Ernestus in Lexico Polybiano *παράθεσιν ὑγρῶν copiam potus* interpretatus est; quo nihil potest esse ab auctoris mente alienius. Sicut *παράθεσις χορηγιῶν* est *collecta & in ærario deposita pecunia, adparatus pecuniæ;* & *παράθεσις σίτου, collectum & in horreis depositum frumentum, adparatus frumenti:* sic, ubi de homine hydropico agitur, manifestum est, *τὴν παράθεσιν τῶν ὑγρῶν* nihil aliud intelligi debere, nisi *aquæ intercutis copiam*, quam aquam ob hanc ipsam causam *τὰ ἔξωθεν ὑγρὰ* dicit Polybius, quia non in interiore corporis cavitate, sed *in exterioribus corporis partibus, inter cutem carnemque, colligitur atque deponitur.* Vers. 6.

Vers. 7. *τὴν πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμίαν.* Cogitaveramus, fortasse *πρὸς τὸ πλέον ἔχειν ἐπιθυμίαν.* Sed carere illo verbo possumus: simili ratione vers. 4. dixerat *προσκαρτερῶν τῷ πλείονι.* conf. XXII. 9, 15. Vers. 7.

Vers. 8. *Παρ' οἷς ἔφυ* &c. Ad ipsum initium Excerptorum ex libro XIII. adscriptam hanc sententiolam esse in ora codicis Vrbinatis, docuit Casaubonus. Ex quo etiam satis intelligitur, quod & idem Casaubonus opportune monuit, *Φυτὸν* illud *avaritiam* dici. Vers. 8.

CAPVT

CAPUT III.

Cap. III. Verf. 1. *Verf.* 1. Ἐγένετο περὶ τὴν τοιαύτην κακοπραγμοσύνην. &c. Facile intelligitur, de *dolo* illo agi, quo *in subornando adversus Rhodios Heraclide usus Philippus* est; de quo vide cap. 4 sq. Et de eadem re idem ipsum vocabulum κακοπραγμοσύνην usurpatum videmus cap. 5, 1. Per imperitiam amanuensis, qui primus ex opere Polybii integro Excerpta hæc, jussu cujus nescimus, descripsit, omissum erat *Philippi* nomen. Hinc deinde alius librarius pronomen τις ad ἐγένετο suo ex ingenio adjecit. Denique temere prorsus Casaubonus ἐγένοντό τινες edidit. De Fragmento, quod vulgo huic præmissum legitur, modo diximus ad cap. 2, 6.

Verf. 2. *Verf.* 2. Οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι. γὰρ codices agnoscunt omnes, in quibus rursus commemorare etiam Tubingensem possumus, in quo paulo ante finem libri XII. complura aliquot folia desiderantur. ἀρχαῖοι pro Ἀχαιοὶ esse scribendum, ipsi etiam Casaubono olim in mentem venerat, quod ex notatis ejus ad oram Basil. cognovimus; ubi etiam monuit, τοῖς ἀρχαίοις opponi id quod deinde scribit (verf. 6.) νῦν δὲ καὶ Φαύλου &c. Ac miramur sane, a tam præclara perspectaque emendandi ratione rursus recessisse doctissimum virum. Haud immerito quidem *Achæos* (ut in eadem ora Basil. ab eodem Casaub. ad h. l. notatum est) *fidissimam*, & *simplicem gentem* dicere Livius potuit: at nunc de Achæis non agebat Polybius, sed omnino de *antiqua veterum fide* & simplicitate; hinc rursus verf. 7. ait ἴχνος τῆς ἀρχαίας αἱρέσεως. Eumdem errorem librariorum notavimus correximusque XX. 12, 4.

Ibid. τῷ τοιούτῳ τρόπῳ. Si quis contendat, aut intelligi per ellipsin vocabulum τρόπῳ posse, aut ne cogitandum quidem de illo vocabulo esse, sed τῷ τοιούτῳ latine verti debere *ea re*, per satis usitatam ellipsin nominis πράγματος; non pertinaciter nos quidem huic refragabimur.

Verf. 3. *Verf.* 3. οὐδὲν οὔτε λαμπρὸν &c. Vocem οὐδὲν ignorant codices omnes cum ed. 1. Necessario vero ea requirebatur

batur ad sequens nomen τῶν κατορθωμάτων, & recte a Casaubono, præeunte Scaligero, adjecta est. — *Ibid.* οὐδὲ μήν. οὔτε μὴν requiri existimaverat Reiskius, quia modo præcessit οὔτε. Sed ista subtilitate non est opus. Vide Adnot. ad IV. 74, 8. — *Ibid.* ἡττήσῃ ταῖς ψυχαῖς. cf. III. 12, 5. Vers. 3.

Vers. 4. συνετίθεντο recte Casaub. cum Scalig. Mendose συνετίθετο ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* μήτε ἀδήλοις βέλεσι, μηδ' ἑκηβόλοις χρήσασθαι. Meminit Strabo lib. X. p. 448. pacti inter civitates Euboicas de pugnæ genere initi, & in columna consignati, in quo diserte cavebatur, μὴ χρῆσθαι ἑκηβόλοις, id est, *telis quæ eminus mittuntur non esse utendum.* Vers. 4.

Vers. 5. ἦ καὶ correxit Casaub. ἢ καὶ ed. 1. cum msstis. ἢ καὶ Ursin. — *Ibid.* πολέμους recte cum Ursino idem Casaub. πολεμίους ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* εἰς οὓς μέλλοιεν ἐξιέναι. εἰς, cum abesset ab ed. 1. & msstis, cum Ursino adjecit Casaubonus; rectissime, ut videtur: nam in ἐξιέναι consentiunt omnes. Quare non probamus REISKIUM, scribentem: „εἰς deest Herwag. & August. unde colligo, legendum esse τόπους, οὓς μέλλοιεν ἄξειν παραταξάμενοι." — *Ibid.* παραταξόμενοι in futuro temp. dat Aug. non male. μέλλειεν, pro μέλλοιεν, mendose ed. 1. Reg. F. G. Vesont. Vers. 5.

Vers. 7. Mendose πολεμίους pro πολέμους Reg. F. G. Vesont. ut vers. 5. — *Ibid.* συστάδην correxit h. l. Casaub. στάδην ed. 1. cum msstis, qui versu 4. in veram scripturam consentiebant. Vers. 7.

CAPUT IV. Cap. IV.

Vers. 1. Ὁ δὲ Φίλιππος &c. Sine causa Casaubonus hoc caput a superiori, tamquam nova hinc Ecloga initium caperet, distinxit. Nullum distinctionis signum agnoscunt codices. Ac videtur utique hoc caput in integro Polybii opere proxime cum superiori fuisse conjunctum. — *Ibid.* Vers. 1.

ὑπόθεσιν Caſaubonus haud incommode interpretatus eſt *argumentum exercendi ingenii.*

Verſ. 3. *Verſ.* 3. εὖ πεφυκὼς πρὸς τὸ κακόν. Corrupte εὖ πεφυκῶσι πρὸς τὸν κακὸν Reg. F. G. Veſ. Tub. Ad κακὸν adjiciendum verbum ποιεῖν ſuſpicatus erat Reiſkius, quo tamen facile caremus. — *Ibid.* διανοηθεὶς ἅττα δή ποτ' οὖν παρ' αὐτῷ, *quæcumque conſilia ſecum volvens, re in quamcumque partem animo verſata.* αὐτὰ δή πότ' οὖν quid ſit, neſcimus; ac miramur, Reiſkium hoc fuiſſe contentum. ἅττα δή ποτ' οὖν habemus apud Polyb. XXV. 27, 10. & XXX. 9, 4. ubi & cum eodem verbo διανοηθεὶς jungitur illa dictio; & ibi quidem ἄττα vulgo erat editum, ſed rectius putavimus cum aſpero ſpiritu ſcribi. — *Ibid.* καταπλέων εἰς τὴν Ῥόδον. Sic edd. & mssti, niſi quod Regii cum ed. 1. perperam καταπλέον dent. Temere Vrſinus πλέων εἰς τὸν Ῥόδον.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Ταραντῖνον. Perperam Ταραντίνου ed. 1. Reg. F. G.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τολμηρότατος ex cod. Peireſc. adnotavit Valeſius, quod præferendum cum Reiſkio utique putavimus vulgato τολμηρότερος.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τὸν Τάραντα. Temere τὴν Τάραντα ed. 1. — *Ibid.* ἀρχιτέκτων. ἀρχητέκτων ed. 1. Aug. Regii. — *Ibid.* διά τινας ἐπισκευάς. καὶ κατασκευὰς addit codex Med. quæ verba ignorant ceteri omnes.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. εἰς τὸν Τάραντα. Sic recte Caſaub. cum Vrſin. & Aug. εἰς τὸν Τάραντον ed. 1. Regii, Veſ. Tub. — *Ibid.* ἐπεί. ἔπειτα ed. 1. temere & invitis msstis.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ὥστε τοῦ καταστραφῆναι &c. Huc pertinet quod Athenæus habet lib. VI. c. 13. p. 251. Πολύβιος δ' ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν, Φιλίππου, τοῦ καταλυθέντος ὑπὸ Ῥωμαίων, κόλακα γενέσθαι Ἡρακλείδην (ſic enim ibi pro mendoſo Προκλείδην haud dubie legendum, quod jam olim Caſaub. monuit) τὸν Ταραντῖνον, τὸν καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ πᾶσαν ἀνατρέψαντα. Eumdem *Heracli-*

raclidem, classi praefectum a Philippo rege, passim Livius memorat; XXXI. 16 & 33. XXXII. 5.

CAPVT V.

Cap. V. Vers. 1. 3.

Opportune a Suida conservata sunt tria Fragmenta, quae vers. 1 — 3. collocavimus; quae cum jam olim a VALESIO in Fragmentis Polybianis ita, ut nos fecimus, juncta fuissent, non bono consilio rursus separata sunt a Gronovio & Ernesto; nempe quia duo posteriora jam partim ab Vrsino, partim a Casaubono, inter Polybii fragmenta relata fuerant. Ad Polybii librum XIV. statim ea retulerat Valesius, sed errorem in Notis retractavit, monuitque, pertinere ad illud caput libri XIII, quod proxime exhibuimus, ubi scribit Polybius, *mandasse Philippum Heraclidi, ut quovis pacto naves Rhodiorum corrumperet.* Quo pacto suppleri debeant hiatus, qui insunt narrationi, fragmentis his comprehensae, ibidem ex Polyaeni Strategem. V. 17, 2. docuit Valesius; haud improbabiliter monens, quae ibi Polyaenus habet, ex Polybio esse depromta. Nobis hoc loco repetere liceat quae de hoc argumento, ex eodem Polyaeno, in Emendationibus & Observv. in Suidam, ante aliquot annos editis, paulo enucleatius quam Valesius, disputavimus. Scilicet, ut mandatum Philippi de navibus Rhodiorum corrumpendis exsequeretur Heraclides, semet ipse nescimus quo modo laceravit, quo nimirum σημεῖα ἀδικίας (ut ait Polyaenus) id est signa acceptae a Philippo injuriae posset ostentare: tum sic regiam egressus, ad aram supplex confugit, suisque lamentis Macedonibus etiam nonnullis persuasit, indigna se a rege esse passum. (ὥστε ἦσαν, ait Polyaenus, τῶν Μακεδόνων, οἷς ἐδόκει ταῦτα μὴ δικαίως. Adde πεπονθέναι, quod verbum librariorum incuria omissum est.) Hinc conscensa navi Rhodum se contulit, a Philippo se indigne habitum conquestus, quod eum impedire voluisset, ne bellum Rhodiis inferret. Simul, quo facilius fidem inveniret, literas monstrat, Philippi manu ad Cretenses

 scriptas,

Verf. 1-3. fcriptas, in quibus de belli focietate adverfus Rhodios agebatur; ad quas literas refpicere videtur fragm. illud,
Verf. 3. quod *verf.* 3. pofuimus. Scilicet, ut Rhodiis perfuaderet veterator, fe ferio Philippo effe iratum, demonftrat illis, *quidvis potius paſſurum Philippum, quidvis æquiore animo laturum, quam ut ipſius conſilia cum Cretenſibus communicata* (quæ hifce literis, quas Heraclides regi fubripuiffet, aperirentur) *Rhodiorum ad notitiam pervenirent.* Rhodii, (fic pergit Polyænus) his rebus perfuafi, recipiunt Heraclidem, eumque fibi ufui fore contra Philippum arbitrantur. Heraclides paulo poft, nactus occafionem, navalibus Rhodiorum ignem immittit, quo incendio magna pars navium confumta eft; ipfe, fuga falutem petens, incolumis in Macedoniam ad Philippum eft reverfus. Hæc Polyænus. Ad verba Polybiana quod adtinet, Πᾶν γὰρ βουληθῆναι ex Suidæ editione Mediolanenfi reftituimus, atque fic etiam Vrfinus in Polybii Fragmentis p. 261. habet: ceteri mendofe Πάνυ γάρ. Sic vero πᾶν ἀναδέχεσθαι ait XXXIX. 1, 6. πᾶν ὑπομένειν in Fragm. hiftor. num. III. apud Suid. in Προσανέχων. Eft autem ἀναδέχομαι, ut recte Suidas expofuit, idem ac ὑπενεγκεῖν, ὑπομεῖναι. — *Ibid.* ἣ καταφανῆ γενέσθαι recte editiones omnes Suidæ & Vrfin. in Polybii Fragmentis. Perperam καὶ καταφ. Cafaub. & Valefius ceterique Polybii editores, in Fragmentis. Deinde ἣ καὶ τὸν dant Suidæ editiones omnes, tam ad vocem Ἀναδέξασθαι, quam ad vocem Ἀπέλυσε, ubi poftrema pars hujus fragm. repetitur. Sic & Vrfinus. Ea fi vera fcriptura eft, videtur ante hæc verba nonnihil deeffe; & pronomen ἣ fortaffe ad ἐπιστολὴ relatum fuerit, de qua in eis, quæ interciderunt, dixerat Polybius. ὃ vero cum Cafaub. ediderunt Valef. Gron. & Erneftus; non fatis commode, quia fic ἀπέλυσε cafu recto caret, cui id verbum refpondeat. ὃ in verfione latina expreffit Küfterus, *quod etiam ſuſpicione Heraclidem liberavit*; & jam ante Küfterum Valefius, *quo Heraclides ab omni ſuſpicione liberatus eſt.*

Verſ.

Verf. 4. Poft expofitionem doli mendaciorumque Heraclidis haud alieno loco ftare videtur *Laus Veritatis*, quæ fequitur in Excerptis Antiquis. Pro μεγίστην θεὸν eft μεγίστη θεὸν in ed. 1. operarum errore. Verba θεὸν τοῖς ufque καὶ μεγίστην defiderantur in Reg. G. Verf. 4.

Verf. 5. ἐνίοτε δὲ καί. δὲ ex ingenio inferuit Cafaub. quam particulam ignorat ed. 1. cum msstis, nec male fortaffe, quoniam nec præceffit correlata particula μέν. — *Ibid.* πασῶν τῶν. πασῶν αὐτῶν unus Tubing. male. Verf. 5.

Verf. 6. ἐπισκοτισθεῖσα. Mendofe ἐπισκοτισθεῖσαι ed. 1. Reg. F. G. Vefont. — *Ibid.* καταγωνίζεται τὸ ψεῦδος. Perperam καταγνωρίζεται τὸ ψεῦδος Tub. καταγνωρίζετο ψεῦδος Reg. F. G. Vefont. Verf. 6.

Verf. 7. Δαμοκλῆς. — „Is forte eft *Damocles* Argivus, qui paullo poft a Pythagora, præfecto arcis Argivæ, Nabidis tyranni genero, interemtus eft, cum res novas agitaret, ut narrat Livius lib. XXXIV." VALESIVS. — „Haud fcio, an Damocles fit idem cum Damotele, de quo vide p. 1148, 13." REISKIVS. — *Damoclis* nomen multis potuit effe commune. Argivi illius, cujus Livius XXXIV. 23. meminit, (in rebus anni 559.) non illud fuiffe ingenium videtur, quod ei, de quo hic agitur, Polybius tribuit: & qui A. V. 559. juvenis adhuc fuit, (ut Livius ait, eodem haud dubie Polybio auctore) in eum haud convenire videtur, ut A. V. 550. fuerit vir rerum ufu peritus, quo ad fpeculanda Romanorum confilia ufus fit nefcimus quis. *Damoteles*, quem Reifkius dicit, Aetolus fuit, & longo poft tempore Romam ab Aetolis miffus, ut docet Polyb. XXII. 8, 9. (conf. XXII. 9, 18 fq.) deinde ab Acarnanibus captus, Liv. XXXVIII. 8 feq. coll. Polyb. XXII. 12, 4. Quifnam h. l. dicatur *Damocles*, & a quonam miffus fuerit ad fpeculanda Romanorum confilia, nobis omnino non liquere profitemur: & abruptum hoc breveque fragmentum, quod in Eclogis Valefianis fua ferie fequebatur, ad finem hujus capitis attexuimus, non quod certi effemus, pertinere ad res Philippi, fed quod commo- Verf. 7.

 diorem

Vers. 7. diorem nullum locum habuerimus, & quod peculiare ac proprium caput ei tribuere noluimus. Ceterum fragmentum hoc sæpius etiam repetiit Suidas, in Εὐφυᾶ, in Σκεῦος, & in Ὑπηρετικὸν, ubi quidem mendose ὑπειρετικὸν dant libri.

Ibid. μετὰ Πυθίωνος. — „*Pythio* quis fuerit, haud tenemus; neque videtur forma nominis græca esse. Πύθωνα novi, & Πυθέαν, non Πυθίωνα.“ REISKIVS. — Quod ignotum ceteroquin nomen est, haud sane satis fuerit caussæ, cur damnemus. — *Ibid.* ὑπηρετικὸν ἦν σκεῦος ευφυές, Valesius, *industrius minister.* Videtur tamen per contemtum σκεῦος dici. conf. XV. 25, 1.

Cap. VI. ## CAPVT VI.

Vers. 1. *Vers.* 1. πρόσφατον. Mendose πρόσβατον Regii & Vesont.

Vers. 2. *Vers.* 2. καταβολὴν δ᾽ ἐποιεῖτο. — „Forte καταβολὴν δὲ ποιεῖν (vel ποιεῖσθαι) καὶ θεμέλιον ἐπεβάλλετο.“ REISKIVS. — In ἐποιεῖτο nil variant libri: sed θεμέλιον cum Vrsino correxit Casaub. Mendose θεμελιοῦν ed. 1. consentientibus codicibus. καταβολὴ, *initium*, *fundamentum*. Sic sæpius in sacris scripturis πρὸ καταβολῆς κόσμου Iohann. 17, 24. & alibi; ἀπὸ καταβολῆς κόσμου Matth. 13, 35. pro quo græcus Psalmorum interpres Psalm. 77, 2. ἀπ᾽ ἀρχῆς habet.

Vers. 3. *Vers.* 3. τοὺς κατὰ πλέον πλούτῳ διαφέροντας. — „Forte τοὺς κατὰ πλοῦτον διαφέροντας.“ REISKIVS. — Nos quidem vulgatum solicitare non ausimus, quamvis pleonasmo illo carere possemus. διαφέροντας recte edd. διαφθαρέντας Aug. Regii, Ves. Tub.

Vers. 4. *Vers.* 4. παρασχίσται, *effractores.* Obiter hoc vocabulum Polybio vindicavit Wesseling. ad Diodor. lib. I. c. 90. p. 102. idque jam olim ad oram sui libri notaverat Scaliger. Terminationem ιστης, pro ιτης, requirit analogia. Vt enim a κτίζω est κτίστης, sic σχίστης a σχίζω, & παρασχίστης a παρασχίζω, quo verbo Arrianus utitur

in

in histor. Indic. c. 24. p. 340. παρασχίζειν ξύλα, *secare, findere ligna.* Magis aliâs in usu est κατασχίζω, eadem notione; sed composita ex παρὰ præ ceteris amat Polybius. Ad παρασχίστας autem intelligi consentaneum est τῶν θυρῶν; quam in sententiam etiam Gronovius in Notis msstis θυροσχίται (θυροσχίσται debuerat) legendum h. l. suspicatus erat: sed non opus est illa novatione, & res satis per se intelligitur. κατέσχισαν τὰς θύρας apud Demosth. adv. Midiam p. 540. ed. Reiskii, est *januam findendo effregerunt;* (quamquam Reiskio id nihil aliud denotare visum erat, nisi *detrahebant signa a foribus*, quibus signis veteres loco serarum utebantur.) similiter κατασχίσαντες τὰς πύλας apud Arrian. de Exped. Alexand. lib. II. extr. & τὸν μοχλὸν ὅτῳ εἴχετο ἡ πύλη κατασχίσαντες, apud eumdem ibid. lib. VI. c. 10. p. 246. Arriani hæc loca in Notis msstis ad Polyb. adnotaverat Gronov. Mirum vero est videre, quam in partem in interpretando vocabulo, de quo agimus, se torserit Reiskius; qui, de obscuritate ejus immerito conquestus, eo tandem delapsus est, ut sibi admodum verisimile esse diceret, vocabulum latinum *parricidæ* in hoc græco delitescere. *Effractorem* designari, jam olim perspectissime Casaubonus viderat. Toupius Emendd. in Suidam Part. III. p. 396. edit. Lipsiens. ad vocem Ῥαχίζειν, ubi etiam vocab. ῥαχιστὴς adfertur, quod per ἀλαζὼν Suidas exponit, notandam ait hanc vocem ῥαχιστὴς sive ῥαχίτης; utroque enim modo scribi, nam sic Schol. ad Sophocl. Ajac. vs. 56. καὶ τοὺς μεγάλως κακουργοῦντας ῥαχίτας φαμέν. Atque hinc emendandum hunc Polybii locum, nempe ῥαχίται pro vulgato παρασχίται scribendum. Qui si ad refellendam commodissimam Wesselingii emendationem παρασχίσται aliquid aliud adtulisset, præterquam quod *suam emendationem esse verissimam* præcise contendit, cogitare possemus quid responderi debeat: nunc post ea, quæ ad illam adstruendam protulimus, satis esse putamus, Toupianæ hu-

Vers. 4.

jus, quæ quam fit docta pulcre quidem intelligimus, mentionem feciffe.

Verf. 5. *Verf.* 5. αὐτὸν ἀναδείξας. Tenuimus hoc, ut editum erat. ἀὐτὸν Aug. Regii, Vefont. minime male. — *Ibid.* δῆλον ὅτι ἔμελλε. ὅτι ignorant codd. omnes cum ed. 1, quæ tamen particula neceffario requirebatur. Sed pro δῆλον utique malimus δῆλος ἦν ὅτι.

Verf. 8. *Verf.* 8. ῥήγματα, *rupturas*. Quæfiverat Gronov. in Notis ineditis, an τρήματα? Sed nil opus videtur folicitare vulgatum. — *Ibid.* καὶ διὰ τῶν ὑπαρχουσῶν θυρίδων. Poffunt θυρίδες intelligi ipfæ illæ *aperturæ*, quas per vim factæ funt in parietibus: fed, quoniam addit τῶν ὑπαρχουσῶν, id eft, *quæ jam erant*, *quæ jam fuerant*, videtur Polybius dicere *januas*, quæ ex una domo in aliam ducebant, aut *feneftras*, per quas ex domo oppofita mitti jacula poffent. Id fi placet, oportebit particulam καὶ, ut fæpe aliâs, nunc non conjunctive intelligere, fed diftributive, *partim*, *vel*.

Cap. VII. CAPVT VII.

Verf. 2. *Verf.* 2. διαφόρως ἀπειργασμένον. In re fimillima utitur phrafi εἰς ὁμοιότητα διαφερόντως ἐξειργασμένον VI, 53, 5.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἀνακαλέσαιτο recepimus ex Aug. & cod. Peirefc. atque id pofcebat præcedens particula ὁπότε, *quando*, *quoties*. Sic & dare debuerunt ceteri codices, in quibus mendofe fcribitur ἀνακαλέσατο, quod in ἀνεκαλέσατο mutavit primus editor, idque tenuere pofteriores.

Verf. 4. *Verf.* 4. τὰς εἰς τοὺς θεοὺς καὶ τὰς κοινὰς τῆς πόλεως δαπάνας. Sufpicati eramus καὶ τὰ κοινά. Sed fic repetenda putamus fuerat εἰς præpofitio, καὶ εἰς τὰ κοινά. Et teneri vulgatum poteft, fic intelligendum, τὰς εἰς τοὺς θεοὺς δαπάνας, καὶ τὰς κοινὰς δαπάνας.

Verf. 6. *Verf.* 6. Ἀπῆγαν. De avaritia atque crudelitate, quam per fe etiam ea femina exercebat, conf. lib. XVII. c. 17. & Liv. XXXII. 40.

Verf.

Verf. 7. καὶ τοῦτ' ἔλεγε. Forſan καὶ ἅμα τοῦτ' ἔλεγε καὶ παρῆν. Verſ. 7.

Verf. 8 *ſeqq.* Ad verba ἀνέστησε τὴν γυναῖκα &c. hæc adnotavit REISKIVS: „Sic lego & diſtinguo: ἀνέστη, τὴν γυναῖκα, καὶ περιπτύξας." — Quæ quid ſibi velint, nos quidem non capimus, niſi forte voluit τὴν γυναῖκα περιπτύξας. Tum *verſ.* 9. ad illa καὶ κατὰ μαστούς, ait „aut καὶ τοὺς μαστούς, aut καὶ τὰ κατὰ τοὺς μαστούς" legendum. Denique ita pergit: „Sed quid fruſtra laboro in emendando futili commento, non Polybii, (non potuerunt ab illo ingenio tam prodigioſæ nugæ proficiſci) ſed græculi alicujus, cujus anilem fabellam vel ipſa conturbata, infecta, ſoloeca dictio prodit. Livius etiam ejus nihil habet." — Livius XXXII. 38. in ea parte hiſtoriæ, quam Polybius lib. XVII. tractaverat (vide XVII. 17.) de Nabidis ſæva avaritia loquens, generatim ſcribit: *qui non cunctanter contulere, ſine contumelia & laceratione corporum ſunt dimiſſi: quos occulere aut retrahere aliquid ſuſpicio fuit, in ſervilem modum lacerati atque extorti.* At id ſane non impedit, quo minus credamus, enucleatius a Polybio expoſita eſſe tyranni illius ſæva inventa. Et Polybii oratio, qualis per temporum injuriam ad nos pervenit, turbata utique ac corrupta eſt, & jam olim fuit; nam in eo codice, quo uſus eſt compilator Eclogarum Valeſianarum, eodem modo legebantur græca, quo in Excerptis antiquis exhibentur; ita, ut ex codice Peireſciano, in quo eadem narratio inter Eclogas de Virtutibus & Vitiis continebatur, nullam varietatem lectionis excerpere Valeſius potuerit. Sed non idcirco ſatis cauſſæ habuit Reiſkius, cur totam hanc narrationem futile commentum eſſe recentioris alicujus græculi contenderet. Emendationes, quas Caſaubonus græco contextui adtulit, tenuimus, quamvis nec veritatem earum præſtare auſimus, nec ſic ceteroquin ſatis integram emendatamque orationem putemus. In latina verſione nonnihil receſſimus ab ea ſententia, quam doctus ille interpres expreſſit. Sed in loco difficili Verſ. 8-10.

Verſ. 8-10. ficili ipſam Caſauboni verſionem adpoſuiſſe juvabit, ut eam cum noſtra conferre eruditus lector poſſit. Sic igitur ille: *Tum autem tyrannus, ubi e ſede ſua mulierem excitaſſet, per ſpeciem comitatis dextram prehendens, utraque manu collocutorem amplectebatur, ac paullatim ad pectus admovebat. Erant autem illi cubiti & brachia ferreis clavis plena, quos veſtis occultabat: ſimiliter etiam in mammis infixos habuit clavos. Quando igitur brachia impreſſerat dorſo mulieris, mox organis quibuſdam attractum intendebat, & paullatim ad mammas adducens, eum qui premebatur omne genus voces cogebat edere.* Scaliger *verſ.* 10. προσήρεισε τὰς χεῖρας ſcribendum putaverat pro ταῖς χερσὶ, & ἑλκομένων pro ἑλκόμενον. In verſione verborum πᾶσαν φωνὴν προΐεσθαι deleta verba, *omnia aperire*, velimus, quæ non opus erat adjicere. Particularum ἐπειδὰν & ὅταν conſtructio cum verbo in *indicativo modo* rara utique eſt, nec ſcriptoribus paulo terſioribus uſitata; quemadmodum poſt Thomam Magiſtr. p. 267. monuit Hoogeveen in Doctr. Particular. cap. 32. ſect. 2. num. 4. & cap. 16. ſect. 14. num. 8. Sed ab eadem conſtructione particulæ ὅταν non omnino abhorruiſſe ſtylum Polybii, diſcimus ex IV. 32, 5 ſq. ad quem locum adnotari hic locus debuit, in quo nunc verſamur.

Cap. VIII.

CAPUT VIII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ὁδοιδόκους, *viarum inſidiatores, qui in via excipiunt viatores.* Suidas, hunc ipſum fortaſſe Polybii locum reſpiciens, Ὁδοιδόκος, ait, ὁ ἐν ταῖς ὁδοῖς πανοῦργος κλὼψ ἤγουν λῃστής. Cum ὁδοιδοκοὺς vulgo ὀξυτόνως eſſet editum, ὁδοιδόκους penacute ſcripſimus, monente Reiſkio. — *Ibid.* τῶν ἐκ τῆς ῥᾳδιουργίας λυσιτελῶν. — „In msto erat λυσιτελῶς, corrupte. Poſſit tamen & λυσιτελειῶν legi; rectius fortaſſe.“ VALESIUS. — In prima viri docti emendatione adquieſcendum putavimus. Sic μέγιστα λυσιτελῆ IV. 38, 8.

Verſ.

Verſ. 3. ἐκ τῆς τυραννικῆς ἱπποστάσεως. — „Forte ἐκ τῶν τυραννικῶν ἱπποστασίων. Nam τὰ ἱπποστάσια dicuntur, non ἡ ἱππόστασις, ut ἡ ὑπόστασις.“ REISKIVS. — At vocabula στάσις ἵππων, & ἱππόστασις, diſerte agnoſcit Pollux I. 184. Verſ. 3.

Verſ. 4. τούτου δὲ πεισθέντος καὶ πράξαντος τὸ προειρημένον. In ipſius Valeſii editione Pariſina eſt τοῦτο δὲ, quod Gronovius in τούτου δὲ mutavit. Poterat vero etiam, ut Reiſkius monuit, τοῦτο teneri, & deinde τοῦ προειρημένου ſcribi: idque rectius videtur. Verſ. 4.

CAPVT IX. Cap. IX.

Fragmenta, quæ hoc capite comprehendere viſum eſt, Vrſinus jam collegerat, & poſt eum Caſaubonus exhibuit in Polybii Fragmentis, excepto illo verſ. 2. quod in Fragmentorum ſpicilegio notavit Valeſius. De his Fragmentis diſputavimus ante aliquot annos in Emendd. & Obſervv. in Suidam p. 13 ſeqq. qua ex diſputatione, quæ ad illuſtrandum hoc caput maxime facere videntur, excerpere juvabit. Intelligitur nempe ex his Fragmentis inter ſe collatis, expoſuiſſe hoc libro Polybium *expeditionem ab Antiocho Magno*, biennio poſtquam pacatis rebus ſuperioris Aſiæ victor domum redierat, (Polyb. XI, 34.) rurſusque biennio ante initam cum Philippo ſocietatem adverſus pupillum Aegypti regem, Ptolemæum Epiphanem, (XV. 20.) *in eam Arabiæ partem, quæ ſinui Perſico adjacet*, ſuſceptam; qua occaſione copioſe, ut ſolet, de ipſa etiam illa regione deſeruiſſe ſcriptorem noſtrum adparet. Quæ expeditio Antiochi in Arabiam eo magis notanda eſt, quoniam ejus memoriam apud nullum alium ſcriptorem, quod quidem ſciamus, conſervatam habemus. Argumentum.

Verſ. 1. Χαττηνία. *Attenen* vocat Gerræorum regionem Plinius VI. 28, 32. qui tamen ibidem, paulo ante, a *Gerræis* diſtinguit *Chatenos*. *Attenen* ab Ἄττα κώμῃ Ptolemæi nomen habere, monuit Harduin. ad Plin. l. c. Verſ. 1.

Ibid.

Vers. 1. *Ibid.* Γεῤῥαίων. *Gerrha*, urbs Arabiæ felicis, haud procul a Persico sinu sita; de qua præter Plinium consulendus inprimis Strabo lib. XVI, p. 766. & p. 778. cum Agatharchides apud Photium p. 746 seq. ed. Hoesch. Diodorus Sicul. III, 42. ibique Wesselingius, &, quem Wesselingius etiam laudavit, Bochartus in Geogr. Sacr. Part. I. lib. IV. cap. 8. Illius urbis cives, *Gerrhæi*, origine Chaldæi, e Babylonia olim profugi, mercaturam potissimum exercebant, aromata reliquasque Arabiæ merces in Syriam & in alias regiones, partim terrestri itinere, partim navibus adverso Euphrate, transportantes. Inde & opibus & frequentia hominum aucti, magnam regionis circumjacentis partem sua sub potestate tenuerunt; & regionem, per se quidem sterilem, vicis frequentarunt, atque turribus, quibus turribus, si ita res ferret, in tuto collocari opes atque divitiæ possent.

Ibid. διὰ τὸ εὔκαιρον, vel διὰ τὴν εὐκαιρίαν. *Propter situs commoditatem* interpretatus erat Stephani interpres. Nos, licet non simus nescii, posse hanc vim ei vocabulo inesse, cum ob ea quæ modo dicta sunt, & quæ ex ipsis etiam hujus fragmenti verbis intelliguntur, tum ob reliquum frequentissimum Polybii usum, *opulentiam* posuimus.

Ibid. ἔστι δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Vide Adnot. ad V. 46, 7.

Vers. 2. *Vers.* 2. τῆς αὐτῆς χώρας ἀμφότεραι &c. Hoc quale sit, ut *Sabæ*, non minus quam *Labæ*, *Chatteniæ* regionis & *Gerrhæorum* oppidum fuisse dicatur, id planius fortasse intelligeremus, si, quæ de tota ista regione ac de variis Gerrhæorum districtibus Polybius scripsit, integra ad nos pervenissent. Latissime patuit apud veteres scriptores nomen *Sabæorum*, & pluribus Arabiæ nationibus tribuebatur: ac videtur interdum, quod in unam istarum nationum conveniebat, ad aliam aut ad omnes fuisse relatum. Et de *oppido* Arabiæ felicis, cui *Saba* vel *Sabæ* nomen, minime in liquido res esse videtur. De homonymia

tnia nominis *Sabæorum*, quamquam multum abeſt ut in planum adduxerit rem omnem, multa tamen diligenter collegit & perſpecte monuit Bochartus in Geogr. Sacr. P. I. lib. II. cap. 26. & lib. IV. c. 7 & 8. Verſ. 2.

Verſ. 3. Οἱ δὲ Γεῤῥαῖοι &c. Cum mendoſe γεραιοὶ darent Suidæ codices, non ſolum in græcis tenuit corruptam ſcripturam Küſterus, ſed etiam in latina verſione *ſeniores* poſuit, immemor moniti quod jam olim Caſaubonus in Polybii Fragmentis de corrigenda menda dederat. In illo tamen fragmento, quod verſ. 5. poſuimus, recte Γεῤῥαίοις cum Caſaubono expreſſit idem Küſterus, licet ibi ſuperiores omnes Suidæ editiones Γεραίους, pariter per ſimplicem literam ρ, at penacute tamen, dediſſent. Eadem ſcriptura, Γεραῖοι ſimplici litera ρ, apud Ptolemæum quoque invenitur. Eamque ſcripturam Bochartus, memor Gerrhæos origine Chaldæos perhiberi e Babylonia profugos, propius accedere monuit ad nomen *Ger*, quo apud Chaldæos non minus, quam apud Hebræos, *advenæ* adpellantur. Potuerat adjicere, ne Arabum quidem idioma ab eodem ejuſdem vocabuli uſu abhorrere. Sed de iſta quidem etymologia quidquid tandem ſtatueris, uſus certe ceteroquin apud græcos latinosque ſcriptores conſtans obtinuit, ut Γεῤῥαίους, *Gerrhæos* vel *Gerræos*, duplici litera *R* ſcriberent. Atque, ut ipſum Polybium eodem modo ſcripſiſſe credamus, ſuadet Stephani Byzantini auctoritas, apud quem duobus locis, quæ modo vidimus, eadem ſcriptura Polybio tribuitur. Verſ. 3.

Verſ. 4. Αὐτὸς μὲν παρήγγειλε &c. Poterat teneri particula γὰρ, quam habent libri. Adtulit autem hoc fragmentum Stephanus, ut hoc teſtimonio oſtenderet, civis nomen, qui Chatteniam incolit, Χαττηνὸς eſſe. Οἱ πολῖται, inquit, Χαττηνοί. Ὡς αὐτὸς μὲν γὰρ παρήγγειλε φείδεσθαι &c. Vbi ſatis adparet, particulam ὡς non ad verba ſcriptoris pertinere, e quo hoc fragmentum citatur, qui haud dubie idem Polybius eſt, ad quem paulo ante provocavit grammaticus, ſed vertendam fuiſſe, *velut* Verſ. 4.

in illo, vel *exempli gratia*; quod non animadvertit Stephani interpres.

Verf. 5. *Verf.* 5. τοῖς Γεῤῥαίοις. De nominis fcriptura conf. notata ad verf. 3. — *Ibid.* ἐστεφάνωσαν, *honoris caufa donarunt.* Confer Hemfterhuf. ad Ariftoph. Plut. 787. — *Ibid.* πεντακοσίοις ἀργυρίου ταλάντοις. In donis iftis etiam *aurum* fuiffe, probabile facit id quod de auri copia, quam poffidebant Gerrhæi, apud Strabonem legimus lib. XVI. p. 778. — *Ibid.* ἐπὶ Τύλον. Nota *Tylos* infula Perfici finus. — *Ibid.* Ἦσαν δὲ τὰ ἀρώματα &c. Verba hæc e connexione, in qua pofita erant apud Polybium, evulfa effe adparet.

Cap. X.

CAPVT X.

Verf. 1. *Verf.* 1. Βάδιζα, πόλις τῆς Βρεττίας. *Britanniæ* commemorandæ nullius fane hoc libro locus erat. In *Bruttiis* eo anno, cujus res geftas libro XIII. expofuit Polybius, confectæ funt reliquiæ belli Hannibalici. Quare nullum effe dubium debet, aut Βρεττίας hoc loco fuiffe fcribendum, quemadmodum in fequenti fragmento recte dant libri, aut Βρεττιανῆς, ut I. 56, 3. IX. 27, 11. Vide Adnot. ad XI. 7, 1. Ceterum obfcurum utique oppidi nomen Βάδιζα, & haud dubie corruptum; nec tamen ita, ut veri veftigium nullo prorfus pacto, & ne probabili quidem ulla ratione inveniri poffit. Sane fi contuleris Liv. XXX. 19. haud fere dubitabis, illud oppidum hoc loco dixiffe Polybium, cui *Befidiæ* (in nominativo plurali) nomen eft in Livianis codicibus, cujus ejufdem nominis veftigium ad hunc diem in *Bifigniano* fupereffe creditur, ut monuit Cluver. Ital. Antiq. lib. IV. p. 1317. *Confentiam, Befidias, Clampetiam*, aliasque Bruttiorum urbes *a Poenis ad Romanos ea tempeftate defeciffe*, Livius prodit l. c. Neque vero turbare nos debet, quod ad confules anni ab V. C. 551. eam rem Livius refert: primum enim nihil magnopere mirum videri debet, fi uno anno differunt inter fe identidem Romanus Græcusque fcriptor; deinde

deinde vero ſicut *Clampetiæ* Conſentiæque in rebus etiam ſuperioris anni mentionem fecit Livius, (XXIX. 38.) ſic in ejuſdem anni ſuperioris 550 rebus hujus pariter oppidi, de quo nunc quærimus, mentionem Polybius facere potuit.

Verſ. 2. Λαμπέτεια. Hæc eadem *Clampetia* eſt, de qua modo diximus, ut perſpecte contra Cluverum Voſſius ad Melam lib. II. c. 4. p. 725. ed. Abrah. Gronovii, & Cellarius in Geogr. antiq. II. 9. p. 913 & 915. monuerunt. Verſ. 2.

Verſ. 4. Ἰλατία, πόλις Κρήτης. Rerum Creticarum mentionem factam vidimus cap. 5. hujus libri XIII. Verſ. 4.

Verſ. 6 *ſqq.* Ex hiſce Fragmentis intelligi par eſt, *Philippum* hoc anno *bellum in Thracia* geſſiſſe, cujus belli memoria cum hac parte hiſtoriarum Polybii prorſus intercidit. Verſ. 6.

Verſ. 9. Καβύλη. Vide Cellar. II. 15. p. 1328. Verſ. 9.

Ad hoc Caput referendum denique etiam videtur illud Fragmentum de *Temeſia* urbe, quod ex Stephano Byzantino exhibuimus in Spicilegio Reliquiarum ex lib. XIII. Tom. V. p. 39.

ADNO-

ADNOTATIONES
AD
POLYBII HISTORIARVM
LIBRI XIV.
RELIQVIAS.

Lib. XIV.
Cap. I.

CAPVT I.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Οἱ μὲν οὖν ὕπατοι. *Cn. Servilius Cæpio* & *C. Servilius Geminus*, *Conſules* A. V. 551. Vide Liv. XXX. 1. & tum cap. 3 & ſeqq. ejuſdem libri; confer Appiani Hiſtor. Punic. cap. 18 ſeqq.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. οὐδὲ τῆς κατὰ τὸν Σύφακα. τῆς perperam carent Reg. F. G. Veſ. Tub. Σύφακα cum Vrſino correxit Caſaubonus, & hoc loco & deinde quoties occurrit hoc nomen. Quod autem idem Vrſinus ait, conſtanter in ſuo vetere libro ſic Σύφακα per υ ſcribi, mirari ſubit, quoniam in Σοφ. per ο libri noſtri ad unum omnes, & in his vetuſtiſſimus Vrbinas codex, tum etiam Reg. E. (qui habet rurſus Excerpta antiqua quotquot ex lib. XIV. Polybii ſuperſunt, quem codicem ex vetuſtiſſimo ac probatiſſimo libro deſcriptum cognovimus) conſtanter conſentiunt. Nuſquam Vrſini codicem a conſentiente noſtrorum omnium ſcriptura diſcedentem obſervavimus. Quare ſive ipſius Vrſini præcipitantia ſive typothetæ culpa erratum eſſe in illis Vrſini verbis ſuſpicamur, & ſcribere Vrſinum voluiſſe debuiſſeve putamus, *conſtanter* Σύφ. *ſcribendum, licet conſtanter* Σοφ. *habeat vetus liber.* Poterat autem debueratque fortaſſe teneri illa ſcriptura per ο, Σόφαξ, Σόφακα &c. cum propter ipſum hunc conſenſum codicum,

cum, tum quoniam vocalis *y*, qua in hoc nomine Romani scriptores uti solent, æquivalet vocali *u*, pro *u* brevi vero sæpissime *omicron* ponunt Græci, v. c. Πόπλιος pro *Publius*, & sexcenta id genus alia. Verf. 3.

Verf. 4. τῆς παιδίσκης αὐτὸν ἤδη κόρον ἔχειν. Sic monente Vrsino edidit Casaub. & sic habet Reg. G. Ceteri omnes αὐτῶν, perperam. *Puella*, quam dicit, filia erat Hasdrubalis, Gisconis filii. Liv. XXIX. 23. Appian. Punic. & Polyb. infra, c. 7, 6. Nomen ei *Sophonisba* vel *Sophoniba* erat. Liv. XXX. 12. Appian. Pun. c. 27. — *Ibid.* πρὸς τοὺς Φοίνικας. Articulus τοὺς deerat vulgo; recepimus ex Reg. E. sed idem codex perperam dein caret φιλίας. — *Ibid.* ἀψικορίαν. Citavit hunc locum Suidas, ad hoc ipsum vocab. Verf. 4.

Verf. 5. κατοῤῥωδεῖν. Mendose καταῤῥαδεῖν ed. 1. Reg. F. G. Vef. Verf. 5.

Verf. 6. ἄνευ γῆς correxit Casaub. ex verf. 15. ubi recte omnes μηδὲ διὰ γῆς. Sed h. l. mendose ἄνευ τῆς, absque γῆς, ed. 1. cum msstis. Verf. 6.

Verf. 7. τοὺς δὲ συναγομ. Infra c. 2, 8. τοὺς ἐπισυναγομένους dicit. Verf. 7.

Verf. 9. ὅτι δέοι recte Casaub. cum Reg. E. ὅτι δέει ed. 1. cum ceteris codd. — *Ibid.* ὧν τότε κατεῖχον. — „Non raro κατέχειν cum genit. construitur loco accusativi." REISKIVS. — Rara quidem utique ea constructio, nec tamen exemplis caret, quorum nonnulla collegimus ad Appiani Prooem. c. 9. Adnot. p. 120 sq. Verf. 9.

Verf. 10. τῆς ἐπιβολῆς. Carent τῆς Reg. F. G. Vef. Verf. 10.

Verf. 12. οὗ γιγνομένου. οὗ γενομένου unus Reg. E. Verf. 12.

Verf. 13. οὓς δὲ καὶ στρατιωτικῶν. Temere οἷς δὲ ed. 1. καὶ τῶν στρατιωτικῶν, cum articulo, voluit Reisk. οὓς δὲ καὶ στρατιώτας Vrsinus, citra necessitatem. Suspicati nos quidem eramus καὶ στρατηγικῶν. conf. I. 84, 6. sed id non urgebimus. Liv. XXX. 4. *Cum legatis, quos mitteret ad Syphacem, calonum loco primos ordines spectatæ virtutis atque prudentiæ servili habitu mittebat.* — *Ibid.* Verf. 13.

Verf. 13. ἐσθῆτας Cafaub. cum Vrfin. Vrb. & Reg. E. Corrupte ἑστίας ed. 1. Med. Tub. ἑστίας Aug. Reg. F. G. Vef. — *Ibid.* τὰς προόδους καὶ τὰς εἰσόδους. Non folicitandum προόδους, id eft *exitus*. Sic & Liv. l. c. *aditus exitusque omnes*. conf. infra cap. 4, 10.

Verf. 14. *Verf.* 14. ἄλλη δὲ περί. Verba δὲ περὶ defunt Reg. F. G. Vef. Tub. — *Ibid.* εἰς μυρίους, εἰς & mox περὶ ante πενταкισμ. defunt Med.

Verf. 15. *Verf.* 15. ἢ δὴ καὶ μᾶλλον. Perperam ἤδη καὶ μᾶλλον ed. 1. cum msstis, ita quidem, ut ἤδη ad præcedentia referant, & poft eam vocem inferto puncto diftinguant orationem. Hinc Cafaub. ex conject. adjecto pronomine ἢ fic edidit περὶ πενταкισμυρίους ἤδη. ἢ καὶ μᾶλλον &c. Prætulimus nos quidem fimpliciffimam emendandi rationem, a Reifkio propofitam. — *Ibid.* Verbum εἶχε perperam deeft Reg. F. G. Vef. Tub. — *Ibid.* ἐμπυρισμόν. Non afpernatur hoc vocabulum Polybius, quamquam damnatum a Phrynicho Grammatico p. 148. conf. Iungermann. ad Polluc. IX. 156. Idem vocab. habes infra cap. 4, 6. — *Ibid.* διὰ τὸ τοὺς Νομάδας. Articulum τὸ ignorat ed. 1. cum msstis; recte cum Vrfino adjecit Cafaubonus. — *Ibid.* πρὸς τὰς σκηνοπ. τὰς caret Reg. F.

Cap. II.

CAPVT II.

Verf. 1. *Verf.* 1. Σκιπίωνι Gronovius edidit pro Σκηπίωνι, quod h. l. dabant ed. 1. 2. & mssti. Πουβλίῳ eft in ora ed. 1. quod nullus noftrorum codicum agnofcit.

Verf. 2. *Verf.* 2. κατεσκεύαζε ταύταις. Forfan κατεσκ. ἐπὶ ταύταις. Si verum eft ταύταις abfque præpofitione, intelligi debebit *pro illis, in illarum* (navium) *ufum*, id eft, *quæ in navibus erigerentur*. cf. c. 10, 9.

Verf. 3. *Verf.* 3. κατελάβετο. Mendofe κατελάμπετο Reg. E. fortaffe κατελαμβάνετο debuerat. — *Ibid.* διετάφρευε πολυτίμως. — „Aut πολυτελῶς legendum eft, aut φιλοτίμως. vide p. 966. 27. [XV. 5, 6.] Sæpe Diodorus Siculus, quod vel index docet, πολυτελῶς pro φιλοτίμως ufurpat;

pat; *ſtudioſe, diligenter, operoſe, mirifice.*" REISKIVS. — Si πολυτίμως teneas, *ſumtuoſe* interpretandum eſſe monuit Erneſtus. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἐφεδρεύειν τοῖς κατὰ τὸν τῆς πράξεως καιρόν. Commode Caſaubonus: *ut præſidium ſuis, in tempus quo deſtinata exſequeretur, proſpiceret.* At id ſi dicere voluit Polybius, intercidiſſe nonnihil videri poteſt; quod etiam Gronovius ſuſpicatus erat. Verumtamen ferendum vulgatum videtur, hac ſententia: *ut ea, quæ per ipſum expeditionis tempus fieri poſſent,* (ſcil. quæ ab hoſtibus Vticæ obſeſſis tentari poſſent) *obſervarent & rebus ſuis præſidio eſſent.* Nec vero placet REISKII conjectura: „forte ἐφεδρ. τοῖς πολεμίοις κατὰ &c. *ſubſidere* vel *in inſidiis ſedere hoſti, ſub tempus exſecutionis clandeſtini & vafri conſilii de caſtris hoſtium comburendis.* Verſ. 4.

Ibid. ἐγχειρεῖν τε τῷ χάρακι. Copulam τε, quam ignorat ed. 1. & mssti, ex conject. adjecit Caſaub. καὶ ἐγχειρεῖν τῷ χαρ. Vrſin. Poterat etiam, ut Reiſkius monuit, præcedens verbum ἐξελθεῖν in ἐξελθόντες mutari: ſic copula non erat opus.

Verſ. 5. ταὐτὰ κατὰ νοῦν. Sic bene Caſaub. At nec male ταῦτα ed. 1. cum msstis. Verſ. 5.

Verſ. 6. ὡς αὐτὸν ἀπιέναι, *ad ipſum redire.* Putares ἐπανιέναι; ſed nil mutamus. Verſ. 6.

Verſ. 7. ὁ Νομάς. Articulus deeſt ed. 1. invitis msstis. — *Ibid.* πρὸς τὸ συντελεῖν ἐστι. Sic edd. & mssti; non πρὸς τῷ, quod voluit Scaliger. — *Ibid.* Σκιπίων. Rurſus Σκηπίων ed. 1. 2. cum msstis, & ſic deinde. Πούβλιος ora ed. 1. Verſ. 7.

Verſ. 9. κατὰ μὲν τὴν ἐπίφασιν. Reſpexit hunc locum Suidas in Ἐπίφασις, ubi tamen vett. editiones Suidæ ἐπιφάνειαν habent, perperam. — *Ibid.* ἐποίει τὸ παραπλήσιον. — „ſcilicet τοῖς πρὸ τοῦ." REISK. — *Ib.* ἐν τοῖς μάλιστα. Nota locutio, qua rurſus utitur noſter XVIII. 16, 5. Præpoſitio ἐν hoc loco, ut ſæpe aliâs, ab ultima litera ν vocis præcedentis intercepta eſt: vide ad VI. 52, 11. Verſ. 9.

XII. 20, 3. — *Ibid.* παρασκευάς. κατασκευὰς unus Med. — *Ibid.* ἦν. εἶχεν Suidas l. c. perperam.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. μηνύσοντες correxit Caſaub. cum Scalig. μηνύσαντες ed. 1. cum msstis.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. δηλώσοντας Caſaub. cum Scalig. & cod. Aug. δηλώσαντας ed. 1. cum cett. codd. διασαφοῦντας Suidas in Ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, ubi hunc citavit locum.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. παρασπονδεῖν. Corrupte παρασπουδεῖν ed. 1. Reg. F. G. Veſ. — *Ibid.* ἐπικηρυκείας. ἐπικηρυκίας Reg. E.

Cap. III.

CAPVT III.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. προσαγγελλόμενα. προσαγγελόμενα Reg. E. F. G. Veſont.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἀπέχοντες correxit Caſaub. ἀπέχοντας ed. 1. cum msstis.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. πείσεσθαί τι recte Caſaub. cum Vrſin. & Reg. E. Corrupte πείθεσθαί τι ed. 1. cum cett. codd. — *Ibid.* εἰς ὁμαλὸν τόπον. Reiſkio obtemperavimus, qui manifeſtum putavit, in codicum ſcriptura (ἰσόμαλλον vel ἰσόμαλον) primas duas litera ἰσ ex præpoſitione εἰς perperam iteratas eſſe. Quod ſi quis tamen Polybio non adimendum contenderit compoſitum vocabulum ἰσόμαλον, non pertinacius nos quidem repugnabimus; quamquam negari non poteſt, contra analogiam eſſe illam vocabuli compoſitionem. Simplici aliâs vocabulo, ὁμαλοὶ τόποι, utitur Noſter, I. 33, 1. I. 39, 12. &c.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. σαλπιγκταὶ recte edd. cum Reg. E. σαλπικταὶ Aug. Reg. F. G. Veſ. ſed iidem mox omnes in σαλπιγκτὰς conſentiunt. — *Ibid.* σημαίνωσιν tenuimus, editum a Gron. & Ern. & ſic Reg. E. σημάνωσιν ed. 1. 2. cum cett. codd.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. διηρεύνα. Mendoſe διηρεύει unus Reg. E. — *Ibid.* περὶ τῶν προσβολῶν. In πρεσβειῶν conſentiunt codices omnes: id vero mendoſum eſſe ſatis adparet. προσβολῶν aut προσβάσεων ſuaſerat Reiſkius. Eſt autem

προσβολὴ

προσβολὴ, *aditus*, tum *adgressio*, &, per metonymiam, *ea pars*, *is locus*, *unde facilius adgressio fieri potest.* Cap. I. 13. τὰς προόδους καὶ τὰς εἰσόδους dixerat: nec vero opus erat, ut eisdem prorsus nunc verbis uteretur. προσβολῶν propius ad scripturam codicum accedit, quam πορειῶν, quod ex conject. posuit Casaubonus. Vrsinus, servans περὶ τῶν πρεσβειῶν, sequentia corrigenda putavit, καὶ τὰ περὶ τῶν εἰσόδων scribere jubens. — *Ibid.* τῷ Μασσανάσσῃ. Articulum ignorat Reg. E. non male. Nomen viri duplici utrimque litera σ scribunt nunc codices omnes, sed circumflexum accentum in ultima ponunt Aug. Reg. F. G. cum ed. 1. Vers. 7.

CAPVT IV. Cap. IV.

Vers. 1. χρείαν αὐτῷ correxit Casaub. αὐτῶν ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* προῆγε recte idem cum Scalig. Perperam προσῆγεν ed. 1. cum msstis. Vers. 1.

Vers. 3. εἰκῆ. Corrupte εἶναι Reg. E. Mox idem μεταβολὰς pro ἐπιβολάς; nam ex optimo quidem & vetustissimo libro, sed a negligentissimo imperitissimoque homine descriptus is codex est. Vers. 3.

Vers. 4. στρατιὰν debetur Casaubono. στρατείαν ed. 1. Aug. Reg. F. G. Ves. conf. 10, 3. στρατίαν Reg. E. — *Ibid.* ἐμβάλωσι edd. cum Reg. G. putamus & Med. Vers. 4.

Vers. 5. σφᾶς. σφάς Reg. E. cum Aug. qui sic constanter scribit. — *Ibid.* προσέβαλλον. προσέβαλον Reg. E. Vers. 5.

Vers. 6. ἐμπυρισμὸν Casaub. cum Vrsin. & Aug. conf. cap. 1, 15. Mendose ἐμπειρισμὸν h. l. ed. 1. Reg. E. F. G. Ves. Tub. — *Ibid.* κατεσκευασμ. correxit Gron. & sic Aug. & Reg. E. Mendose κατασκευασμένης ed. 1. 2. cum cett. codd. Vers. 6.

Vers. 7. τοὺς αὐτοῦ στρατ. Casaub. cum Vrsin. Aug. Reg. E. τοὺς αὐτοὺς στρατ. ed. 1. Reg. F. G. Ves. perperam. Vers. 7.

Vers. 8. συνυπώπτευσε scripsimus cum augmento verbi. Mendose συνεπόπτευσε ed. 1. cum msstis. συνυπόπτευ- Vers. 8.

Verſ. 8. ὑπόπτευσε correxit Caſaub. quod & ipſum teneri poterat, abſque augmento. Ceterum υπ & επ in msstis facillime confunduntur, ob ſimillimum ſcripturæ nexum. Caſauboni emendationem confirmat id quod mox ſequitur, ἀνυπονοήτως.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ἀκμὴν ἔτι. Nil impedit, quo minus has particulas conjunctas ſic a Polybio fuiſſe putemus, ſicut XV. 6, 6. nec opus eſt ut cum Wittero ad Thomam Mag. p. 379. eliminandam partic. ἔτι ſtatuamus.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. περικαταληφθέντες ſcripſimus cum Med. Reg. E. & Reg. G. Idque ipſum perſpecte cum Gronovio viderat Reiſhius, exponens *undique deprehenſi & oppreſſi, ut effugere nequirent.* vide XV. 9, 10. XVI. 2, 8. Idem verbum Polybio reſtituimus IV. 63, 10. Hoc loco mendoſe ed. 1. cum Aug. Reg. F. Veſ. Tub. (putamus & cum Med. & Vrb.) dederat περικαταλειφθέντες, ex quo Caſaubonus ſua auctoritate τῷ πυρὶ καταλειφθέντες fecit; idque rurſus in τῷ πυρὶ καταληφθέντες mutavit Gronov. quod ipſum tenuit Erneſtus. — *Ibid.* κατεπρήσθησαν, κατεμπρήσθησαν Reg. F. Tub. — *Ibid.* πάντες εἰς τούς. εἰς omiſerunt Reg. F. G. Veſont. — *Ibid.* γινώσκοντες ſcripſimus cum Aug. Reg. E. F. G. Veſont. & ſic ſolet Polybius. γιγνώσκοντες h. l. edd.

Cap. V. CAPVT V.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τῆς ἐξαιρομένης φλογὸς, *flammæ ſurſum ſe attollentis.* Sic oportuit. ἐξαίρω, non ἐξαιρέω, eſt *ſurſum tollo, excito.* Sic κονιορτὸν ἐξαιρόμενον III. 65, 4. Eodemque modo hic correctam vulgatam ſcripturam a Scaligero videmus. — *Ibid.* ἐξαυτῆς. Mendoſe ἐξ αὐτοῖς Reg. E.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἐνέβαλε. ἐνέβαλε Reg. E.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. αὐτόθεν εὐθέως. Interpoſito commate ſeparata hæc erant in ed. 1. 2. 3. & in msstis noſtris. Diſtinctionem ſuſtulit Erneſtus, monitus a REISKIO, docente „αὐτόθεν εὐθέως eſſe unam cohærentem neque divellendam

dam complexionem verborum, significantem *statim e vestigio.*" — Sic XI. 9, 6. & alibi. — *Ibid.* ἐκ τῆς τῶν πολεμίων ἐπιβουλῆς. — τῶν, quod deerat vulgo, inseruimus cum Med. & Reg. E. ἐπιβολῆς habet unus Reg. F. Vers. 5.

Vers. 7. ἵππων. Sic omnes recte dederunt vers. 10. — „Nam cur *equites* seorsim nominaret, & paullo post *viros*, quasi *viri* illi non essent, mediis interjectis *animalibus onerariis.* ἵπποι sunt *equi bellatores.* τὰ ὑποζύγια sunt *equi onerarii* aut *jugales*, item *muli, asini.*" REISKIVS. — Poterat addere, *boves.* Vers. 7.

Vers. 8. σύγχυσιν recte Casaub. cum Vrsin. & Aug. σύγχησιν Reg. E. G. σύσχυσιν ed. 1. Reg. F. Ves. Tub. Vers. 8.

Vers. 10. ἀτυχῶς. ἀτεχγῶς Reg. E. Vers. 10.

Vers. 12. Φόβου caret Reg. E. Vers. 12.

Vers. 13. ἱκανὸν ὄν. ἱκανὸν ἦν Scalig. Vers. 13.

Vers. 15. διειργασμένων. — „Forte νὴ Δί' εἰργασμένων." REISK. — Speciose, nec tamen vere. Nam & aliâs eodem verbo composito pro simplici utitur Noster; velut III. 73, 7. IV. 22, 1. Vers. 15.

CAPVT VI. Cap. VI.

Vers. 1. Οὐ μὴν ἀλλὰ &c. Ante hoc caput *signa hiatus* posuimus, Guilielmum Xylandrum secuti, qui ad oram versionis germanicæ perspecte monuit, deesse h. l. particulam aliquam narrationis, ex Livio supplendam. Nempe *numerum cæsorum* & pauca alia, quæ Livius habet lib. XXX. c. 6 sq. & Appian. Punic. c. 23 sq. prætermisit Epitomator. Confer mox ad vers. 2. — *Ibid.* ἐπιγενομένης recte Casaub. cum Vrsino. Mendose ἐπειγομένης ed. 1. cum msstis. Vers. 1.

Vers. 2. πιστεύων τῇ τῆς πόλεως ὀχυρότητι, *confisus oppidi munitione.* — „Cujusnam? Quo Hasdrubal se receperat. Sed videntur quædam explendæ narrationi rerum gestarum necessaria h. l. ab Epitomatore omissa esse." REISKIVS. — Livius XXX. 7. *Hasdrubal ex fuga, cum* Vers. 2.

 paucis,

paucis, Afrorum urbem proximam petierat. Ejus urbis nomen *Andam* prodidit Appianus Punic, cap. 24.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. διασεσωσμένων recte Caſaub. cum Reg. E. διεσωσμένων ed. 1. cum cett. codd. — *Ibid.* οὐκ ἐλάττους. Quo pacto ferri hoc poſſit, haud adparet. Alia ratio eſt cap. 7, 9. Ceterum in numero convenit Livius XXX. 6. nec diſſentit Appianus l. c.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἀφῆκε. ἐφῆκε Reg. E. male. — *Ibid.* ἐπανήκει. Poſſit fortaſſe ferri hoc, quoniam verbo ἥκω, in præſentis temporis forma, notione præteriti utuntur attici quidem inprimis ſcriptores, ſed & reliqui Græci. Vide Schol. Euripid. ad Hecub. vſ. 1. Quare & imperfectum ἧκον notione præteriti plusquamperfecti uſurpari ſolet, ut monuimus ad IV. 68, 4.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. παλιντρόπου recte Caſaub. cum Vrſ. & Aug. πάλιν τρόπου ed. 1. cum cett. codd.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τὴν ἄκραν τὴν πρὸς ἕω οὖσαν τῆς Ἰτύκης. Vulgatum προσοῦσαν aſteriſco, ut ſuſpectum, notaverat Caſaubonus, interpretatus *in colle qui Vticæ imminet.* Livius XXIX. 35. *Caſtra hiberna in promontorio,* [id græce ἄκρα eſt] *quod tenui jugo continenti adhærens, in aliquantum maris ſpatium extenditur, communit.* Ea caſtra ad poſteritatem etiam nobilitata ſunt, & nomen *caſtra Cornelia* vel *Corneliana* geſſerunt; quæ *ad orientem Vticæ* fuiſſe, ex ſcriptorum veterum teſtimoniis, a Cellario in Geogr. Antiq. lib. IV. c. 4. p. m. 154. collectis, ſatis adparet. Ab his diſtinguendus ille *collis,* cujus mentionem Polybius ſupra cap. 2, 3. fecit, qui magis verſus meridiem Vticæ ſitus fuiſſe videtur. — *Ibid.* ταῖς ναυτ. δυναμ. Articulum temere omiſſum a Caſaub. & ſeqq. reſtituimus ex ed. 1. & msſtis.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ὅσον οὐκ ἤδη. conf. ad II. 41, 14. & ad II. 4, 4. — *Ibid.* τελέως ἐκπλαγεῖς ἦσαν. Perſpecte ſic Vrſinus corrigere juſſit, cui obtemperavit Caſaub. τὸ δέος ἐκπλ. ed. 1. cum msſtis omnibus, præter Reg. E. qui propius ad veritatem τὸ δὲ ὡς ἐκπλ. habet. Literas

Λ & Δ

Λ & Δ jam sæpius confusas a librariis vidimus. Non placet Reiskius, *διὰ τὸ δέος* suspicans, quod vertit *metu exsternati*.

Vers. 10. *τῆς ἐν ἐκείνῳ.* *ἐν* perperam deest ed. 1, & Reg. F. G. Vers. 10.

Vers. 12. *πλησίον.* Firmare hanc Vrsini emendationem videtur Livius XXX. 7. nomen quidem oppidi tacens, sed ita scribens: *Syphax octo millium ferme inde spatio loco communito consedit.* Vrsini inventum improbavit Scaliger, vulgatam scripturam defendens, nescimus qua sententia; forsan *plurimum* vel *longissime* intellexit *non longius*, quemadmodum *minimum* vel *ad minimum* dicimus pro *non minus.* Potueras etiam suspicari *μετὰ πλείστων, cum maximo suorum numero.* — *Ibid.* *ἐπεκράτησεν* recte Casaub. cum Aug. & Reg. E. *ἐπεκράτησαν* ed. 1. Reg. F. G. Vesf. Vers. 12.

Vers. 13. *συνάψοντος* cum Scalig. correxit Casaub. *συνάψαντος* ed. 1. cum msstis. Vers. 13.

CAPUT VII. Cap. VII.

Vers. 1. Pro *τῶν Ῥωμαίων* temere & contra codicum omnium fidem habet *τῶν δυνάμεων* ed. 1. — *Ibid.* In *ἐγίγνετο* consentiunt edd. & mssti, præter Reg. E. in quo est *ἐγένετο.* — *Ibid.* *στρατιὰν* Casaub. & seqq. *στρατείαν* ed. 1. cum msstis, non male. conf. c. 10, 3. & c. 4, 4. — *Ibid.* *ἐξῆγε τὰς δυνάμεις*, scil. ex hibernis. Nam primo vere gesta erant ea, quæ modo exposita sunt. Vers. 1.

Vers. 2. *νείμας τὰ τῶν λαφύρων.* Codicum scripturam, *νείμας τῶν λαφύρων*, defendit REISKIVS. — „*νέμειν τῶν λαφύρων*, ait, est *prædæ partem distribuere.*“ — Paulo durior tamen & insolentior illa ellipsis videtur; & simpliciter Livius XXX. 7. *præda*, ait, *militibus concessa est.* Sed ad Reiskii sententiam videri potest Appianus accedere, Pun. 23. *ἀριστεῖα τῷ στρατῷ διεδίδου, καὶ τῶν λαφύρων τὰ ἀξιολογώτατα ἐς Ῥώμην ἔπεμπε.* conf. Vers. 2.

L 5 Polyb.

Verf. 2. Polyb. infra c. 10, 2. — *Ibid.* τοὺς ἐμπόρους. Cum ex ed. 1. & Aug. intellexiſſet REISKIVS, in libris eſſe τοὺς μὲν ἐμπόρους, hæc notavit ad hunc locum: „Videtur hic aliquid deeſſe, ad hanc fere ſententiam: τοὺς μὲν στρατιώτας προσηρτήσατο, *milites quidem ſibi obſtringebat;* vel etiam ἐπλούτιζε, *ditabat;* τοὺς δ' ἐμπόρους ἐξαπέστειλε λυσιτελῶς, *mercatores autem e caſtris domum redeuntes magno cum lucro abſolvit*, h. e. in cauſa erat, cur illi cum magno lucro poſſent caſtris excedere." —

Verf. 3. *Verſ.* 3. καλῆς γάρ. καλῆς γε Reg. E. perperam. — *Ibid.* τῆς ὑπὲρ τῶν ὅλων. ὑπὲρ deeſt vulgo, ſed opportune dedit Reg. E. & Med.

Verf. 5. *Verſ.* 5. ἐπέστησαν. Perperam ἀπέστησαν Reg. E.

Verf. 6. *Verſ.* 6. τῆς παιδίσκης. conf. ad cap. 1, 4. — *Ibid.* Ἀσδρούβου reſtituimus ex ed. 1. & msstis: eaque forma in genitivo caſu conſtanter utitur Polybius. Ἀσδρούβα Caſaub. ſua auctoritate. — *Ibid.* τοῦ στρατηγοῦ. Servandum duximus articulum, quem ex conject. adjecit Caſaub. cum ignorarent eum mssti & ed. 1. — *Ibid.* λιπαρούσης μένειν. Sic Caſaub. & ſeqq. cum Vrſino. οἶμαι, quod eſt in libris, defendit Reiſkius, hac ſententia, *ni fallor, ut conſentaneum eſt uxorem facere, ut muliebre ingenium decebat.* Sed tum καὶ, quod ſequitur, delendum eſſe monet.

Verf. 7. *Verſ.* 7. ἀπήγγελλον. Quis nunciavit? Non ipſi, putamus: ſed duces Poenorum, aut fama. Ita, niſi quid turbatum eſt, imperſonaliter accipiendum erit hoc verbum.

Verf. 9. *Verſ.* 9. περὶ τὰ Μεγάλα πεδία καλούμενα. Sic & Liv. XXX. 8. *in Magnos (ita vocant) campos.*

Cap. VIII.

CAPVT VIII.

Verf. 1. *Verſ.* 1. στρατόπεδον, εὐθέως. Mendoſe στρατοπέδευον ὁμοῦ τοῖς Νομάσι καὶ τοῖς εὐθέως Reg. F.G. Veſ. Tub. verbis nonnullis per errorem ex verſu præc. repetitis, quæ adeo in Regiis, ut mendoſa, punctis notantur.

Verſ.

Verf. 3. τῇ δ' ἑξῆς. τῆς δ' ἑξῆς ed. 1. invitis msstis. — *Ibid.* καὶ προθέμενος τοὺς ἱππέας, ἐν ἑπτὰ σταδίοις παρενέβαλε. Sic Vrb. & Reg. E. nisi quod præpositionem ἐν omittunt. Ceteri cum ed. 1. καὶ προθέμενος ἑπτὰ σταδίοις τοὺς ἱππέας, παρενέβαλε. Id tenuit Casaub. adjecta præpos. ἐν ante ἑπτὰ, & sic interpretatus est: *Postero die in campum degressus e tumulo aciem instruit, equitatu hosti objecto, & stadia septem ex eo loco antrorsum progredi jusso.* Sed quod sequitur, δύο δὲ τὰς κατὰ πόδας ἡμέρας, μείναντες, satis indicat, verbum παρενέβαλε nunc non *aciem instruxit* significare, sed *castra locavit:* quod quoniam tam exiguo ab hoste intervallo fecit Scipio, necesse erat, ut, dum figerentur tentoria, *equitatum hosti opponeret.* Recte vero ἐν præpositio adjecta a Casaubono est. conf. Adnot. ad I. 39, 12. & loca ibi citata, quibus plurima alia adjici possunt, v. c. XV. 7, 3. &c. In Reg. F. G. Ves. post ἑπτὰ σταδίοις τοὺς ἱππέας imperite denuo repetitur τοὺς ἱππέας (sic) παρενέβαλε. Verf. 3.

Verf. 5. In veram scripturam σημαίας nunc consentiunt omnes, qui aliàs plerumque σημείας scribere consueverunt. — *Ibid.* ταύτας scribendum monuerat etiam Reiskius, sed de adjiciendo artic. τὰς nil notavit. — *Ibid.* πριγκίπων correxit Casaub. Mendose h. l. πριγκιπίων aut πριγκηπίων mssti cum ed. 1. Vide ad vs. 10. Verf. 5.

Verf. 7. ταῖς τῶν Ῥωμ. σπείραις. ταῖς perperam deest Reg. F. G. Ves. Tub. In lat. versione, pro *ex adverso cohortium Romanarum*, scribe *manipulorum Romanorum.* Est enim idem σπεῖρα, atque σημαία vers. 5. Conf. ad XI. 23, 1. Verf. 7.

Verf. 9. Verba διὰ τὴν ἀπειρίαν usque κρατηθέντες perperam desunt Regiis, Ves. Tub. — *Ibid.* ζωγρείᾳ. ζωγρίᾳ Reg. E. rectius. Vide ad I. 7, 11. — *Ibid.* τὴν ἀθεσίαν τὴν εἰς τὸν Πόπλιον. ἀθεσία εἰς τὸν πόλεμον verba sunt sine sensu. Πόπλιον scripsisse Polybium, satis indicat quod sequitur οὐδὲν γὰρ πολέμιον πεπονθότες ὑπ' αὐτοῦ. Consentit Livius XXX. 8. *neque spes veniæ a Scipio-* Verf. 9.

Scipione erat, quem bene meritum de se &c. Eamdem emendationem Scaliger jam propofuerat.

Verf. 10. *Verf.* 10. Recte συμμαχήσοντας Cafaub. cum Aug. & Reg. E. συμμαχήσαντες ed. 1. Reg. F. G. Vefont.

Verf. 11. *Verf.* 11. κλῖναι recte Reg. E. Vulgo κλίναι edd. cum Aug. & aliis. — *Ibid.* πριγκίπων recte Cafaub. cum Reg. E. F. G. Vefont. πριγκείπων ed. 1. πριγκήπων Aug. conf. vf. 5.

Verf. 12. *Verf.* 12. μεγάλην παρασχόμενοι χρείαν. Quum μεγάλην παρ' ὅλην παρασχομ. χρείαν dent codices, fufpicati eramus, fortaffe μεγάλην καὶ ὅλην fcripfiffe Polybium, ut ὅλη χρεία idem valeat ac ὁλοσχερὴς χρεία; id eft, *maximi momenti opera, opera quæ ad ipfam rei fummam plurimum contulit:* cum quo conferri poterit illa dictio ἡ ὅλη εὔνοια, i. q. ὁλοσχερὴς εὔνοια I. 14, 3. Quod παρὰ pro καὶ fcripferunt librarii, inde oriri potuit, quod ad vicinum verbum παρασχόμενοι aberrarunt. Ceterum ad παρ' ὅλην intelligere τὴν πρᾶξιν, id quidem durius utique videtur: &, ea fi fententia fuit Polybii, adjecta ab ipfo fuiffe hæc verba τὴν πρᾶξιν neceffe eft, & librariorum errore omiffa.

Verf. 14. *Verf.* 14. γενομένης. γινομένης unus Reg. E.

Cap. IX.

CAPUT IX.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἔθετο. ἔθεντο Reg. E.

Verf. 2. *Verf.* 2. τῆς δυνάμεως μένειν. τῆς δυνάμεως αὐτοῦ μένειν fuaferat Reifkius. Sed non opus eft αὐτοῦ, quod etiam incommodum videtur: non enim *eodem loco* manet qui oppida circumcirca obit. — *Ibid.* τῶν Ῥωμαίων στρατοπέδων. Ῥωμαϊκῶν fcribere juffit Gronov. in Notis editis; cui lubentes obtemperaffemus, fi in tempore advertiffemus animum. — *Ibid.* τοῖς περὶ τὸν Σύφακα. τὸν caret Reg. E.

Verf. 4. *Verf.* 4. ἐθελοντί. Utroque, ἐθελοντὶ & ἐθελοντὴν, promifcue utitur Polybius. — *Ibid.* διὰ τὸν φόβον. Livium fi fequaris, legendum fuerit αἱ δὲ διὰ τὸν φόβον.

Sic

Sic enim ille XXX. 9. *partim spe, (ἐθελοντὶ) partim metu, (διὰ τὸν φόβον) partim vi subegit.* — *Ibid.* ἐξ ἐφόδου. πολιορκῶν ἢ ἐξ ἐφόδου voluit REISKIVS: „Diversa hæc sunt (ait) urbem *ex obsidione*, & *ex insultu primo* atque ipso adventus sui terrore capere; utrumque tamen fit κατὰ κράτος." — Eamdem olim sententiam Casaubono fuisse, (inserendam nempe h. l. particulam ἢ,) ex ora Basil. intelligimus. At πολιορκεῖν non est *obsidere*, sed *oppugnare*: & potest *oppugnatio* fieri ἐξ ἐφόδου, absque *obsidione*; nec facile intelligitur, quo pacto *per vim* (κατὰ κράτος) capi urbs *absque oppugnatione quadam* possit. Quare bene habet vulgata. — *Ibid.* κατὰ κράτος ἧρει. Cum ἦρε esset editum (non ἧρε) consentientibus msstis, REISKIVS — „Vtrumque, ait, dicitur αἱρεῖν πόλιν & αἵρειν. Quia tamen illud est usitatius, malimus h. l. ἥρει." — At hoc non usitatius modo est, sed sic constanter scribit Polybius. Vers. 4.

Vers. 5. ἅτε συνεχῶς ἐγκείμενα ταῖς κακοπαθείαις. Casaubonus, *continuis laboribus vexati.* Sic & Ernestus in Lexico Polyb. ἐγκεῖσθαι κακοπαθείαις, *vexari calamitatibus.* Sed nobis quidem etiam atque etiam dubitare subit, an inesse verbo ἐγκεῖσθαι vis illa possit; exempla certe istius usus desideramus: & quoniam in libris omnibus est συνεχῶς τε ἐγκείμενα, adparet quidem, ad nihil referri illam particulam τε, adeoque falso hic esse positam, quare & delendam judicaveramus; sed doctioribus viris & ingeniosioribus cogitandum relinquimus, aliudne verbum, & quodnam, lateat in illis τε ἐγκείμενα. Vers. 5.

Vers. 6. τηλικαύτῃ πληγῇ περιπεπτωκότων. Necessario compositum verbum requirebatur; & hoc περιπίπτειν in ejusmodi connexione præ ceteris amat Polybius. Reiskius συμπεπτωκότων aut κατεπτηχότων suaserat. Vers. 6.

Vers. 7. ἤδη πλεῖν. ἤδη μὲν πλεῖν editio Casaub. & seqq. invitis msstis, temere repetita particula μὲν, quæ Vers. 7.

paucis

paucis ante verbis suo stat loco. — *Ibid.* τοὺς τὴν Ἰτύκην. Carent τὴν Reg. F. G. Vef. Tub.

Verf. 8. *Verf.* 8. ἐπί τε τὸν Ἀννίβαν. Sic quidem omnes. Sed necessario requiri videtur ἐπὶ δὲ, ut hoc δὲ respondeat illi μὲν, in ταῖς μὲν ναυσίν. Nempe illa *navibus* adeoque *mari* tentanda esse suadebant, hoc nunc in continenti tentandum. Ad illud μὲν, in οἱ μὲν ἀνδρωδέστατοι, (verf. 7. init.) refertur istud δὲ verf. 9. τινὲς δέ.

Cap. X.

CAPUT X.

Verf. 1. *Verf.* 1. Verba δὲ τούτων desunt Reg. F. G. Vesont. — *Ibid.* προῆγον correxit Casaub. προσῆγον ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* περὶ τῶν. παρὰ τῶν Reg. E. Tum idem ἐβούλοντο pro ἐβουλεύοντο.

Verf. 3. — *Verf.* 3. In στρατείαν nunc consentiunt omnes, nec mutavit Casaub. conf. c. 4, 4. & c. 7, 1. & Adnot. ad I. 9, 3. XII. 5, 2. &c. — *Ibid.* Τύνητι correxit Casaub. Τύννητι ed. 1. cum msstis; & sic mox rursus Τύννητα, & Τύννης. — *Ibid.* κατάστρατοπ. Suidas in Σύνοψις. — *Ibid.* Dativus τοῖς Καρχηδονίοις pendet a dictione ἐν συνόψει.

Verf. 4. *Verf.* 4. ἑτοίμας ἔχοντες. ἑτοίμως Reg. E. sed superscr. ἑτοίμας eadem manu. — *Ibid.* ἐγίγνοντο πρὸς ἀναγωγῇ καὶ τοῖς προκειμένοις. Quum πρὸς ἀναγωγὴν vulgo darent omnes, nil erat quo referretur dativus τοῖς προκειμένοις, quare ἀκολούθως τοῖς προκειμένοις suspicatus erat Reiskius. Sed expeditior utique certiorque erat nostra emendatio. Promiscue enim γίγνεσθαι πρός τι & πρός τινι usurpat Polybius aliique græci scriptores. Conf. ad I. 26, 3. — *Ibid.* κατέλαβε. Perperam κατέβαλε Reg. F. G. Vef.

Verf. 5. *Verf.* 5. ἀπέχει ex Casauboni emendatione est. ἀπεῖχε ed. 1. cum msstis, quod & ipsum teneri fortasse potuerat. — *Ibid.* ὡς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους. Consentit Livius: *quindecim millia ferme passuum.* Constanter *octo stadia* pro *mille passibus* numerat Polybius.

Verf.

Verſ. 6. *ἀνήγοντο ταῖς ναυσίν. Centum navibus* Hamilcarum, claſſis præfectum, egreſſum contra Romanos eſſe, Appianus ſcribit, Punic. c. 24. Verſ. 6.

Verſ. 7. *περὶ τὸ σφέτερον αὐτῶν ναυτικόν.* Articulum *τὸ* ex conject. inſeruit Caſaub. cum ignoraret eum ed. 1. & mssti. *αὐτῶν* oportebat, ſcil. *Ῥωμαίων.* Et eodem modo etiam a Scaligero videmus emendatum. Literam finalem abſorpſit prima litera vocis ſequentis. Verſ. 7.

Verſ. 9. *πρὸς μὲν τὰς ἐξαιρέσεις καὶ προσαγωγὰς τῶν ὀργάνων.* Mire Caſaubonus: *ad removenda quidem aut admovenda tormenta.* Imo vero *ἐξαίρεσις τῶν ὀργάνων* eſt *erectio* operum, *excitatio machinarum oppugnationi inſervientium.* Sic *ἐξαίροντες τοὺς κόρακας* I. 22, 8. — *Ibid.* *πολιορκίαν* recte Caſaub. cum Aug. & Reg. E. *πολιορκείαν* ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* *ἐξηρτυμένας* recte idem, cum Aug. *ἐξυρτημένας* ed. 1. Reg. F. Veſ. Tub. *ἐξηρτημένας* Reg. E. F. — *Ibid.* *κατηρτισμένον.* *κατηρτησμ.* Reg. E. F. Verſ. 9.

Verſ. 10. *συνορμήσας δὲ τὰς καταφράκτους νῆας, roſtratas naves ſubduxit.* *συνορμίσας* ſcribi debuit, ut monuit Reiſkius, licet in vulgatum libri conſentiant omnes. *συνορμεῖν* enim neutraliter, *eſſe in ſtatione,* ſignificat; *συνορμίζειν,* active, *ſubducere in ſtationem, ad terram adpellere,* nonnumquam etiam *in ipſam terram, in navale, in ſiccum ſubducere.* vide III. 96, 14. V. 3, 5. V. 101, 1. & ibi Adnot. Livius de hac re agens XXX. 10. *Scipio,* ait, *contra quam in navali certamine ſolet, roſtratis in poſtremam aciem receptis prope terram, onerariarum quadruplicem ordinem, pro muro, adverſus hoſtem oppoſuit.* — *Ibid.* *φορτηγούς.* *φορτίδας* Reg. E. Verſ. 10.

Verſ. 11. Cum in *κἄπειτα* vulgo, abrupta oratione, deſinerent edd. & mssti, hæc ad h. l. ſcripſit GRONOVIUS in Notis ineditis: „Niſi nimis bene de me ſentio, videor mihi hic ſuppleviſſe Polybium ex fragmento apud Suidam in *Κεραία,* hoc modo: *κἄπειτα καθελόμενος τοὺς ἱστοὺς καὶ τὰς κεραίας, ἔζευξε τούτοις αὐτὰς βιαίως.* Id Verſ. 11.

odoratus

Verf. 11. odoratus fum ex verbis, quæ Livius hoc loco Polybium vertens adhibuit lib. XXX. c. 10. *easque ipsas* (onerarias) *malis antennisque de nave in navem trajectis, ac validis funibus velut uno inter se vinculo inligatis, comprendit.*" — Isto fegmento augendum Polybium, ab eodem Iac. Gronovio in Notis etiam ad Livium editis monitum videmus. Sed ecce, aliud infuper fegmentum, quod proxime cum verbis modo prolatis cohæret, offert idem Suidas in Ὑπηρετικοῖς, (nam fic fcribendum pro mendofo Ὑπειρετικοῖς, conf. XIII. 12, 7.) his verbis: *βραχὺ διάστημα ποιῶν, ὥστε ὑπηρετικοῖς (πλοίοις) ἐκπλεῖν δύνασθαι καὶ διαπλεῖν.* Livius l. c. fic pergit: *tabulasque superstravit, ut pervium ordinem faceret; & sub ipsis pontibus intervalla fecit, qua procurrere speculatoriæ naves in hostem, ac tuto recipi possent.* Confer Spicilegium noftrum Reliquiarum ex Polybii lib. XIV. Tomo V. p. 39 fq. Pro διαπλεῖν fortaffe διεκπλεῖν fcripfit Polybius, ut I. 51, 9. XVI. 4, 10. De tota autem hac narratione confer Appian. in Punic. c. 25. qui quidem in nonnullis momentis a Polybio Livioque diffentit.

Cap. XI.

CAPVT XI.

Verf. 1. *Verf.* 1. Φίλωνα. De *Philone* isto confer Reliquias libri XV. cap. 30, 5. & præfertim cap. 33, 2. quem locum refpexiffe videri Athenæus poteft: fed nihil impedit, quo minus credamus, de eodem homine jam hoc libro locutum Polybium, ubi certe de *Agathocle* fuit dicendi locus, fodali & fupremo regni adminiftro Ptolemæi Philopat. qui hoc anno 551 diem obiit fupremum. De *Agathocle*, & ejus matre *Oenanthe*, confer XV. 25 fqq. & Iuftin. XXX. 2. In verfione noftra Latina, verba *Excerpt. Valesian.* per typothetæ errorem huic capiti præfixa funt, cum in fronte capitis 12. poni debuerint.

Verf. 4. *Verf.* 4. Vocabulum *δεικτηριάδων* unde acceperit Cafaubonus pro *δεικσαριάδων*, quod ante eum fuerat editum, non magis ipfe nos docet, quam Athenæi interpres

pres Dalechampius declaravit, unde didicerit, *Deicſariadas* ab Alexandrinis vulgo vocata eſſe proſtibula & viliſſimas meretrices. Hoc videmus, Vrſinum in Polybii Fragmentis p. 233. ubi cum veteribus Athenæi editionibus δεικσαριάδων in contextu poſuit, in ora libri δηκτηριάδων notaſſe, tamquam veteris cujuſdam codicis ſcripturam. Verſ. 4.

Verſ. 5. Ἀγαθόκλεια. *Agathoclea*, Agathoclis illius ſoror, de quo verſ. 1. dictum eſt. Vide Polyb. XV. 26. & mox ad c. 12, 3. Verſ. 5.

CAPVT XII. Cap. XII.

In Eclogis de Virtutibus & Vitiis conſervatum hoc fragmentum eſt, quare in *Verſione Latina* præfigi huic capiti verba illa debuerant *Excerpt. Valeſian.* quæ per typothetæ errorem præfixa ſunt capiti præcedenti. Ceterum, ad librum XIV. pertinuiſſe hanc eclogam, intelligi ait VALESIVS ex fragmentis libri XIV. ex Athenæo collectis, in quibus de ſecta ac moribus *Ptolemæi Philopatoris* agitur, cujus hiſtoriam, a libro quinto intermiſſam, nunc demum repetit Polybius.

Verſ. 1. Εἶεν δέ τινες ἐπαπορoῦντες. Sic forte legendum, ait Valeſius: id vero recepimus, cum commodius nihil ſuccurreret, & tamen manifeſte corruptum eſſet id quod ex cod. Peireſc. vulgatum erat, Ὅσῳ δέ τινες ἐπαπορoῦντες. Ἴσως δέ τινες ſuſpicatus erat Gronov. in Notis msstis; ubi provocat ad III. 57, 2. At ſic requireretur ἐπαπορoῦντές εἰσὶ vel εἶεν, aut ἐπαπορήσουσι, vel ἐπαπορήσαιεν. ὁρῶ δέ τινας ἐπαπορoῦντας conjecit Reiſkius. — *Ibid.* πράξεις - - - τὰς παραλλήλους. Eâdem ſententiâ XXVIII. 14, 11. τὰς κατ' ἀλλήλων πράξεις dicit. — *Ibid.* ἐν καιρῷ τῷ νῦν. Certius nihil in promtu habemus, nec vero ſic perſanatum locum putamus. Verſ. 1.

Verſ. 3. τὸν περὶ Κοίλην Συρίαν πόλεμον. — „Bellum intelligit, quod inter Antiochum Magnum Syriæ, & Ptolemæum Philopat. Aegypti regem geſtum eſt ob Sy- Verſ. 3.

Vers. 3. riam Coelen; quo bello victor Ptolemæus Antiochum ad Raphiam Syriæ oppidum profligavit, Olymp. CXL. anno 3. ut narrat Polyb. lib. V. In Prologo libri XXX Trogi Pompeji sic lego: *at, mortuo Ptolemæo Tryphone, filius ejus Philopator Antiochum regem vicit Raphiæ. Ipse amore Agathocleæ corruptus decessit.* In Polybio legi etiam posset, τὸν περὶ Κοίλης Συρίας πόλεμον.“ VALESIVS. — Sic τὸν ὑπὲρ Κοίλης Συρίας πόλεμον dicit V. 31, 1. III. 2, 4. Sed nec male περὶ Κοίλην Συρίαν, *bellum in Coelesyria gestum.* Sic V. 105, 3.

Vers. 4. *Vers.* 4. εἰς τὸν νῦν δεδηλωμένον πόλεμον. — „Bellum intelligo, quod Aegyptii, socordiam ac mollitiem regis gravati, ei intulerunt. Secunda enim ad Raphiam pugna elati, parere posthac regi dedignabantur, ducem dumtaxat & caput requirebant, idoneas sibi vires ad resistendum rati. Itaque brevi in apertam defectionem erupere, ut scribit Polybius in fine libri quinti.“ VALESIVS. — Vide lib. V. c. 107. τὰς περὶ τὴν Αἴγυπτον ταραχὰς vocat III. 2, 8.

Vers. 5. *Vers.* 5. Dele comma, quod post ἀναγινώσκουσιν nescimus quo pacto importune irrepsit.

Ibid. Ζήτει. ἐνέλειπε γὰρ φύλλα μή. — „Forte φύλλα β.ʹ ἢ γ.ʹ Incredibile enim est, octo seniones chartarum (tot enim sunt 48 *folia*) consumtos esse in uno illo sordido argumento, libidinibus Ptolemæi. Sufficit, & gravitate historici dignum est, duo aut tria folia iis describendis impendisse.“ REISKIVS.

Ibid. καὶ Ἀρσινόης. — „Hæc, moribus Aegyptiorum, eadem soror atque uxor fuit Philopatoris; quam Philopator post partam de Antiocho victoriam, misso cum percussoribus Philammone, interfecit, ut scribit Polybius lib. XV. in fine, [cap. 33.] & Iustinus lib. XXX. [c. 1.] apud quem perperam Eurydice scribitur.“ VALESIVS.

ADNO-

ADNOTATIONES
AD
POLYBII HISTORIARVM
LIBRI XV.
RELIQVIAS.

Lib. XV.

CAPVT I.

Cap. I.

Verſ. 1. Quæ ante hanc narrationem prætermiſit Epitomator, ſuppleri ex Livio poſſunt, lib. XXX. c. 11-24. & ex Appiani Punicis c. 26 - 34. Scilicet Poeni, dum, revocato ex Italia Hannibale, per legatos Romam miſſos de pace agebant, ducentas interim naves onerarias, quæ, cum Scipioni advehere commeatum deberent, vi tempeſtatis ad oram ditionis Carthaginenſis erant delatæ, cum ipſo commeatu ſuam in poteſtatem redactas Carthaginem abduxerant. — *Ibid.* ἐπὶ τῷ. Mendoſe ἐπὶ τῶν Reg. E. quod eo notandum, quoniam ſæpe iſta confunduntur, per compendium ſcripta. — *Ibid.* παρηρῆσθαι recte Caſaub. cum Reg. E. παρῃρεῖσθαι ed. 1. cum cett. codd. omnibus. Verſ. 1.

Verſ. 3. Λεύκιον Σέργιον καὶ Λεύκιον Βαίβιον. Cum Λεύκιον Σερούϊον καὶ Λεύκιον Σέιτιον vulgo eſſet editum, & Caſaubonus in græcis inter Λεύκιον & Σερούϊον, itemque inter Λεύκιον & Σέιτιον *aſteriſcum* interpoſuiſſet, in latina vero verſione *L. Servilium*, *L. Bæbium* ſcripſiſſet, ſic ad h. l. commentatus eſt GRONOVIUS: „Nec aſteriſci placent, nec talis interpretatio. Non enim *Lucium Bæbium*, ſed *Marcum* vocat Livius XXX. 25. tum nec *L. Servilium*, ſed *L. Sergium*. Ergo ſcribe Λεύκιον Σέργιον, Verſ. 3.

Verſ. 3. γιον, qui tralaticius error. Pro ſecundo forte ſcripſit Λεύκιον Σέντιον, in quo Livius alios auctores ſecutus fuerit; etſi *Bæbium* in caſtris Scipionis etiam infra nominet." — *Bæbium* commemorat noſter cap. 4, 1. ubi quidem mendoſe Βαίβιαν dant codd. mssti cum ed. 1. Bæbio autem *Lucii* prænomen apud Livium, ex uno vet. codice Sigonii ademtum, ex vetuſtis editionibus & ceteris omnibus codicibus Livianis, jam pridem reſtitutum eſt. Ceterum confer Drakenborch. ad Liv. l. c. Sed particulam καὶ, inter Σέργιον (vel Σερούϊον) & Λεύκιον, facile abeſſe patiamur, quam non agnoſcunt ed. 1, Med. Aug. Reg. F. G. Veſont. & inſeruit Caſaubonus, neſcimus unde: habet eamdem tamen & codex noſter Reg. E.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἀπαχθεντες. Videri poterat ἐπαχθέντες vel εἰσαχθέντες legendum, ſed nihil mutamus; præſertim cum dicat e ſenatu ad populum eſſe ductos.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Τύνητα. Rurſus Τύννητα ed. 1. cum msstis, ut libro ſuperiori. — *Ibid.* τοῖς θεοῖς σπείσαιντο. Cum Vrſino hoc correxit Caſaub. τοὺς θεοὺς ed. 1. cum msstis: quod ſi ſequimur, legendum erit τοὺς θεοὺς ἀσπάσαιντο, ut monuit Reiſkius. — *Ibid.* προσκυνήσαιεν. Liv. XXX. 16. *more adulantium procubuerunt.*

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τῶν ἐν τῷ συνεδρίῳ. Sic bene Aug. Reg. E. & Vrſin. καταΦιλοῖ ἐν τῷ συνεδρίῳ ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Hinc καταΦιλοῖεν τῷ συνεδρίῳ ed. Caſaub. & ſeqq. — *Ibid.* ὡς κατηγορήσαιεν. Abeſſe hoc loco poterat particula ὡς, ſed ferri etiam poteſt, debetque, cum in eam conſentiant libri.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. τὸν αὐτὸν ex msstis & ed. 1. reſtituimus. Temere articulum τὸν omiſit Caſaub.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. εἶναι δῆλον recte Caſaub. cum Aug. Reg. E. & Vrb. εἰ δῆλον ed. 1. Med. Reg. F. G. Veſ.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. ὅτι ἐκεῖνοι. Temere ὅτ' ἐκεῖνοι ed. 1.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. εἰ καί. Perperam deeſt εἰ Reg. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* νενικηκότες τοὺς ἐκεῖ παρῆσαν. νενικηκότες τοὺς παρῆσαν ed. 1. Aug. Reg. F. G. Veſ. Tub. & cod. Vrſin. Hinc τοὺς delere juſſit Vrſinus, cui obtemperavit Caſaub.

faub. Acute vero Reifkius odoratus eft, ad τοὺς excidiffe fortaffe vocem ἐκεῖ. Et fic plane (τοὺς ἐκεῖ) uederunt Vrb. Med. & Reg. E. — *Ibid.* ὑμᾶς ἤδη. Mendofe ἡμᾶς ἤδη Reg. E. — *Ibid.* ἀμφιδόξους recte Cafaub. & feqq. cum Vrb. & Reg. E. ἀναμφιδόξους ed. 1. Med. Aug. Reg. F. G. Vef. — *Ibid.* ἔδει ex conject. correxit Cafaub. δεῖ ed. 1. cum msstis. Verf. 12.

Verf. 13. ἐπικαλέσεσθε bene Cafaub. ἐπικαλέσεσθαι Reg. E. ἐπικαλέσασθαι ed. 1. cum cett. codd. Et omnes perperam mox ἐπισπάσασθαι, pro ἐπισπάσεσθε, quod debetur eidem Cafaubono. — *Ibid.* ἔφη. — „fcil. legatus verba faciens unus nomine omnium. Supra [verf. 8.] ἔφασαν dixerat. Perinde eft: quod unus facit pro omnibus, id omnes feciffe putantur.“ REISKIVS. Verf. 13.

CAPVT II. Cap. II.

Verf. 2. τῶν πολιτευομένων bene edd. correctum fic (putamus) a primo editore ex verf. 4. ubi in hoc confentiunt omnes. Ceterum cum οἱ πολιτευόμενοι ita diftinguantur, ut fit hoc loco, a τοῖς βουλευομένοις, intelligitur, illos effe *principes civitatis*, & *fummos magiftratus*; hos, minores magiftratus, qui concilio intererant. Verf. 2.

Verf. 6. ἐπαναχθέντα ταῦτα καταποντίσῃ τοὺς πρεσβευτάς. — „ἐπαναχθέντας. Redit enim ad legatos: *revertentes in caftra fua.*“ REISKIVS. — At ἐπαναχθέντας, ad legatos relatum, non fignificaverit *revertentes*, fed *reverfos*; quod alienum eft. Sicut vero ἀνάγεσθαι vulgatiffimo verbo dicitur navis, cum *folvit a terra*, cum *evehitur in altum*; fic ἐπανάγεσθαι eft *evehi adverfus hoftem*, *invehi in hoftem*, ut I. 20, 15. & mox hoc eodem cap. vf. 12. Verf. 6.

Verf. 8. ἐντειλάμενοι τοῖς cum Vrf. correxit Cafaub. Mendofe τοὺς ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* ἐὰν παραλλάξ. Ferri poffe ὡς ἐὰν, monuerat jam Reifkius. Recte: confer quæ notavimus ad XII. 23, 7. Quare reftituenda Polybio fuerit illa particula, quia omnes eam codices agnofcunt, quam fua auctoritate deleverat Cafaubonus. — *Ibid.* Verf. 8.

Verſ. 8. τὸν Βάκραν ποταμόν. Livius XXX. 25. *Bagradam fluvium.* Quod ſi quis vero librorum ſcripturam Μάκραν reſtitutam cupit, minime nos quidem refragabimur, ut jam declaravimus ad I. 75, 5. Confer quæ notarunt interpretes Livii l. c. — *Ibid.* ἀποπλεῖν. ἀποπλέειν Reg. E.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. τὴν τῶν ἐναντ. παρεμβ. τὴν deeſt ed. 1. Reg. F. G. Veſ.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. Λεύκιον. Λούκιον h. l. Aug. Reg. E. F. G. Veſ. Tub.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. τρισὶ τριήρεσι. Tres *quadriremes* habet Livius. — *Ibid.* ἐξ ὑποβολῆς. Sic edd. neſcimus an ex cod. msto. Noſtri certe omnes Aug. Vrb. Reg. E. F. G. Vrſin. Veſ. Tub. ἐξ ὑπερβολῆς habent; quod defenderit fortaſſe aliquis, *trajectum* interpretando ὑπερβολήν, qua notione accipitur X. 1, 8. Sed verum videtur vulgatum: quod duobus modis intelligi poteſt; ſive *ex præſcripto & mandato*, ut ait Reiſkius, aut, *ſicut moniti erant*, qua notione idem vocabulum ὑποβολή pro vulgato ὑπερβολή Polybio reſtituimus IX. 24, 3. ubi vide notata, & confer notata ad II. 7, 7. ſive *ex inſidiis*, quemadmodum rectiſſime (ut nobis quidem videtur) hoc loco Caſaubonus interpretatus eſt; qua notione idem vocaculum ὑποβολή haud dubie uſurpavit Polyb. V. 105, 1. eademque notione eidem illud reſtituimus V. 104, 4. cum ibi pariter, ut hoc loco, in ὑπερβολή corruptum fuiſſet.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. ἐκ παραβολῆς. Pertinet huc, quod de eadem dictione a Diodoro Siculo XIV. 60. uſurpata WESSELINGIVS monuit: „Diceres, ἐκ παραβολῆς idem eſſe ac παραβόλως, *audacter & maximo cum periculo*, niſi ſequentia commiſſas arte inter ſe naves expoſtularent.“ — Quamnam vero potiſſimum vim ei dictioni ſubjectam putaverit, non declaravit vir doctiſſimus. Apud Diodorum verba τῶν κυβερνητῶν ἐκ παραβολῆς τὸν ἀγῶνα συνισταμένων interpres vertit: *cum gubernatores ex propinquo naves inter ſe committerent.* Caſaubonus, ἐκ παραβολῆς προσμαχόμενοι, *latera petentes*; eodemque modo Reiſkius ἐκ παραβολῆς

παραβολῆς, a latere. Quod si Diodori locum considera- Verſ. 13.
veris, intelliges, putamus, utramque notionem esse conjungendam, & παραβολὴν distingui a τῇ ἐμβολῇ; hanc fieri, cum *navis ex aliquo intervallo in alteram incurrens, rostro eam petit;* illam, cum *navis navi hostili a latere quam proxime fieri potest admovetur.* Apud Polyb. II. 10, 3. παραβάλλοντες τοὺς λέμβους πλαγίους, est *lembos obliquos navibus hostilibus objicientes.* Paulo latius patet παραβάλλειν τῇ νηΐ, hoc cap. verſ. 12. & I. 22, 9. id nempe est *quacumque ratione impetum facere in navem hostilem,* sive *rostro,* ut supra verſ. 12. sive *latus lateri admovendo,* ut I. 22, 9. Ernestum probare non possumus, ἐκ παραβολῆς interpretantem *impetu directo & adverso.*

Verſ. 15. ἐξεσώθησαν. Sic in vetere suo cod. fuisse Verſ. 15.
ait Vrsinus: quod si ita fuit, non videmus, cur ex ingenio ἐσώθησαν, simplici verbo, legendum contendat. Ex nostris codicibus unus Reg. E. ad verum proxime accedit, ἐξεσώσθησαν exhibens; ceteri omnes mendose ἐξεώσθησαν cum ed. 1. ἐξώσθησαν Reg. G.

CAPVT III. Cap. III.

Verſ. 1. τῆς πρόσθεν. τοῦ πρόσθεν malimus. Verſ. 1.

Verſ. 2. πρὸς τὸ περιγενέσθαι τῶν Καρχ. Sic Verſ. 2.
recte Casaub. & sic in veteri suo libro fuisse testatur Vrsinus; quod si ita fuit, nil amplius erat quaerendum, & temere fecit idem Vrsinus, quod ὑπεργενέσθαι scribere jussit. Mendose πρὸς τὸ γενέσθαι codices nostri omnes cum ed. 1. — *Ibid.* συνιδόντες σφίσι τὰ πεπραγμένα, *conscii sibi factorum.* Vtique συνειδότες ista notione cum aliâs rectius est, tum Polybio usitatius: sed in eamdem formam, quam h. l. probatiores codices praeferebant, consentiunt omnes V. 11, 8.

Verſ. 3. τῆς ἐξ ἀμφοῖν παραστάσεως. Sic codices no- Verſ. 3.
stri ad unum omnes cum ed. 1. quod, quoniam non solum ferri poterat, ut monuit Reiskius, verum etiam stylo Polybiano est consentaneum, restitui auctori debuit. Par-

 ticulam

Verf. 3. ticulam ἐξ sua auctoritate deleverat Casaubonus. Vide I. 81, 6. II. 40, 5. & Adnot. ad IV. 50, 4. & ad IX. 29, 7. — *Ibid.* μάχῃ κρίνεσθαι recte Casaub. cum Vrsin. & Reg. E. Mendose μάχης ed. 1. Aug. Reg. F. G. Ves.

Verf. 5. *Verf.* 5. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον. Ante hæc verba lacunæ signum inseruit vetus interpres germanicus. Nec tamen quidquam videtur deesse. De Hannibalis in Africam reditu in superioribus verba jam fecisse scriptorem, intelligi videtur ex cap. 1, 10. nempe Hannibalis mentio facienda in rebus Italiæ fuit, a quarum rerum expositione historiam cujusque anni incipere Polybius consuevit. — *Ibid.* πρός τινα Νομάδα Τυχαῖον. Fortasse idem hic est, quem τὸν δυνάστην τῶν Νομάδων τῶν καλουμένων Ἀρεακιδῶν dicit Appianus Punic. c. 33. — *Ibid.* κατὰ τὴν Λιβύην. τὴν articulum, qui aberat vulgo, adjecimus cum Aug. Reg. E. F. G. Ves. Tub.

Verf. 9. *Verf.* 9. Μασσανάσσου, & cap. 4, 2. Μασσανάσσην, & c. 4, 6. Μασσανάσσης, & sic porro, tenuimus ex ed. Casaub. & seqq. cum quibus constanter consentit Reg. E. Contra Μασσανασσοῦ, Μασσανασσῆν, Μασσανασσῆς perpetuo dant ceteri nostri codices cum ed. 1. hoc libro, ut libro superiori.

Cap. IV. CAPVT IV.

„Inter tertium & quartum caput videntur plura intercidisse." REISKIVS. — Nos quidem, Livianam narrationem cum Polybiana conferentes, nihil invenimus apud Livium, quod hic desideretur. Conf. notata ad cap. 3, 5.

Verf. 1. *Verf.* 1. Βαίβιον. Mendose Βαίβιαν ed. 1. cum msstis nostris; & sic rursus iidem ὁ Βαίβιας vers. 6. pro ὁ Βαίβιος: sed in τῷ Βαιβίῳ vers. 9. consentiunt omnes. conf. ad cap. 1, 4. — *Ibid.* ἐπεπορεύετο perspecte correxit Casaub. ἐπορεύετο dant scripti libri omnes, quod in ἐπορθεύετο mutavit editor Basileensis. conf. ad cap. 5, 1. De verbo ἐπιπορεύεσθαι vide Lexic. Polyb. & Adnot. ad I. 30, 4. & ad II. 52, 1.

Verf.

Verf. 2. ἐθελοντὴν Cafaub. & feqq. Mendofe ἐθελοντῇ ed. 1. Med. Aug. Reg. F. G. Vef. Tub. quod ex ἐθελοντὶ corruptum effe poteft, quo fæpius utitur nofter. (vid. XIV. 9, 4.) ἐθελοντῆν Reg. E. Verf. 2.

Verf. 3. ὡς πλείστην δύναμιν. δύναμιν ὡς πλείστην Reg. E. — *Ibid.* συνάπτειν αὐτῷ cum Vrfino correxit Cafaub. συνάπτειν αὐτὸν ed. 1. cum msstis; quod ferri poffit, αὐτὸν, *ipfum*, referendo ad Maffaniffam, & fubintelligendo αὐτῷ, *ad fe*, fcil. Scipionem. Verf. 3.

Verf. 4. ἀΦώρμησε. Adparet fufpenfam & fubito abruptam fuiffe orationem, cum ἀΦορμήσας legeretur. — *Ibid.* μετὰ τῆς ἰδίας. Perperam τῆς deeft Reg. G. & Vefont. — *Ibid.* σημαίας recte Cafaub. & feqq. Perperam nunc σημείας ed. 1. cum msstis, ut olim: fed vide ad XIV. 8, 5. — *Ibid.* τὴν τοῦ ΣύΦακος. Deeft τοῦ Reg. E. Ceterum in *Syphacis* nomine conftanter vocalem ο fervant codices noftri cum ed. 1. Conf. ad XIV. 1, 3. Verf. 4.

Verf. 5. τοὺς ἐκ Ῥώμης πρεσβευτάς. — „Legatos puta Carthaginienfium, ad Romanos pridem miffos, nunc remiffos domum, una cum legatis Romanorum ad Carthaginienfes.“ REISKIVS. — *Ibid.* χάρακα τῶν Ῥωμαίων, χάρακα τὸν τῶν Ῥωμ. Articulum τὸν delevit Cafaubonus, cum tamen ferri potuiffet. Verf. 5.

Verf. 6. παρ' αὐτῶν recte Cafaub. cum Vrb. Reg. C. & Vrfin. παρ' αὐτὸν ed. 1. cum Aug. Reg. F. G. Vef. — *Ibid.* ὁ Βαίβιος. Vide ad verf. 1. & ad cap. 1, 4. Verf. 6.

Verf. 9. Φιλανθρωπίας bene edd. Idque voluerunt Aug. & Reg. E. quorum ille Φιλανίας habet, hic Φιλανείας, fed uterque cum lineola tranfverfa fuperne impofita, quæ indicat per compendium fic fcriptum effe illud vocabulum. Φιλίας Reg. F. G. Vef. Tub. pariter cum lineola tranfverfa fuperne in Reg. F. & Vefont. Verf. 9.

Verf. 10. παρ' αὐτῷ συλλογιζ. παρ' αὐτοῦ ed. 1. temere & invitis msstis. — *Ibid.* οὐχ οὕτω τί δέον παθεῖν &c. οὐχ οὕτως Reg. E. παθεῖν & quatuor fequentia verba per- Verf. 10.

peram omisit idem Reg. E. Ad sententiam confer XII. 14, 3.

Vers. 11. *Vers.* 11. διαφυλάξαι ex Reg. E. recepimus, cum colorem Polybianum habere videretur. φυλάξαι edd. cum cett. codd. — *Ibid.* πατέρων εὖ κείμενα ἔργα. — „Est vel Phocylidis, vel alius veteris γνωμογράφου." CASAVB. *in ora Basil.* κείμενα recte Casaub. cum Vrsin. & Reg. E. Mendose κειμένων ed. 1. cum cett. codd.

Vers. 12. *Vers.* 12. ὑπερθέμενος recte idem Casaub. cum Vrsin. & Reg. E. Corrupte ὑπερθέμενοι ed. 1. cum cett. codd.

Cap. V.

CAPVT V.

Vers. 1. *Vers.* 1. ἐκπορθουμένας Casaub. cum Vrs. Corrupte ἐκπορευομένας Aug. Reg. E. F. G. Ves. Tub. putamus & alii. ἐκτορθευομένας ed. 1. Vide ad cap. 4, 1. — *Ibid.* μὴ μέλλειν. μὴ κελεύειν ed. 1. temere & invitis msstis. — *Ibid.* προσπελάζειν ex Reg. E. & Med. recepimus. πελάζειν edd. cum aliis.

Vers. 2. *Vers.* 2. διακούσας. ἀκούσας Reg. G. Ves. — *Ibid.* τἄλλα σκοπεῖν Casaub. cum Vrb. Aug. Reg. E. G. Tub. idemque debuerunt Reg. F. & Ves. in quibus est τάλα. Nec discedit Vrsin. qui τὰ ἄλλα ex suo codice refert. τὰ ὅλα ed. 1. cum Med. quod nescimus cur ita præferendum putarit Reiskius, ut etiam rem ipsam id postulare contenderet. Eamdem quidem lectionem Casaubonus quoque in lat. vers. ex ed. 1. expresserat, *ipsis rerum summam curæ esse:* sed quod τὰ ὅλα etiam in Aug. esse ait Reiskius, in eo quidem falsus est vir doctus: nam is codex cum ceteris in τἄλλα consentit. — *Ibid.* περὶ τούτου ῥαθυμεῖν. Et simplicior hæc emendatior visa est, & per se magis placuit, quam Gronovii conjectura, περὶ τοῦ μέλλοντος ῥαθυμεῖν. Casaubonus græca sic edidit, περὶ τοῦ* ῥαθυμεῖν, in latina autem versione verba ista præteriit: in utroque eum secuti sunt posteriores editores. REISKIVS rectissime sic interpretatus est: *de hoc autem* (de tempore, puta, prælii committendi) *securos esse jussit; de eo se nolle*

nolle eos multum laborare. Mox deinde conjunctionem quidem inserendam idem REISKIVS præclare vidit, sed verbum in indicativo modo ferendum judicavit: *διαλήψεται γὰρ τὸν καιρὸν αὐτὸς, nam de opportunitate pugnandi se ipsum statuturum.* „Delabitur (inquit) ab oratione obliqua ad rectam, quod historicis solenne est.“ — Mendose *διαλείψεται* dat Reg. E. Verſ. 2.

Verſ. 3. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας &c. Confer Livium XXX. 29 sqq. — *Ibid.* τὸν Ἀδρύμητα. Ἀδρύμης, Ἀδρύμητος, Ἀδρύμητι &c. a Græcis efferri nomen hujus urbis, quæ Latinis *Adrumetum* & *Adrumetus* vocatur, monuit Stephanus Byz. Sed & Græci varie formant id nomen, quemadmodum ad Stephanum monuit Berkelius. Verſ. 3.

Verſ. 4. ποῦ στρατοπεδεύουσι. Intellige *οἱ πολέμιοι* ex verſ. 1. — *Ibid.* χειρίζεται. Si verum est χειρίζει, oportebit πῶς χειρίζει τὰ κατὰ τὰς παρεμβολὰς ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγός. Πόπλιος δὲ ἐπαναχθέντων &c. Verſ. 4.

Verſ. 5. συστήσας αὐτοῖς cum Vrſino correxit Casaub. Perperam συστ. αὐτοὺς ed. 1. cum mſstis; quod quidem si verum esset, oporteret deinde χιλιάρχῳ pro χιλίαρχον, sed præstat utique id quod cum duumviris illis edidimus. — *Ibid.* πάντα. πάντας Reg. F. G. Vesont. male. Verſ. 5.

Verſ. 6. ὑποδέδειχεν recte Casaub. cum Vrb. & Reg. E. ὑποδέδειχας ed. 1. Aug. Med. Reg. F. G. Vesſ. Verſ. 6.

Verſ. 10. ἔφη δὲ πέμπειν πρὸς αὐτὸν, *dixit vero, se ad eum missurum.* Nempe — „*se*, Scipionem, *esse Hannibali per internuntium significaturum;*“ ut monuit REISKIVS, πέμψειν idcirco scribere jubens. — „Nam si vulgata, ait, πέμπειν servatur, sententia plane contraria & rei eventui adversa exsistit hæc: se velle, ut Hannibal ad se, Scipionem, mittat aliquem, qui ejus nomine secum tempus locumque congressus constituat: cui sententiæ repugnat id quod sequitur cap. 6, 1.“ — Passim quidem præsens tempus notione futuri usurpatum vidimus, sed in hujusmodi connexione durius hoc videtur: quare πέμψειν utique malimus. Verſ. 10.

Verſ.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. περὶ τετρακισχιλίους. — „Quamvis equitatu valuerit Maſſiniſſa, vix tamen videtur tot potuiſſe equites conficere, [quot vulgo libri Polybiani habent] *ſex millia;* aut, ſi potuit, inauditum eſt, equitum numerum numero peditum parem fuiſſe; aut, ſi fuit umquam, certe Polybius τοσούτους maluiſſet dicere, quam ἑξακισχιλίους iterare.“ REISKIVS. — Nos nil videmus quid impediat, quo minus Maſſiniſſa, poſtquam non ſolum paternum regnum recuperavit, ſed etiam Syphacis imperium ſuo adjecit, *ſex millia equitum* Scipioni adducere potuerit. At id ſi dicere voluiſſet Polybius, non ſic erat ſcripturus, ut vulgo ex libris noſtris editum eſt; ſed ἱππεῖς δὲ ἄλλους τοσούτους, aut alio ſimili loquendi genere, ſicuti alias, erat uſurus. Accedit, quod in codice noſtro vox ἑξακισχιλίους punctis ſuperne a prima manu impoſitis, ut ſuſpecta, notatur. Quare Livium ſequendum putavimus, apud quem lib. XXX. c. 29. codices omnes in *quatuor millia equitum* conſentiunt: is enim, cum preſſo pede in hac narratione Polybium ſequatur, in ſuo codice Polybiano ita inveniſſe videri debet. Livianam ſcripturam apud Polybium jam in verſione latina expreſſerat Caſaub.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. συγχαρείς. Perperam συγχαρεῖς ed. 1. cum circumflexo accentu: temere vero & invitis msstis συγχαρῇς voluit Vrſinus.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. πρὸς πόλιν Ναράγαρα. Μάργαρον urbem nemo novit. Apud Livium (qui, ut modo monuimus, ex Polybio ſua hæc hauſit) veteres quidem editiones *Nadagra* vel *Nadagara* habebant, ſed ex probatioribus codicibus *Naragara* ei ſcriptori reſtitutum eſt. Idque nomen ei urbi Ptolemæus & Antonini Itinerarium adferunt. Vide Livii interpretes ad XXX. 29. tum Suritam & Weſſeling. ad Itinerar. p. 41. Et terminationem nominis α, non ον, feciſſe Polybium, fidem facit præmiſſum vocabulum πόλιν, quod præmittere ſolet urbium paulo obſcuriorum nominibus, quæ ſunt numeri pluralis aut quæ formam certe habent pluralium nominum; ut IV. 63, 7. V. 13, 8. X. 38, 7.

38, 7. X. 49, 15. — *Ibid.* τὴν ὑδρείαν recte edd. Sic vero ex codd. noſtris dat unus Reg. E. Ceteri, Aug. Reg. F. G. Veſ. Tub. mendoſe ὑβρείαν. Recte vero omnes cap. 6, 2. — *Ibid.* ἐντὸς βέλους. Neſcimus, quid ſpectarit Scaliger, ἐκτὸς ſcribens. Verſ. 14.

CAPVT VI. Cap. VI.

Verſ. 2. μὴ πλεῖον. Deeſt μὴ Reg. E. male. Verſ. 2.

Verſ. 3. ἑρμηνέα. ἑρμηνέας poſſis ſuſpicari. Singularem ſi teneas, intelligendum ἑκάτερος. Verſ. 3.

Verſ. 4. δεξιωσάμενος. Mendoſe δεξάμενος Reg. F. G. Veſ. Tub. Verſ. 4.

Verſ. 6. ὑπὸ τῆς τύχης. ἀπὸ τῆς τύχ. Reg. F. G. Veſ. male. — *Ibid.* ἀπονουθετούμενοι. — „Mirum verbum ἀπονουθετεῖσθαι, pro eo quod Vellejus *conſilia corrumpere* dicit.“ CASAVB. *in ora Baſil.* Sic etiam idem in latina verſione: *bonam nobis mentem fortuna corrumpente.* Id Appianus aliique θεοῦ βλάπτοντος, & uno vocabulo θεοβλάβειαν ſolent dicere. Erneſtus compoſitum verbum pro ſimplici νουθετεῖσθαι accipiendum putavit: quod quo pacto fieri poſſit, non ſatis videmus. Sed illud videndum putamus, an, quemadmodum νουθετεῖν *hortari*, ſic ἀπονουθετεῖν *dehortari* ſignificet; ut hæc ſit ſententia, *licet fortuna* (quam utrique inclementem ſatis experti ſumus) *nos dehortaretur*, vel *nos admoneret ne pertinaciter perſequeremur bellum.* Verſ. 6.

Ibid. ἡμᾶς κεκινδυνευκέναι. Sic libri omnes, ſcripti & editi: quod ſi verum eſt, referetur ἡμᾶς ad *utroſque*, Romanos & Poenos; tum vero τοὺς δὲ ſignificabit *alteros*, vel *alterutros*, nempe Poenos, ex illa formula οἱ μὲν, οἱ δέ. At facile credimus, vere ſuſpicatum eſſe Caſaubonum, ὑμᾶς ſcriptum a Polybio, quod & in ora Baſil. adnotavit, & in verſione expreſſit. conf. c. 7, 3. Sic vero τοὺς δὲ non in prima perſona, ut fecit idem Caſaubonus, erat interpretandum, *nunc ipſi cum maxime periclitemur;* niſi legendum putavit αὐτοὺς δὲ, intelligendo ἡμᾶς, quod audiri

Verf. 6. audiri utique poteft. Sed poterit etiam τοὺς δὲ accipi pro τούτους δὲ, ita ut intelligatur Hannibal digito veluti monftrasse *Poenos*, ad quos hoc refertur; ea fere ratione, de qua diximus ad IX. 33, 11. & IX. 34, 3. — *Ibid.* ἀκμὴν ἔτι. Vide ad XIV. 4, 9.

Verf. 7. *Verf.* 7. δι' αὑτῶν ex ed. 1. & msstis reftituimus: *ipfi per nos.* Nil opus erat δι' αὐτῶν, quod fua auctoritate edidit Cafaub. — *Ibid.* In διαλύσασθαι confentiunt codd. noftri omnes. διαλύεσθαι edd. temere & fine neceffitate.

Verf. 8. *Verf.* 8. δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων recepimus ex Reg. E. & Med. δι' αὐτῶν πραγμάτων ed. 1. cum cett. codd. Hinc διὰ τῶν πραγμ. Cafaub. ex ing. — *Ibid.* καθαπερεὶ νηπίοις παισί. Nihil fane incommodi habet adjectum vocab. παῖς ad νήπιον. Sic & παιδίον νήπιον XV. 20, 2. Cafaubonum, ut loco moveret iftam vocem, commoverat forte quod in ed. 1. cum Med. & Vef. corrupte legebatur καθάπερ εἰρηπίοις παισί; ubi fortaffe putavit, vocabulum παισὶ ex conjectura effe a nonnemine adjectum.

Cap. VII.

CAPVT VII.

Verf. 1. *Verf.* 1. τὰ κατ' Ἰβηρίαν. τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Med. & Reg. E. bene, quoniam fequitur etiam κατὰ τὴν Λιβύην. — *Ibid.* καὶ μηδέπω. καὶ deeft Reg. F. G. Vef. — *Ibid.* παλιρρύμην recte uno vocabulo edidit Cafaub. ut παλίρροια, παλίντροπος, παλιμπροδοσία, & fimilia. Divifas voces πάλιν ῥύμην habet ed. 1. cum msstis. Conf. ad cap. 6, 6.

Verf. 2. *Verf.* 2. Σκόπει δ' ἀφ' ἑνὸς τῶν λόγων τὰ πράγματα. *Confidera res faltem fecundum unam earum rationum, quibus illae confiderari poffunt; confidera res faltem una ex parte.* Sane non opus videtur, cum Reifkio aut ἀφ' ἑνὸς τούτου λόγου fcribere, aut ἀφ' ἑνὸς τῷ λόγῳ, id eft, (ut ait ille) τῷ συλλογίζεσθαι; quod quale fit, ne intelligimus quidem. Neque Cafauboni opus erat correctione.

Verf.

Verſ. 4. ὃς νῦν recte & perſpecte a Caſaubono poſitum videtur. ὡς νῦν, quæ eſt codicum ſcriptura, probavit Reiſkius; ſed vellemus, ſententiam explicaſſet quam his verbis ſubjectam putavit. An ὡς νῦν ſignificat *ut nunc eſt, ut nunc res ſe habet?* — *Ibid.* κοινολογησόμενος. Mendoſe κοινολογισόμενος ed. 1. Reg. F. Veſont. Verſ. 4.

Verſ. 6. ὁρμᾶν Caſaub. cum Vrſin. & Reg. E. ὁρᾶν ed. 1. cum cett. codd. --- *Ibid.* δι' αὐτὸν ſcripſimus cum ed. 1. & msstis. δι' αὑτὸν ed. Caſaub. & ſqq. Verſ. 6.

Verſ. 8. ἀντᾶραι πόλεμον Caſaub. Aug. Reg. E. Vrſin. ἀντέραι ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Tub. quod ortum ex ἀνταίραι, cum ſcilicet in vetuſtis codicibus (quemadmodum conſtanter in Vrb.) jota, quod alias ſubſcribitur, ad latus ſuæ vocalis poſitum fuiſſet. --- *Ibid.* καὶ τὰς ἄλλας νήσους. τὰς, quod deerat vulgo, adjecimus cum Aug. & Reg. E. Adjiciendum ex conjectura etiam monuerat Reiſkius. Verſ. 8.

CAPVT VIII. Cap. VIII.

Verſ. 2. ὑπὲρ ὧν κάλλιστα γινώσκειν αὐτὸν τὸν Ἀννίβαν. γινώσκουσιν, quod eſt in codicibus, haud dubie ex imperiti hominis ingenio ortum eſt. --- *Ibid.* καὶ τοὺς θεούς. καὶ deeſt uni Reg. E. Verſ. 2.

Verſ. 3. ἀνθρωπίνων correxit Caſaub. cum Scalig. ἀνθρώπων ed. 1. cum msstis. Verſ. 3.

Verſ. 4. πρὸ τοῦ τοὺς Ῥωμ. τοῦ recte adjecit Caſaub. cum abeſſet ab ed. 1. & msstis. --- *Ibid.* προὔτεινες τὰς διαλύσεις. Mendoſe προὔτεινεν εἰς τὰς διαλύσ. ed. 1. cum msstis. Correxit idem Caſaub. cum Scalig. Verſ. 4.

Verſ. 6. ἤλθομεν ἐπὶ τί μέρος; Cum ἐπί τι μέρος absque interrogatione vulgo ſcriberetur, & verba iſta cum ſequentibus copularentur uſque πολιτῶν, poſt quam vocem interpoſito puncto diſtinguebatur oratio; ſic interpretatus iſta verba Caſaubonus erat: *Quod maximum omnium eſt, civibus tuis devictis & pacem petentibus, jam inter nos aliquo modo convenerat.* Difficultatem hujus loci non diſſimulavit REISKIVS. „Mirifica dictio, ait, ἤλθομεν Verſ. 6.

Verf. 6. ϑομεν ἐπί τι μέρος. Polybianum eſt, μέρος uſurpare pro *negotio* vel *genere*. Significare vult: *conceſſimus quodammodo, devenimus ad nonnulla eorum quæ vos poſtulabatis*. Neque tamen ſatis apte & molliter oratio procedit, ut potius videatur aliquid deeſſe." — Plana nobis omnia viſa ſunt, ſi per interrogationem acciperentur iſta verba: *quamnam in partem devenimus? quonam loco ſunt res noſtræ?*

Verf. 7. *Verſ.* 7. Duo verba καὶ δεηθέντων perperam deſunt Reg. E. — *Ibid.* πρὸς τοῖς ὑπὸ σοῦ νῦν προτεινομένοις recte Caſaub. cum Vrb. Mendoſe πρὸς τοὺς - - προτεινομένους ed. 1. cum cett. codd. niſi quod πρὸς τοῖς dat Reg. E.

Verf. 8. *Verſ.* 8. πρός τε τὴν συγκλ. τε deeſt uni Reg. E. — *Ibid.* ἡμετέραν. ὑμετέραν ed. 1. temere & invitis msstis. — *Ibid.* τούτων τυχεῖν. Sic conjecerat Reiſkius, quemadmodum dedit Reg. E.

Verf. 10. *Verſ.* 10. εἶπον. εἰπόν. invitis msstis ed. Caſaub. & Gron.

Verf. 11. *Verſ.* 11. Ἀφελεῖν. Mendoſe ἀφέλειν ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Hinc ἀφέλει ſcribere juſſit Vrſinus, neſcimus quid animo agens. — *Ibid.* ἵνα, μή, λαβόντες &c. Quod ſequitur ἀλλ' ἵνα, ſatis indicat præcedere debere negationem; quam, cum diſerte expreſſiſſent cum ed. 1. codices omnes, ſua auctoritate ſuſtulit Caſaubonus, filum orationis non recte capiens. Hannibalis nomine loquitur Scipio, & ironica quadam ratione hoc dicit: *Tu dicere audes, & vis me conſentire, ut graviſſimæ ex illis conditionibus, quæ jam a Poenis initæ erant, & quibus conditionibus ipſi pacem a ſenatu populoque Romano per legatos petierant, nunc tollantur? Quo jure tu hoc poſcere potes? qua tandem cauſſa me commotum conſentire poſſe credis? Nempe, hoc non dicere audes, ea cauſſa te id poſcere, & ea cauſſa me conſentire debere, ut (quod tamen revera futurum eſſet) præmia accipiant ſceleris, atque adeo doceantur in poſterum pariter perfide agere cum eis qui bene de ipſis meriti fuerint: ſed — eo nimirum fine, ut gratiam nobis habeant, cum veniam impetrarint. At contra te*

ipſum

Verf. 2. *Verf.* 2. τὸν οὐ δυνάμενον. τὸν ἀδυνάμενον Reg. G. Vef. edd. *verf.* 3. ἀπομάττων Cafaub. cum Vrb. & Vrfin. ἀπεμάττου ed. 1. cum cett. codd. Rectius vero vel ἀποματτόμενος vel ἀπεμάττετο fore, monuit Reifkius. — *Ibid.* βαστάσας τὸ παιδίον, *fublimem tollens puerum.* Vulgo καὶ βαστάσας edd. fed conjunctionem, infertam a primo editore, qui ἀπεμάττου paulo ante legerat, ignorant fcripta exemplaria.

Verf. 3. *Verf.* 3. τὴν ἀδελφήν. Agathocleam.

Verf. 4. *Verf.* 4. καὶ ταύτης non erat cur folicitaret Reifkius, qui aut ἡ ἐμὴ καὶ ταύτης legendum cenfuit, aut delendum καί. — *Ibid.* ὑμετέρας. Perperam ἡμετέρας Reg. F. G. Vef. Tub. — *Ibid.* π ρ ά γ μ α τ α. Viciffim pro γράμματα, πράγματα fcriptum a librariis noftris vidimus IX. 40, 3. & XI. 6, 3.

Verf. 5. *Verf.* 5. διάδημα. διάστημα Reg. G. Vef.

Verf. 7. *Verf.* 7. παρὰ τοῖς πλήθεσιν, idem fere ac ὑπὸ τῶν πλήθεων, ut VIII. 14, 3. & fæpe aliâs, quo & pertinet II. 30, 5. — *Ibid.* τὴν τοῦ διαδήματος ἀνάδειξιν, *folennem affumtionem diadematis, inaugurationem regis*, ut interpretatur Erneftus in Lexic. Polybiano. ἀνάληψιν voluit Reifkius, quia præceffit ἐν ᾗ μέλλει τὸ διάδημα ἀναλαμβάνειν.

Verf. 8. *Verf.* 8. πρὸς οὐδὲν προσεῖχον. Cum vulgo effet πρὸς οὐδενὶ, recte Reifkius monuit, aut πρὸς οὐδὲν legendum, aut delendum πρός. — *Ibid.* μυχθίζοντες. Cum καὶ μυχθίζοντες edidiffet Cafaubonus, καταμυχθίζοντες fufpicatus eft Reifkius; fed illam particulam καὶ invitis libris & citra ullam neceffitatem fua auctoritate adjecerat Cafaubonus, quare delere non dubitavimus. — *Ibid.* δὲ καὶ διαψιθυρίζοντες. Neceffario interferendæ duæ particulæ, quas omiferant codices, fuerunt. Et potuerunt eæ intercludi

cludi a prima syllaba sequentis verbi: possumus vero etiam suspicari syllabam δια ex δὲ καὶ esse ortam. Sed amat Polybius composita verba, quare hoc solicitatum nolimus. — *Ibid.* μήτε * πῶς. μήτε τοὺς ἑτέρους, vel τοὺς ἑταίρους, aut τοὺς περὶ αὐτὸν, legendum Reiskius censuit. Nos quidem deletam prorsus particulam μήτε malimus; sic nemo quidquam desideraverit. Vers. 8.

Vers. 9. συστήματα sunt *varia militum corpora, variæ militum manus.* — *Ibid.* κατὰ τοὺς λοιποὺς ἐκκλησιασμούς. Aut delendum λοιποὺς censuit Reiskius, aut καὶ τοὺς λοιποὺς absque κατὰ legendum. Vers. 9.

Vers. 10. πολὺς ἦν ὁ καταπλέων. Placet hoc, in quod consentiunt libri: & nolimus solicitatum a Reiskio, qui adjiciendum nomen ὄχλος aut στρατὸς contendit. Simili ratione c. 28, 8. πᾶς ἕτοιμός ἐστι, in singulari numero, pro plurali, dicit. — *Ibid.* ἀνέδην correximus cum Reiskio, ut c. 20, 3. & aliâs. — *Ibid.* οὕτως ἀναξίων scripsimus cum Aug. Vulgo οὕτω ἀναξίων. Vers. 10.

Vers. 11. τοὺς περὶ τὸν Τληπολ. τοὺς περὶ τῶν Τλ. ed. Casaub. operarum errore. Vers. 11.

CAPVT XXVII. Cap. XXVII

Vers. 1. αὐτῶν τῶν περί. Recte τῶν adjecit cum Vrsino Casaubonus, cum ignorarent scripti libri & ed. 1. Vers. 1.

Vers. 2. ἀκατακάλυπτον ex ingenio se corrigere ait Vrsinus, cui obtemperavit Casaub. Sic vero Aug. Mendose ἀκατακάλυπτρον Reg. F. Tub. ἀκατάλυπτρον Reg. G. Vef. ἀκατάλυπτον ed. 1. Vers. 2.

Vers. 3. ἀλλ' οἱ μέν. Sic recte editi. ἀλλ' εἰς μὲν τὴν νύκτα Aug. Reg. F. G. Vef. Tub. Vers. 3.

Vers. 4. τὰ συμβαίνοντα usque ἔχοντες desunt Vesont. Eadem verba, usque περὶ αὐτῶν, desunt Reg. G. Vers. 4.

Vers. 6. διαβολή. Mendose διαβολὴν ed. 1. Reg. F. G. Vef. Vers. 6.

Vers. 8. ἐξ ὀρθῆς Casaubonus vertit *vestigiis suis insistens:* & in ora Basil. adnotavit: „nam qui eculeo admoventur, Vers. 8.

Verf. 8. ventur; non manent ὀρθοί." — *Reiſkius:* „ἐξ ὀρθῆς; fcil. ὁδοῦ, *directa via*, breviſſima, planiſſima, illuc citiſſime ducente quo quis vult pervenire. Volumus autem, qui rem ignoramus, ad ejus cognitionem pervenire: id quod multis effici modis poteſt; ſed omnium facillima & expeditiſſima via eſt, ut interrogando percunctemur, & a reſpondentibus ſine ambagibus accipiamus ea quæ volumus. Sententia itaque hæc eſt: interrogabatur primum verbis modo amicis, ſimpliciter, nullis minis propoſitis, nulla confitendi neceſſitate admota, ut, quæ noſſet Moeragenes, ea ultro, recta mente & ſimplici conſcientia, ediceret. Poteſt quoque ἀνακρίσεως ſubaudiri, item γνώμης." —

Verf. 10. *Verſ.* 10. ἅττα δή ποτ᾽ οὖν, *quidquid ſit; quidquid fuerit; neſcio quid.* Nil variant hic libri. Conf. XIII. 4, 3.

Cap. XXVIII.

CAPVT XXVIII.

Verf. 1. *Verſ.* 1. ἄφατον. ἄφαντον Reg. G.

Verf. 2. *Verſ.* 2. διατεταμένοι recte Caſaub. cum Vrb. & Aug. *flagella jam intenta habentes.* διατεταγμένοι ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Tub. Iidem quatuor codices etiam perperam οὐ habent, pro μονονού. — *Ibid.* τὰ πρὸς ἀνάγκας ὄργανα, *torturæ inſtrumenta.* Eadem notione Herodot. I. 116. ait ἀγόμενος ἐς τὰς ἀνάγκας. Et ſic paſſim Diodorus Sicul. ut docuit Weſſeling. ad III. 13.

Verf. 3. *Verſ.* 3. εἰ ἀνακάμψει. Poterat etiam, abſque conjunctione, ἀνακάμψειν corrigi; quæ expeditiſſima ratio videtur.

Verf. 4. *Verſ.* 4. ὁ Μοιραγ. In promtu eſt μόνος ὁ Μοιραγ. ſuſpicari; ſed donec addixerint libri, ferendum erit vulgatum. — *Ibid.* παρέπεσε γυμνὸς, *nudus evaſit.*

Verf. 8. *Verſ.* 8. καθ᾽ ὅν. Perperam καθ᾽ ὃ ed. 1. cum ſolo Med.

CAPVT

CAPUT XXIX.

Cap. XXIX.

Verſ. 1. παροξύνονται recte omnes. Vnus Med. παροξύνοντες. Nihil vero urget, ut cum Reiſkio παρωξύνοντό τε καὶ malimus. Verſ. 1.

Verſ. 3. τολμήσοντος Caſaub. cum Vrb. Aug. & Vrſin. τολμήσαντος ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Verſ. 3.

Verſ. 4. ἐγενήθησαν. Mendoſe ἐγεννήθησαν ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* στρατιωτικά. στρατικὰ ſolus Reg. F. Verſ. 4.

Verſ. 5. τὴν συντέλειαν & ſeqq. verba, uſque ἀνενεχθείσης πρὸς, deſunt Reg. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* Ἀγαθοκλῆς ἀνενεχθείσης recte Caſaub. cum Aug. Corrupte Ἀγαθοκλεῖς ἀνενεχθήσης ed. 1. — *Ibid.* ἐπανενεχθέντων correxit Caſaub. ἐπανενεχθέντων Aug. Reg. F. G. Veſ. Tub. Neſcimus an & Vrb. & Med. ἐπανεχθέντων ed. 1. Verſ. 5.

Verſ. 7. πότον. Mendoſe ποτὸν ed. 1. cum msstis. De re confer c. 25, 5. Verſ. 7.

Verſ. 8. Οἰνάνθη. conf. XIV. 11, 1. — *Ibid.* Θεσμοφορεῖον. Nil variant hoc loco libri: & hæc legitima forma eſt, ubi de *templo* agitur. Θεσμοφόρια, penultima brevi, feſti nomen eſt. conf. ad c. 33, 8. — *Ibid.* In Atticam formam τοῦ νεῶ conſentiunt omnes. Vide ad XII. 12, 2. — *Ibid.* ἐπέτειον correxit Caſaub. ἐπέτιον ed. 1. conſentientibus msstis. Verſ. 8.

Verſ. 10. τοῦ Πολυκράτους. Vnus ex ducibus is fuerat Ptolemæi in pugna ad Raphiam. Polyb. V. 82, 3. Nunc vero Cypro erat præfectus. XVIII. 38. — *Ibid.* αὐτῆς. περιστάσεως αὐτῆς ed. 1. male & invitis msstis. Verſ. 10.

Verſ. 11. Φησί. Non male haberet Φημὶ, *edico vobis*, ſi præceſſiſſet verbum Φησὶ vel ἔφη. — *Ibid.* εὔχεσθε recte Caſaub. cum Aug. εὔχεσθαι ed. 1. cum Reg. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* δυσχερέστερα. Sæpe peccatum a librariis in terminationibus hujuſmodi vidimus. Itaque haud ægre patiamur δυσχερέστατα corrigi. Verſ. 11.

Verſ. 11. πέποιθα. Lubentes adoptaſſemus πέπεισθε ex Aug. id eſt, *ſcitote, certæ eſtote*; ſed ſic abundantem Verſ. 11.

&

Verſ. 11. & otioſam eſſe, pro græci ſermonis genio, putavimus pronomen ὑμᾶς quod ſequitur. At vel ſic tamen recipiendum nunc quidem illud verbum videtur, idemque debuerunt ceteri noſtri codices, qui nonniſi literam σ neglexerunt.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. ταῖς ῥαβδούχοις. ὁ καὶ ἡ ῥαβδοῦχος recte & ex analogiæ ratione dicitur. ἡ ῥαβδούχη veremur ne non ferat græcus ſermo. — *Ibid.* ἀνείργειν. Perperam ἀνήργειν ed. 1. Reg. F. G.

Cap. XXX. CAPVT XXX.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἅμα τῷ μεταλαβεῖν τὸ τῆς νυκτός. Articulum τὸ, quem temere omiſit Caſaub. & ſeqq. reſtituimus ex ed. 1. & msstis. Intelligendum Reiſkius vel ἔργον ait, vel ἡσυχαῖον aut tale quid. Pro μεταλαβεῖν, καταλαβεῖν maluerat idem Reiſkius. Sed nec illud ſpernendum: immo commodiſſime dictum videtur, *nocte vices cum die mutante;* quo reſpectu fortaſſe μέρος, id eſt *vices*, intelligitur ad articulum τό.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἠθροίζοντο. Mendoſe ἠθροίζετο ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Tub.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. εὐρυχωριῶν. Corrupte εὐχωριῶν ed. 1. cum ſolo Med. — *Ibid.* καὶ τῆς πλατείας πλήρους cum Vrſino ex conj. correxit Caſaub. Corruptiſſime καὶ ταῖς πλατείαις πλήρης ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* τῆς περὶ τὸ Διονυσιακὸν θέατρον προστασίας. Sicut περίστασις τοῦ στρατηγίου VI. 31, 1 & 7. eſt *area circa prætorium;* ſic προστασία τοῦ θεάτρου eſt *area ante theatrum ſcenicum:* niſi περιστάσεως etiam hic legendum, quod ſuſpicatus erat Gronovius, nec tamen ullo modo neceſſarium videtur.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. καταλελυκὼς τὸν πότον. Eſt proprium in hac re verbum καταλύειν, quod corruptum fuit, & dein in καταλελοιπὼς mutatum, quum nempe & vocab. πότον in τόπον fuiſſet detortum, quod habent codices noſtri omnes. πότον cum Vrſino pariter reſtituit Caſaub. Conf. c. 29, 7. — *Ibid.* πλὴν Φίλωνος. An eumdem *Philonem* dicit, de quo

quo cap. 33. & lib. XIV. 11, 1. agitur? At hic nunc *Philo* inter *cognatos Agathoclis* refertur; ille *minister ejus & adulator* fuisse dicitur; & de eo cap. 33, 2. loquitur Polybius tamquam de homine, qui in hac quidem historia nunc primum nominetur, non cujus mentio jam paulo ante facta sit. An ergo h. l. πλὴν Φιλάμμωνος scripsit Polybius, & eumdem dixit, quem deinde rursus cap. 34, 11. memorat? Is certe ibidem vers. 13. inter τοὺς συγγενεῖς Agathoclis refertur. Verf. 5.

Verf. 6. εἰς τὴν σύριγγα. conf. c. 31, 3. — „*Syrinx* est porticus seu ædificium, columnis nixum, superne tectum, ut sub eo deambulari & ex una domo ad alteram commode ac tuto, etiam cum pluit, perveniri possit. Sunt ejusmodi porticus vel humi stabiles, vel pensiles, ut ipsam semitam publicam trajiciant, possitque per ejusmodi porticum pensilem e palatio e. c. regio in oppositam basilicam transiri, absque ut pes in viam publicam efferatur." REISKIVS. — Huc ædificium illud Lutetiæ Parisiorum, quod *Galerie du Louvre* vocamus, retulit Casaub. in ora Basil. Conf. eumdem Casaub. ad Athenæi lib. V. cap. 6. Animadverss. pag. 217. In obsidionibus σύριγξ *cuniculus* est & *via subterranea*, XXII. 11, 8. Verf. 6.

Ibid. τοῦ Μαιάνδρου. — „*Mæander* videtur hortus regius fuisse, sic dictus ob xystos mirifice inter se discurrentes." REISK.

Verf. 8. δικτυωτὰς correxit Casaub. δικτυοτὰς ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* Non opus erat, ut vocab. διαφανεῖς solicitaret Reiskius; quamquam per se utique intelligebatur, quæ *fores clathratæ* vel *cancellatæ* essent, easdem esse *perspicuas*. — *Ibid.* In ἀποκλειομένας consentiunt omnes. Vnus Reg. G. mendose ἀποκλεισμένας. Verf. 8.

Verf. 10. οὐ γὰρ ἐλάττω ποιεῖται παιδάρια τῶν ἀνδρῶν &c. *Pueros in turbis publicis non minus tumultuari quam viros*, miratur Polybius. Quod Carthagine & Alexandriæ is miratus est, id nostris diebus in omnibus paulo frequentioribus urbibus quavis occasione fieri videmus. Verf. 10.

Cap. XXXI.

CAPVT XXXI.

Verf. 1. *Verf.* 1. τῆς ἡμέρας αὖ ὑποφαινούσης. Frigidum utique est εὖ cum ὑποφαινούσης, quod nimirum minus est quam προφαινούσης. Et deinde demum cap. 32, 6. dicit ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας προφαινούσης. Quare de veritate illius emendationis non dubitari debere videtur. Vide tamen Reiſkium ad c. 32, 6.

Verf. 2. *Verf.* 2. χρηματιστικόν. Mendoſe χρηματικὸν Reg. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* βασιλείων. βασιλέων ed. 1. invitis msstis. βασιλίων ſolus Tub.

Verf. 3. *Verf.* 3. ποῦ τῆς αὐλῆς ὁ βασιλεύς. Ex uſu Polybii adjiciendum utique putamus verbum ἐστί. — *Ibid.* ἐγγίσαντες δὲ τῆς δευτέρας. Nil opus eſt, cum Vrſino τῇ δευτέρᾳ corrigere. Vide IV. 62, 5. VIII. 6, 6. &c.

Verf. 4. *Verf.* 4. δηλοῦντας ad πρεσβεῦσαι refertur. Temere δηλοῦντες voluit Vrſinus. — *Ibid.* πάντων. — „Dubium, pertineat ne ad χορηγιῶν, an ſeorſim per ſe ſtet, & num ſit a πάντα, neutro plurali, repetendum; *verbo, omnium rerum quæ ſua in poteſtate eſſent.* [Sic nos quidem accipiendum putemus.] Si ad χορηγιῶν referendum, erit enallage generis hic ſtatuenda, ut πάντων dictum ſit pro πασῶν. vid. ad p. 533. lin. ult. dicta.“ REISKIVS. — Parum nos tribuere illi enallagæ, jam ſignificavimus ad eum locum, ad quem provocat Reiſkius, nempe V. 37, 4.

Verf. 5. *Verf.* 5. δύνωνται λυπεῖν recte Caſaub. δύναται ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Tub. δύνανται Aug. Vrb. λιπεῖν ed. 1. cum omnibus msstis.

Verf. 6. *Verf.* 6. ὑπήκουσεν. ἐπήκουσεν ſolus Reg. G. — *Ibid.* Ἀριστομένης. De hoc conſ. XVIII. 36 ſeq.

Verf. 7. *Verf.* 7. προβαίνων δέ. καθόσον δὲ προβαίνων κατὰ τὴν ἡλικίαν dant mssti omnes cum ed. 1. quod, quamquam incommodius paulo dictum videri poteſt, (καθόσον προβαίνων, pro καθόσον προὔβαινε,) ſervari tamen, certe ad oram contextus adnotari debuit. Sua auctoritate καθόσον abjecit Caſaub. & δὲ poſt προβαίνων rejecit. — *Ibid.* σεμνότατα. Imperite σεμνότητα ed. 1. Reg. F. Tub.

Ibid.

Ibid. καθ' ὅσον κενολ. Sic Casaub. & seqq. καὶ ὅσον dant scripti libri, nostri quidem omnes, excepto Reg. G. in quo est καὶ κενολακ. absque ὅσον. καὶ καθ' ὅσον ed. 1. Hinc καθ' tenuit Casaub. & delevit καί Post κατὰ τοσοῦτον; quod modo præcessit, intercidisse nonnihil, v. c. μόνον ἀσχημονῆσαι, suspicatus erat Reiskius, hac sententia, *videtur in eo uno turpiter se dedisse, quod in suspicionem venit adulationis erga Agathoclem.* Sed nec per se probabilis, nec ullo modo necessaria ista suspicio est. Vers. 7.

Vers. 8. Πρῶτος. Ex vers. seq. hoc sumsisse Hervagius videtur. Poterat autem ferri πρῶτον, quod offerunt h. l. Aug. Reg. F. Ves. Tub. Mendose πρῶτο (sic) Reg. G. — *Ibid.* ἐπὶ δεῖπνον Casaub. cum Aug. & Vrsin. ἐπὶ δείπνου ed. 1. Med. Reg. F. G. Tub. Ves. sed in Ves. superscr. ον. — *Ibid.* χρυσοῦν στέφανον ἀνέδωκε μόνῳ. Verbi ἀνέδωκε hanc vim esse putamus, *cum distribueret coronas, illi uni auream tradidit.* Vers. 8.

Vers. 10. ἐξαρκεῖ καὶ τὰ νῦν λεγόμενα. — „καὶ videtur delendum, ut perperam iteratum e fine verbi proximi ἐξαρκεῖ." REISKIVS. — Sed amat illam particulam sic ex abundanti positam Polybius. Vers. 10.

Vers. 11. ἐπεβάλοντο. ἐπεβάλλοντο Reg. F. G. Vesont. Et rursus vers. 13. ἐπεβάλλοντο Reg. F. G. — *Ibid.* τοὺς μαστούς. τοὺς μασθοὺς Vrb. Aug. Vesont. Vers. 11.

CAPVT XXXII. Cap. XXXII.

Vers. 3. ἐπὶ τὴν βασιλικὴν θέαν. — „ἴσως καθέδραν." SCALIG. — At poterit commode cum interpretibus θέα, id est *spectatio*, hic accipi pro *spectandi loco sedeque.* Vers. 3.

Vers. 4. συνειλῆφθαι recte Casaub. cum Aug. & Vrs. συναλῆφθαι ed. 1. Reg. F. G. Ves. Tub. — *Ibid.* ἁρμοζούσης. ἁρμοττούσης Med. Vers. 4.

Vers. 6. ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας προφαινούσης. προβαινούσης scribendum contendit Reiskius, *progrediente die*, ut concilietur hoc cum cap. 31, 1. ubi vide quæ notavimus. Neque vero ibimus inficias, speciosam esse hanc Vers. 6.

Verf. 6. conjecturam: nam licet in προφαινούσης confentiant libri omnes, paffim tamen literas φ & β inter fe permutatas a librariis noftris vidimus, velut XI. 16, 2. XII. 17, 5 &c. Et illa dictio familiaris Polybio, τῆς ἡμέρας προβαινούσης, velut III. 72, 5. & aliâs. — *Ibid.* ἀπερείσασθαι ex ed. 1. & msstis reftituimus, qui in hoc recte confentiunt omnes. Temere ἐπερείσασθαι ed. Cafaub. quod tenuere pofteriores. Idem verbum paulo ante Polybio reftituimus, cap. 25, 8. — *Ibid.* τὴν ὁρμήν. Poffis ὀργὴν fufpicari, fed nil neceffe eft. vide verf. 7. Paulo ante vero pro ἐπ' οὐδὲν forfan ΕΠ' ΟΥΔΕΝΑ, *in neminem*, fcripfit Polybius, ut ultima vocalis A intercepta fit a fimili litera Δ, a qua incipit verbum fequens δυνάμενον. In latina verfione prætermiffa eft vox πέρας, adverbialiter accipienda, *tandem, ad extremum.* — *Ibid.* Σωσίβιος - - υἱὸς Σωσιβίου &c. Confer XVI. 22, 1 feq.

Verf. 7. *Verf.* 7. Θεωρῶν γὰρ τήν τε &c. — „Recte γὰρ abeft ab Herwag. & Aug.“ REISKIUS. — Nempe, propius fi fpectes, carere conjunctione utique poffumus, quam ignorant codices omnes. Scilicet delendum verfu fuperiori comma poft ὑπάρχων, ut verbum προσεῖχε pariter atque ἦν μὲν pendeat a pronomine relativo ὅς. Itaque poft τοῖς πράγμασιν pofita *minori diftinctione pro puncto majori*, pendebunt ifta, θεωρῶν τήν τε τοῦ πλήθους ὁρμὴν, a nominativo Σωσίβιος.

Ibid. ἀσυνήθειαν fcripfimus cum Ernefto. ἀσυνηθεῖαν ed. Cafaub. & Gron. ἀσυνηθίαν ed. 1. cum msstis, quod ipfum fortaffe teneri potuerat. — *Ibid.* εἰ παραδώσει &c. *Regem interrogavit, ecquid plebi eos foret traditurus, qui in ipfum aut in ipfius matrem aliquid deliquiffent.* Atqui ipfius Sofibii hujus patrem auctorem fuiffe cædis Arfinoës reginæ, quæ pueri hujus mater fuerat, docuit Polybius cap. 24, 2. Aut igitur non in publicum tunc nota fuit illa Sofibii patris culpa; aut fatis compertum erat, filium cum patre nullo modo communicaffe confilia, neque ullam partem illius culpæ habuiffe. Ceterum

Sofibius

Sosibius pater poenas jam dederat, ab Agathocle (ut probabile fecimus ad cap. 25, 1.) interemtus: quod ipsum etiam maxime in caussa fuisse videri debet, cur & Sosibius filius infensus fuerit Agathocli, & cur nulla in eum suspicio consiliorum cum Agathocle communicatorum cadere nunc facile potuerit. Vers. 7.

Vers. 8. θεραπείαν. θεραπίαν Aug. Reg. F. G. Ves. sed in Aug. & Ves. primo videtur fuisse θεραπείαν. Vers. 8.

Vers. 11. ἐπὶ τὸ ζητεῖν correxit Casaub. cum Scalig. Teneri vero potuerat librorum scriptura ἐπὶ τῷ, de qua confer notata ad I. 19, 7. Vers. 11.

CAPVT XXXIII. C. XXXIII.

Vers. 1. ποιεῖν αἷμα καὶ φόνους ex sua conject. correxit Casaub. ποιεῖν ἅμα καὶ φόνους ed. 1. consentientibus msstis. — „ποιεῖν αἷμα latinismus est, Livio usurpatus, ut II. 30. *plus ibi sanguinis, promiscua omnium generum cæde, quam in ipsa dimicatione, factum.*" REISK. — Sic & Liv. IX. 13. & XXXV. 51. Confer Drakenb. ad II. 30. Apud Græcos αἷμα, pro *cæde* sumtum, notum est ex illo Demosthenis ἐφ' αἵματι φεύγειν, *cædis reum agi.* Vers. 1.

Vers. 2. κολάκων τις, ὄνομα Φίλων. Sic de hoc homine loquitur, ut non videatur ejusdem jam paulo ante in eadem narratione mentionem fecisse. Quare hic, quem Reiskius eumdem esse censuit cum eo qui cap. 30, 5. commemoratus est, diversus ab illo videri potest. Sed non diversus ab eo, qui commemoratus est XIV. 11, 1. Vers. 2.

Vers. 4. ἀπελοιδόρουν ex ed. 1. & codicum consensu restituimus: quod verbum cum ex ed. 1. & Aug. cognosset REISKIVS, jam præferendum vulgato judicaverat: — „qua in compositione, inquit, ἀπὸ perfectionem, absolutionem, finitionem rei significat, ut nihil, quod agatur, supersit." — Vers. 4.

Vers. 6. ἄφνω deest Reg. F. G. Ves. Tub. συνηκόντισαν edd. cum Aug. Sed *jaculis configere* in hominum concursu, nimis erat periculosum; & qui id facere voluerunt, Vers. 6.

luerunt, non opus habebant ut prope adcurrerent. Quare utique συνεκέντησαν malimus, quo verbo utitur noster cap. 31, 11. & aliàs. Sic ἐξεκέντησαν hoc cap. vers. 4. & ἐκέντουν vers. 9.

Vers. 7. *Vers.* 7. μετὰ δὲ τοῦτον, Aut τοῦτον aut τοῦτο Reiskius etiam pro vulgato τούτου maluerat. — *Ibid.* Νίκων. *Nico* ille quis ceteroquin fuerit, compertum non habemus: cognatum Agathoclis fuisse, ex vers. 13. intelligitur. — *Ibid.* γυμνὴ, & *vers.* 8. γυμνήν. — „Verbum hoc h. l. significat *flammeo veloue denudatam* mulierem; ut in viro, pallio armisve exutum." REISK. — Sic ἀκατακάλυπτος c. 27, 2. i. q. γυμνή.

Vers. 8. *Vers.* 8. Θεσμοφορείου Casaub. & sqq. Θεσμοφορίου nunc quidem ed. 1. cum msstis; sed rectior videtur altera scriptura, in quam c. 29, 8. omnes consentiebant.

Vers. 10. *Vers.* 10. θυμούς. Perperam θεσμοὺς Reg. F.

Vers. 11. *Vers.* 11. τὸν Φιλάμμωνα. Vide adnotata ad c. 30, 5. *Ibid.* τριταῖον, *ante triduum* interpretatus est Casaubonus, cum aliàs usurpetur id nomen de *trium dierum spatio intra quod conficitur iter.*

Vers. 12. *Vers.* 12. ἀπέπνιξαν. Mendose ἀπέπνηξαν ed. 1. cum msstis. In Ves. tamen correctum ἀπέπνιξαν.

Cap. XXXIV.

CAPVT XXXIV.

Vers. 1. *Vers.* 1. τῶν ἀκουόντων. Deest articulus Reg. F. G. Ves. Tub. — *Ibid.* τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον. Vide VII. 7, 7. XV. 35, 1 & 7. & c. 36, 1.

Vers. 2. *Vers.* 2. ὑπὸ λόγον ἄγοντες. conf. ad c. 19, 7. — *Ibid.* πιθανότητας. Mendose πειθανότ. ed. 1. cum msstis.

Vers. 3. *Vers.* 3. χειρισμῷ et mox χειρισμὸν recte Casaub. cum Aug. & in χειρισμὸν dein consentit ed. 1. Sed χωρισμῷ ed. 1. Reg. F. G. Ves. Tub. & iidem codices mox partim χωρισμὸν, partim χορισμόν. Conf. ad I. 28, 4.

Verſ. 5. τοῦ Φιλοπατ. τοῦ deeſt Reg. F. G. Veſ. Verſ. 5.

Verſ. 6. εὐφυέστατον. Mendoſe εὐθυέστατον ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Tub. Verſ. 6.

CAPVT XXXV. Cap. XXXV.

Verſ. 1. εἴποι τις, *dicat aliquis*, id eſt, *verbi gratia*, *exempli cauſa;* ut bene Reiſkius interpretatus eſt, qui in parentheſi ponenda illa verba monuit. Verſ. 1.

Verſ. 2. δημοτικῆς. δημωτικῆς ed. 1. minus recte. — *Ibid.* τὸν τρόχον, πηλόν. Conf. XII. 15, 6 ſq. Verſ. 2.

Verſ. 6. Σκιπίωνα. Σκηπίωνα ed. 1. 2. cum mſtis, ut plerumque aliâs. — *Ibid.* καταπολεμήσαντα monente Reiſkio correxit Erneſtus, quemadmodum & olim correxerat Scaliger. Sic vero ex codd. noſtris habet unus Reg. F. Verſ. 6.

Verſ. 7. — „Poſt εἰς ἐπίστασιν ἄγειν videtur ἄξιον (ſubaudi ἐστὶ) excidiſſe.“ REISK. — Niſi huc apte refertur verbum ἁρμόζει, quod in fine periodi legitur. — *Ibid.* ἐπὶ δὲ τῶν προειρημένων ἀνδρῶν. περὶ δὲ τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς legendum contendit Reiſkius, ut ad ſolum Agathoclem, (nempe Aegyptiacum de quo in ſuperioribus agebatur,) referretur hoc. At nil magnopere impedit, quin ſimul intelligantur reliqui, qui cum Agathocle occiſi ſunt. Tum ἐπὶ nil opus eſt in περὶ mutari, nam idem valet, & bene habet. — *Ibid.* ἁρμόζει recte Caſaub. In errorem induxerat oſcitantes librarios præcedens verbum προστιθέναι, in infinitivo poſitum, cui aſſimilari debere hoc verbum exiſtimarunt. Verſ. 7.

CAPVT XXXVI. Cap. XXXVI.

Verſ. 1. τὸν μετ' αὐξήσεως λόγον. cf. cap. 34, 1. τὸν deeſt Reg. F. G. Veſ. Tub. Verſ. 1.

Verſ. 2. ἐκπληκτικὰς περιπετείας recte Caſaub. cum Aug. Vrb. & Vrſin. τὰς ἐκπλήξεις πληκτικὰς περιπ. ed. 1. Med. Reg. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* In mendoſam ſcripturam, λεῖπον, & in probam, μάκρωσιν, codices conſen- Verſ. 2.

 tiunt

Verf. 2. tiunt omnes. — *Ibid.* τὴν ἐνέργειαν τῶν τοιούτων, *prolixiorem & nervofam rerum hujus generis narrationem, quae rem ad vivum depingit.* Videtur fere idem h. l. effe ἐνέργεια ac ἐξεργασία. conf. Quinctil. Inft. Orat. VIII. 3, 88 fq. Reifkius ἐνάργειαν legendum putavit, quod interpretatur *perfpicuam expofitionem & velut in rem praefentem deductionem.* Tueri is fententiam fuam poterat ex eis, quae ad Dionyf. Halic. de Lyfia judicium cap. 7. Tom. V. edit. Reifk. p. 465. monita funt a viris doctis, ubi quidem vulgo pariter ἐνέργειαν editum erat. Confer ejusdem Dionyfii Epift. ad Pompejum de praecipuis Hiftoricis c. 3. T. VI. p. 776.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἀμφοτέρων τούτων. τούτων deeft Reg. F. G. Vef. Tub.

Verf. 4. *Verf.* 4. ζηλοῦν perfpecte Cafaub. Conf. verf. 7. Imperite δηλοῦν legi voluerat Vrfinus, nifi typothetae error eft.

Verf. 6. *Verf.* 6. πιστεύωμεν ex ed. 1. & msstis reftituimus. Temere πιστεύομεν ed. Cafaub. & feqq.

Verf. 7. *Verf.* 7. In οἰκειότερον confentiunt omnes; quod ferri debet, intelligendo χρῆμα. Ac videtur eo refpectu haud incommode *comma* interpofitum in msstis & in ed. 1. 2. 3. quod repofitum velimus, deletum ab Ernefto. Si opus effet, in promtu foret οἰκειότερος corrigere.

Verf. 8. *Verf.* 8. Quae in *Scholio fub contextu* h. l. dicta funt de μὲν poft συγγνώμην ἔχειν inferto, parum adcurata funt. Eorum loco haec ponenda fuerant: τοῖς μὴ συνεφιστάνουσι. μὴ *ex ingenio correxit Cafaub.* cum τοῖς μὲν *darent mssti cum ed. 1.* συνεφιστάνουσιν vero edd. cum ν in fine, minus recte, & contra codicum fidem. — *Ibid.* κατὰ τῆς οἰκουμένης, *per orbem terrarum.* De hoc ufu praepofitionis κατὰ, vide ad III, 19, 7.

CAPVT

CAPVT XXXVII.

Verſ. 1. μεγαλεπίβολος ex cod. Peir. edidit Valeſius, quod verum eſt. Eſt enim μεγαλεπίβολος is, qui μεγάλοις πράγμασι ἐπιβάλλεται, qui μεγάλας ἐπιβολὰς habet, ſive, ut Suidas interpretatur, (apud quem quidem perperam η pro ι vulgo ponitur) ὁ μεγάλων πραγμάτων κατερχόμενος. Contra μεγαλεπήβολος eſt ὁ μεγάλων πραγμάτων ἐπιτυχὴς, vel ὁ μεγάλων προτεθέντων ἐξεργαστικὸς, quod de Antiocho paulo poſt dicit Polybius. Vtriuſque vocabuli vim erudite diſtinxit declaravitque Weſſelingius ad Diodor. lib. I. c. 19. & II. 7. Cap. XXXVII. Verſ. 1.

Verſ. 2. In αὐτοῦ conſentit Suidas cum exemplo Valeſiano. Verſ. 2.



ADNOTATIONES AD POLYBII HISTORIARVM LIBRI XVI. RELIQVIAS.

Lib. XVI. Cap. I.

CAPVT I.

Chronologia.

Prima est hæc Ecloga ex Valesianis, quæ ex libro XVI. excerptæ sunt. Et recte relatam esse ad illum librum, testis est Stephanus Byzant. in Ἱερακώμη. conf. vers. 8. hujus capitis. Igitur res, de qua hic agitur, gesta est post annum ab V. C. 552. in quem desinebat libri superioris historia. Sed, ante A. V. 554. gestam esse, intelligitur ex Liv. XXXI. 46. ubi, in rebus A. V. 554. gestis, narratur, Aetolis Attalum mille milites ex foedere debitos negasse, *quod illi quoque gravati prius essent ad populandam Macedoniam exire, quo tempore, Philippo circa Pergamum urente sacra profanaque, abstrahere eum inde respectu rerum suarum potuissent.* Fecisse autem Philippum hanc in Pergamenen incursionem ante pugnam navalem ad Chium, colligi posse putavimus ex eo, quod, quo tempore pugna illa commissa est, venit Philippus ex ea parte oræ Ionicæ, quæ magis ad septemtrionem est, & versus meridiem Samum contendit, c. 2, 4. deinde vero magis etiam versus meridiem in Cariam perrexit, & Prinasso Iassoque Cariæque urbibus oppugnandis tempus insumsit, ut discimus ex serie Excerptorum Antiquorum ex eodem hoc libro XVI. c. 11 sq.

Vers.

Verf. 1. αἰκίαν. In ora fui libri hoc adnotavit Gronov. Pariterque REISKIVS: „Forte αἰκίαν, ait, id eft ὕβριν, contumeliam, quæ vulnerandis, lacerandis, corrumpendis, deftruendis corporibus & rebus exercetur.“ — Nec dubitari debet, verum hoc effe. Sane eodem modo πᾶσαν αἰκίαν ἐπεδείξαντο ait I. 88, 6. conf. XVII. 17, 4. Verf. 1.

Verf. 4. εἰς τὰ τῶν θεῶν ἕδη καὶ τεμένη. ἕδη funt *fedes*, tum *ædiculæ* deorum, & per metonymiam etiam *ipfa fimulacra*, ut docet Suidas: Ἕδος· τὸ ἄγαλμα, καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἵδρυται. Verf. 4.

Verf. 6. τὸ Νικηφόριον. — „Lucus fuit juxta Pergamum, quem lucum ab Eumene confitum effe, Strabo docet lib. XIII. [p. 624.]. Excifus enim fuerat a Philippo, ut narrat h. l. Polybius, & initio lib. XVII. [c. 2, 4. & c. 6, 4.] Meminit & Livius lib. XXXI. [c. 46.] *Philippo circa Pergamum urente facra profanaque.* & lib. XXXII, [c. 34.]“ VALESIVS. — *Ibid.* διαῤῥίψας. διαῤῥήξας correxit Salmaf. in ora fui libri, citra neceffitatem, conf. verf. 5. Verf. 6.

Verf. 7. τὸ τῆς Θήβης πεδίον. — „De hoc *campo*, qui *Thebes* dictus eft, non Thebe, ut perperam in Pomponio Mela perfcriptum eft, fic Livius lib. XXXVII. [c. 19.] *Hoftiliter itinere facto petiit agrum opulentum, quem vocant Thebes, campum carmine Homeri nobilitatum.* Qui locus ex Polybio tranflatus eft Legat. XXI. [lib. XXI. c. 8, 13.] fed Polybius eum campum ab Homero effe celebratum non dicit, itaque id de fuo admenfus effe videtur Livius. [Nifi Polybii verba huc fpectantia confulto præteriit legationum compilator.] Homerus quidem Thebes oppidi meminit lib. I. Iliad. [vf. 366.] ᾠχόμεθ᾽ ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος. fed campum Thebes non nominat. Nifi forte eum locum ex hymno in Apollinem [vf. 228.] intellexit Livius: Θήβης ἀμπεδίον πυρηφόρον. Sed ibi Homerus de agro Thebano loquitur, qui in Græcia eft. Itaque vix eft, ut fe Livius purgare ab errore poffit. Strabo certe lib. XIII. [p. 612.] poft Trojana tem- Verf. 7.

tempora hunc campum ita cognominatum esse scribit." VALESIVS.

Vers. 8. *Vers.* 8. εἰς Ἱερὰν κώμην. — „Stephanus Byzantius hunc Polybii locum in mente habuit, cum notaret, Ἱερὰ κώμη, δῆμος Καρίας. Πολύβιος ις.' ex quo apparet, recte hoc caput libro XVI Polybii a nobis adscriptum fuisse. Hujus oppidi incolæ *Hierocomitæ* [*Hieracometæ*] dicuntur a Plinio lib. V. [30, 33.] qui ad Pergamenam jurisdictionem conveniebant." VALESIVS. — Idem oppidum putamus, *Hierocæsarea* deinde nominatum est: sane posteriores scriptores, *Hierancomen* ignorantes, Hierocæsaream haud procul Thyatyris ponunt. vide Cellar. Geogr. Antiq. III. 4. p. 130. Sed falsus videtur Stephanus Byz. aut erravit ejus epitomator, cum in *Caria* istud oppidum posuit, quod multo magis versus septentrionem situm esse debuit.

Vers. 9. *Vers.* 9. Ὁ δὲ Ζεῦξις. — „Hæc postrema addidi hic ex Suida in Σωματοποιεῖν: quæ quidem quin ibi locum habere debeant, ubi ea collocavi, nemo, ut opinor, inficiabitur. Erat porro hic *Zeuxis* Lydiæ satrapa, [nomine Antiochi, cum quo societatem contraxerat Philippus,] ut docet Polybius legat. XXIV. [lib. XXI. c. 13, 4.] Cujus & meminit Livius [XXXVII. 41 & 45.] & Ioseph. lib. XII. [c. 3, 4.] Antiquitat." VALESIVS. — Rursus Polyb. XVI. 24, 6.

Cap. II.

CAPVT II.

Fragmentum hoc de *Pugna navali Philippi cum Attalo & Rhodiis* primum omnium græce & latine editum est Parisiis 1536. a *Lazaro Baysio* in lib. *de Re Navali*, communicatum ei Venetiis a Victore Fausto. Idem fragmentum cum nova versione latina & animadversionibus exhibuit *Meibomius* in lib. *de Fabrica Triremium*, Tom. XII. Thesauri Græviani, p. 658 sqq.

Vers. 1. *Vers.* 1. τῶν μὲν κατὰ τὴν πολιορκίαν. Quænam sit urbs, de cujus obsidione hic egerat Polybius, scire nos noluit

noluit imperitus compilator horum Excerptorum. Sed conjectura fortasse adsequi licet. Qui Abydum volunt, nuperus interpres Germanicus, & si qui sunt alii, quo fundamento nitantur, nescimus. Abydi obsidio ad annum sequentem pertinet. vide cap. 29 seqq. Suspicati primum eramus, ipsam urbem Pergamum hic intelligendam, de qua superiori ecloga agebatur. Sed urbem hanc, quam nunc obsidebat Philippus, maritimam fuisse, intelligitur ex vers. 2 sq. Fuit eadem haud procul ab eo loco, ubi commissa est navalis pugna quæ mox exponitur: (vers. 4 sq.) est autem is locus inter Chium Asiamque. Atqui in ea Asiæ ora nulla alia urbs est, nisi *Erythræ*, Ionica urbs cum portu; quæ etiam in hac ipsa narratione, ut vicina, memoratur cap. 6, 5. conf. notata ad vers. 8. hujus cap. Eam igitur forte oppugnaverat Philippus, ut Attali sociam, cum qua ipsi bellum erat. Nam sociam fuisse & amicam Attali satis inde adparet, quod in eam ex naufragio concessit. Philippi res hoc anno 553 gestas brevissimis verbis Livius tangit XXXI. 2. *Sub idem fere tempus* (sub finem anni quo consulatum gesserunt Cn. Cornelius Lentulus, P. Aelius Pætus) *& ab Attalo rege & Rhodiis legati* (Romam) *venerunt, nunciantes, Asiæ quoque civitates sollicitari.* conf. ibid. cap. 3. Fortasse vero ex eo, quod Philippus, longius quam reliqua classis progressus, haud procul Erythris substitit, (vers. 8. & cap. 6, 1-5.) intelligi debet, paulo magis ad septemtrionem remotam fuisse illam urbem, a cujus obsidione nunc veniebat Philippus. Sic fuerit una ex illis, quas Attalo sese adjunxisse nominatim Polybius refert V. 77, 4. sive Cyme, sive Smyrna, sive Phocæa. An *Elea* sive *Hella?* de qua vide ad cap. 41, 5. Vers. 1.

Vers. 4. κατατάχήσειν. Polybianum verbum; in quod consentiunt omnes præter Reg. F. & Tub. qui perperam καταχήσειν habent, sed in Reg. F. prius fuerat κατάσχήσειν, quod habet Bays. — *Ibid.* εἰς τὴν Σάμον. conf. vs. 9. Vide notata ad III. 2, 8. & locis ibi citatis hunc Vers. 4.

adde,

adde, & Liv. XXXIII. 20 ſub finem. Confer etiam infra ad cap. 7, 6.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *συνιδεῖν.* Sive ex ms. cod. ita ſcripſit Bayſius, ſive ex conjectura, unice verum hoc videtur. Non enim probare poſſumus REISKIVM ſcribentem, ferri poſſe *συνελθεῖν*, nempe hac ſententia: — „cum congrederetur Philippus cum ſuis navibus; ſeu prope ad ſe veniret, qui in oſtio portus (neſcio cujus; nihil enim uſquam reperio) excubarent, quo claſſem Philippi exitu excluderent. Vnde conſtat, [ſic pergit Reiſkius] etiam *ἀναγόμενοι* eſſe legendum. Attalus & Theophiliſcus, Rhodiæ claſſis imperator, *ἀνήγοντο*, cum viderent Philippum *ἑαυτοῖς συνελθεῖν*," — In *ἀναγόμενον* ad unum conſentiunt omnes ſcripti editique.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *συνέβη δὲ τὸν ἀνάπλουν αὐτῶν γενέσθαι διαλελυμένον, ἅτε πεπεισμένων, τὸν Φίλιππον* &c. *αὐτῶν* & *πεπεισμένων* a Bayſio accepit Caſaub. Perperam *αὐτῷ* & *πεπεισμένον* ed. 1. conſentientibus noſtris codicibus. *αὐτοῖν* & *πεπεισμένοιν* in ſuo exemplo correxit Scaliger. *διαλελυμένον ἀνάπλουν* recte Caſaub. vertit *ſoluto navium ordine.* Nos, reſpicientes id quod mox ſequitur, & quod ait cap. 4, 4. (quæ tamen non ſatis perſpicua ſunt) interpretati ſumus *non ſimul ambo junctis claſſibus.* Nempe primo Attalus ſolus in hoſtilem claſſem egreſſus eſt, quia ſtatim non putarant, cum omni claſſe profectum Philippum, ſed partem aliquam ſecum retinuiſſe ad portum urbis quam obſidebat, & in cujus oppugnatione perſeveraturum eum putabant; aut omnino, quoniam inopinato Philippus cum claſſe erat profectus, neque ipſi continuo ſimul omnes ad contra proficiſcendum parati erant.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *τῷ δεξιῷ καὶ καθηγουμένῳ.* Commodiſſime intelligitur *κέρατι* vel *μέρει*, nec opus eſt ut hoc adjiciatur, quemadmodum Meibomius voluerat. De re conf. c. 5, 8.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *ἀντιπρώρους.* *ἀντιπρώῤῥους* Aug. Reg. F. G. Veſ. & ſic fere conſtanter. — *Ibid.* *ὑπὸ τὰς νησίδας ἀναχωρήσας*

χωρήσας

χωρήσας - - τὰς μεταξὺ τοῦ πόρου κειμένας. *ad parvas se recepit insulas, quæ in medio trajectu sitæ sunt.* πόρος intelligitur mare inter Chium & Asiam interjectum, (conf. c. 8, 9.) & h. l. potissimum inter Chium urbem & Erythras. Insulæ illæ quænam sint, docet Strabo lib. XIV. p. 644. αἱ Ἐρυθραὶ, πόλις Ἰωνικὴ, λιμένα ἔχουσα καὶ νησίδας προκειμένας τέτταρας, Ἵππους καλουμένας. conf. supra ad vers. 1. & infra, cap. 6. vs. 1-5. Vers. 8.

Ibid. μετά τινων λέμβων. Cum ultra centum lembi essent in classe Philippi, nullo modo probabile est, omnes lembos secum e certamine subduxisse. Quin imo in ipsa pugna insignis usus fuit illorum lemborum, ut docet Polyb. c. 4, 1 & 8. Non solum vero lembos secum subduxit nonnullos, verum etiam majores naves, ut adparet ex c. 6, 4. quare hic turbatum nonnihil esse & defectum in contextu intelligi debet. Quod κειμένων vulgo hic erat editum, pro κειμένας, errore primi editoris aut operarum ejus factum est; κειμένας corrigendum monuerunt Gronov. & Reiskius: & sic habet Baysius cum codd. omnibus.

Vers. 9. σὺν δὲ τούτοις ἄφρακτα. λέμβοι δὲ &c. Sic libri omnes scripti & editi. Vnus Baysius in græcis quidem ἄφρακτοι posuit, & deleto puncto cum λέμβοι conjunxit; sed in latina versione vulgatam scripturam expressit. Post ἄφρακτα videri numerum deesse, monuerunt Meibomius & Reiskius. Possis λ.' ex sequenti voce λέμβοι, id est, *triginta*, suspicari, si quid juvarent ejusmodi conjecturæ. Vers. 9.

Ibid. σὺν ταῖς πρίστεσιν. *Pristis*, (major lembo, ut intelligitur ex XVII. 1, 1.) navis longa erat & parum lata, adeoque velocitate præstans; sive *a secando mari* nomen habens, ἀπὸ τοῦ πρίζειν, ut volunt alii, sive, ut Nonius, *a forma pristium marinarum, quæ longi corporis sunt, sed angusti.* Vide, præter eos qui ex professo de Navigiis veterum commentati sunt, Hadr. Iunii Animadverss. lib. II. c. 13. in Gruteri Thes. crit. T. IV. p. 380.

Vers.

Verf. 10. *Verf.* 10. τριημιολίαι. Conftanter in hanc vocabuli formam confentiunt libri noftri omnes: nec aliter ufurpavit Diodorus XX. 93. nec Hefychius. Apud unum Athenæum lib. V. p. 203. τριηρημιολία invenitur. Quale vero fuerit id navigii genus, per ea quæ conjectarunt magis, quam docuerunt viri docti, nondum ad liquidum deductum effe profeffus eft Weffeling. ad Diodor. l. c. Hefychius: Τριημιολία· ναῦς μακρὰ ἄνευ καταστρώματος, id eft *navis longa aperta.* Et hoc loco utique Polybius, quemadmodum & cap. 7, 1. in ἀφράκτων numero refert τὰς τριημιολίας. Sed & τὰς τριήρεις pariter a ταῖς καταφράκτοις diftinguit, adeoque in *apertarum* navium numero ponit; de quo vide quæ notavit Meibomius l. c. p. 663 feqq. Ex quo quinqueremes in bello in ufu maxime effe coeperunt, (de quibus conf. I. 63.) triremes navibus minoribus etiam accenfebantur.

Cap. III.

CAPVT III.

Verf. 1. *Verf.* 1. καταρχὴν Cafaub. cum Aug. & Vrf. Perperam κατ' ἀρχὴν ed. 1. cum cett. codd.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἐβύθισε correxit Cafaub. cum Bayf. & Vrfin. ἐβύθησε ed. 1. cum msstis, qui & mox eodem errore ναυαρχῆς habent, pro ναυαρχίς.

Verf. 4. *Verf.* 4. τὸ κῦτος fcripfimus cum Bayfio. Ceteri τὸ κύτος. — *Ibid.* θρανίτην. Imperite θρανίνην ed. 1. cum msstis. Correxit Cafaub. cum Bayf. — *Ibid.* σκαλμόν. σκαλμὸς ed. 1. cum Med. Quid fit vero ὑπὸ τὸν θρανίτην σκαλμὸν non magis fe intelligere Reifkius profitetur, quam corruptam Hervagianam lectionem. θρανίτας notum eft vocatum fuiffe *fuperiorem remigum ordinem* five *verfum.* σκαλμὸς quum fit proprie *paxillus ad quem religatur remus*, fumitur h. l. pro *remigum ordine vel verfu*, ut monuit Erneftus in Lex. Polyb. Quare ὑπὸ τὸν θρανίτην σκαλμὸν eft *fub verfu thranitarum*, quemadmodum etiam Schefferus interpretatus erat. Sed vel fic difficul-

tate

tate res non caret, quam difficultatem non dissimulavit Meibomius, explanare vero studuit p. 668 sq.

Vers. 5. προσηρεμαμ. τοῦ πλοίου αὐτῇ. Conf. II. 10, 4. Vers. 5.

Vers. 7. ἐπτήρει τῶν πολεμικῶν, scil. νεῶν, *hepteri ex hostilibus navibus.* In istam scripturam consentiunt libri nostri omnes. Et est quidem aliâs πολεμικὴ ναῦς, *navis bellica, navis ad bellum instructa;* πολεμία vero ναῦς, vel πολεμίων ναῦς, *navis hostilis, navis hostium.* Sed quemadmodum πολεμικῶς ἔχειν significat *hostiliter animatum, hostem esse;* sic nihil impedire videtur, quo minus *hostilis navis* πολεμικὴ ναῦς dicatur: adeoque non opus fuerit, ut a consentiente codicum scriptura nunc quidem discedamus. Vicissim τὰ πολέμια passim idem valet ac τὰ πολεμικὰ, *res bellicæ*, ut monuimus ad II. 36, 2. Mox vero vers. seq. hujus capitis, in quo versamur, in τὴν δὲ τῶν πολεμίων τρώσας ναῦν consentiunt omnes; & πολεμία ναῦς, πολέμιον σκάφος, sæpe in eadem hac narratione. Vers. 7.

Vers. 8. ἀναστείρου τῆς νεὼς οὔσης. — „Quid hoc vocabulum sit, & quid significet, fateor me ignorare. Casaubonus vertit: *quia proram navis suæ vehementer ad feriendum erexerat.* Qua in ratione interpretandi neque quam lectionem secutus ille sit perspicio, & puppim potius ad feriendum erigi, proram deprimi, putem. Porro, si prora vehementer fuit erecta, non potuit navis Dinocratis vulnus in parte ea, quæ super undas exstaret, accipere, sed accepit in ea parte quæ aliâs undis mergitur.“ REISKIUS. — ERNESTUS, cum in Lexico Polyb. corruptam esse vocem ἀνάστειρος præcise contendisset, in Addendis Corrigendisque hæc adjecit: „Tentat tamen explicare Meibomius, de Fabrica Trirem. p. 672. (T. XII. Ant. Rom.) ducens a στεῖρα, (quæ est in prora inter προεμβολίδα & ἔμβολον, Pollux I. 8.) quasi esset, τῆς στείρας ἄνω οὔσης, intelligitque de *nave ostere*, non *Dinocratis*, ad quem refert Casaubonus; inserere jubens etiam πολεμίας ante νεὼς, & vertens: *quod hostilis navis* Vers. 8.

 prora

Verſ. 8. *prora erectior eſſet.* De Dinocratis nave ſermonem eſſe, ſequentia docent: nec analogia interpretationi verbi favet, ut opinor." — Nos quidem nec temere ſolicitandam librorum ſcripturam, quæ nihil per ſe improbabile habet, putavimus, & in Meibomii explicatione, quam apud ipſum uberius viderit ſtudioſus lector, adquieſcendum. στεῖρα apud Homerum quidem vulgo interpretantur *carinam:* ſed ex Polluc. I. ſect. 85. & ex Heſychio (qui ſic habet: Στεῖρα· τὸ ἐξέχον τῆς πρώρας ξύλον κατὰ τὴν τρόπιν) intelligitur, eſſe στεῖραν anteriorem carinæ partem, vel firmam trabem in anteriore carinæ parte, ſub ipſa prora, cui trabi ipſum ferreum roſtrum vel infixum fuiſſe videtur vel adfixum. Itaque ἀνάστειρος ναῦς erit navis, *cujus anterior pars atque roſtrum* (ſive undarum vi, ſive accedente remigium arte) *in altum erat ſublata & ſuper aquam eminebat.* Ceterum navem hanc, quam ἀνάστειρον fuiſſe Polybius ait, ſatis intelligi putamus fuiſſe hoſtilem octeren, ut non neceſſarium ſit cum Meibomio adjicere vocabulum πολεμίας.

Ibid. ὑπὸ τὰ * βίαχα. Sententia facile patet: de verbo latus hariolandi locus. Meibomius in contextum recipere non dubitavit ὑπὸ τὰ δρύοχα, *ſub carinam.* Sed mira & vix uſquam aliâs obſervata permutatio literarum Β & Δ. Gronovius, ὑπὸ τὰ βραγχία vel βράγχια conjiciens in Notis msstis, reſpexit illud Heſychii: Βραγχίον· τῆς καταφράκτου νεὼς τὸ κύτος. Fortaſſe τρώσας ναῦν ὑπόβρυχα ſcripſerat Polybius, *vulneravit navim ſub unda,* ut Odyſſ. Ε.′ 319. τὸν δ᾽ ἄρ ὑπόβρυχα θῆκε, ſive ſit adverbium, ſive quartus caſus a nominativo ὑπόβρυξ. Paſſim vero frequentantem Homerica verba Polybium obſervavimus.

Ibid. ἐπιβαλλόμενος. Temere ἐπιβαλλούμενος ed. 1. (Editionem 1. ſemper Hervagianam nunc dicimus, non Bayſii editionem hujus fragmenti.)

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τοῖς περὶ τὸν Ἄτταλον. τὸν temere caret ed. Caſaub. & ſqq.

Verſ.

Verſ. 12. ἥμαρτε τοῦ τρῶσαι recte Caſaubr cum Vrb. Bayf. & Vrſin. Perperam τῷ τρῶσαι ed. 1. cum ceteris noſtris codd. Verſ. 12.

Ibid. ἀπέβαλε τὸν δεξιὸν ταρσόν. ὁ ταρσὸς *palmula remi* eſt, & ſynecdochice *remus.* Sic ſæpe, & mox in hac eadem narratione, c. 4, 5 & 14. Sed hoc loco (ut paulo ante σκαλμὸς, verſ. 2.) collective ſumitur pro integro *ordine* vel *verſu remorum*, quam notionem Henr. Stephanus in Theſ. ex Euſtathio ad Odyſſ. lib. IX. p. 1625. ed. Rom. (p. 349. ed. Baſil.) adnotare non neglexit.

Ibid. τῶν πυργούχων. In verſione latina hoc etiam expreſſit Caſaubonus, *tignis quoque ſimul confractis, quibus turres erant ſuperſtructæ.* — „πυργοῦχοι ſunt *fulcra & quaſi baſes turricularum*, quæ ſunt in navibus conſtratis, Pollux I. 92. adde Scheff. de Re nav. p. 132.“ ERNESTVS in Lexic. Polyb. — Adde Meibom. p. 674. qui & ipſe πυργούχων in contextum recepit.

Verſ. 14. κραυγῆς δὲ recte libri noſtri omnes. κραυγῆς δὴ Bayf. Verſ. 14.

CAPVT IV. Cap. IV.

Verſ. 2. λέμβοι cum Bayfio Meibomius etiam edidit, & ſic Vrſinus legere juſſit, idque in verſione latina expreſſit Caſaub. Ac ſane & oppoſitionis ratio & tota orationis connexio hoc poſcebat. Conf. verſ. 8. ubi in τοὺς λέμβους conſentiunt omnes. πολέμιοι tamen defendere conatus eſt Reiſkius. — *Ibid.* διέφερον. Et hanc emendationem, quantumvis neceſſariam, ſolicitavit REISKIVS, contendens, idem dicere ἀνέφερον cum διέφερον, atque etiam elegantius videri poſſe. [At non erat ei elegantiæ nunc locus.] — „ἀναφέρειν, ait, dicitur de rebus aquæ innatantibus, aut e fundo in ſuperficiem aquæ enatantibus.“ — Verſ. 2.

Verſ. 4. καθάπερ ἀρτίως εἶπα. Conf. cap. 2, 6. & ibi notata. — *Ibid.* τῷ δὲ ταχυναυτεῖν Bayf. Vrſin. Caſaub. & ſeqq. τὸ δὲ ταχ. ed. 1. cum msstis noſtris. Verſ. 4.

Verf. 7. *Verf.* 7. κατὰ πρόσωπον. κατὰ τὸ πρόσ. folus Med.

Verf. 12. *Verf.* 12. ἔμπρωρα τὰ σκάφη ποιοῦντες. Sive hoc probes, five vulgatam teneas, quæ tamen per fe vix fana videri poteft, fatis plana fententia. Eft hoc, quod hic dicit, contrarium ejus quod ἀνάστειρον ναῦν fupra dixerat cap. 3, 8. Simili vero artificio olim Syracufanos, fuadente Aritone Corinthio, adverfus Athenienfes ufos Diodorus Siculus narrat XIII. 10. ἐν πρώῤῥᾳ cum duplici litera ῥ dant mssti & ed. 1. ut fere conftanter, quod jam fuperius monuimus. Sic paulo ante, ἀντιπρώῤῥους iidem. — *Ibid.* ὕφαλα τὰ τραύματα. Articulum τὰ recepimus ex Med. & Bayf. Abeft editis & ceteris codicibus.

Cap. V.

CAPVT V.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἐπιφανέστατα. Temere ἐπιφανέστατοι Bayf. — *Ibid.* Verba πεντήρεις τῶν Ῥοδ. ufque μετὰ defunt Reg. F. G. Vef. Tub.

Verf. 2. *Verf.* 2. συνέβη δὴ Cafaub. & feqq. δὲ ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vef. Particulam omifit Bayf. — *Ibid.* καταδῦναι recte Cafaub. cum Aug. Vrfin. καταδύναι Bayf. καταδοῦναι ed. 1. Reg. F. G. Vef. — *Ibid.* εἰσρεούσης. Temere εἰσφεούσης ed. 1. & εἰρσεούσης ed. 2.

Verf. 3. *Verf.* 3. εἰς τὴν θάλατταν. Articulum, quo carent ceteri omnes, accepimus a Bayfio.

Verf. 8. *Verf.* 8. τὸ μὲν δεξιὸν κέρας &c. Philippus, per fretum quod inter Chium & Afiam eft, verfus Samum navigans, habuit quidem Afiam a finiftra, Chium a dextra. Itaque videri poteft, lævum aciei Philippi cornu propius effe debuiffe Afiæ, quam dextrum. Tota autem claffis, ex primo Philippi inftituto (c. 2, 4.) juxta Afiæ oram navigare debuerat. Id inftitutum tenuit *dextrum* cornu, quod ante alterum exierat, & illud erat prætergreffum:
Verf. 9. (cap. 2, 7.) *lævum* vero, ut mox *Verf.* 9. ait, cum pone effet, magis etiam verfus Chium retractum fuerat, ea occafione de qua dixit c. 4, 4-7.

Ibid.

Ibid. οὐ πολὺ τῆς Χίας, intell. γῆς, *haud procul a Chia terra.* — REISKIVS vero: „Forte Χίου, ait: durius enim fit, γῆς aut νήσου fubaudire. Simile tamen eft vulgatæ illud Herodoti I. 70. ὡς ὁ κρατὴρ ἐγένετο κατὰ τὴν Σαμίην.“ — *Ibid.* ἀποσχὸν Cafaub. ex conject. correxit, cum effet ἀπέσχον in ed. 1. quod temere factum. Repone ἀπέχον, in quod cum Bayfio confentiunt codices omnes. — Paulo ante pro παραβοηθῆσαι, mendofe Reg. F. G. Vef. Tub. παραβοῆσαι habent, fed in Vef. θη inter lineas adfcriptum. Pro ὀρεγόμενον, (verf. 8.) perperam ὀρεγόμενος ed. 1. Reg. F. G. Verf. 9.

CAPVT VI. Cap. VI.

Verf. 1. πρὸς τὰς νησίδας. conf. verf. 5. & c. 2, 8. ibique notata. Verf. 1.

Verf. 2. πεντήρη, πεντήρει ed. 1. invitis msstis omnibus. Mox eadem τετρωμένον cum Reg. F. & Tub. pro τετρωμένην. Ceteri recte. Verf. 2.

Verf. 5. In παρασκευῆς, & verf. 6. in κατασκευῆς confentiunt cum editis mssti noftri omnes. Vtroque loco ἀποσκευῆς legendum contendit Meibomius: quæ fcriptura commodiffima quidem foret, fed non videtur neceffaria. conf. ad I, 19, 15. Certe vocab. κατασκευή, pro *rerum omnium copia*, & pro fynonymo vocabuli ἀποσκευή, paffim ufurpatum vidimus. conf. ad IV. 73, 6. Et nihil magnopere impedire videtur, quo minus & παρασκευή (*adparatus regius*) fuo loco hic ftare putemus. Verf. 5 fq.

Verf. 7. πορφυρῶν ἱματίων. — „Poffet πορφυροῦν ἱμάτιον fatis bene defendi, [fcil. collective intelligendo id nomen, ut Latinorum *ftragulam veftem*,] nifi fequeretur παρεπομένων σκευῶν, quod neceffario genitivum requirit, five fingularem, quem malim, πορφυροῦ ἱματίου, five pluralem πορφυρῶν ἱματίων.“ REISKIVS. — Nifi πορφυροῦν ἱμάτιον ponendum fuit ante ποτηρίων πλῆθος. Verf. 7.

Verf. 9. ἠλαττωμένος παρὰ πολὺ τὴν ναυμαχίαν. — „Poffit facile κατὰ vel εἰς fubaudiri: fed non folet Poly- Verf. 9.

 bius

Verf. 9. bius harum præpofitionum parcus effe; quare malim, alterutram addi, aut τῇ ναυμαχίᾳ legi." REISKIVS. — At eadem ratione V. 105, 10. ait, τὴν περὶ Κάνναν μάχην ἡττήθησαν.

Verf. 10. *Verf.* 10. πιθανότης. πειθανότης ed. 1. Aug. Reg. F. G. — *Ibid.* διὰ τὸ κατάγειν &c. κατάγειν *in portum deducere* interpretatus eft Cafaub. & id plerumque in re maritima denotat hoc verbum: fed debuerat h. l. fimpliciter verti *captivam abduxit*, ut V. 95, 4. IV. 6, 1. Certe nil urget, ut cum Meibomio ἀνάγειν corrigamus.

Verf. 11. *Verf.* 11. τὸ περὶ τὸν recte Cafaub. & feqq. τὸ παρὰ τὸν ed. 1. Med. Aug. & Bayf. τὰ παρὰ τὸν Reg. F. G. Vef. Tub.

Verf. 12. *Verf.* 12. πρὸς τοὺς Ῥοδίους. τοὺς carent iidem Reg. F. G. Vef. Tub.

Verf. 13. *Verf.* 13. ἀναδησάμενοι tenuimus editum ab Ernefto. Sic & codex Med. & Bayf. Atque ita h. l. corrigere Witterus jufferat, ad Thomam Mag. p. 50. Mendofe ἀναδυσάμενοι ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vef. ἀναδεσάμενοι Cafaub. quod per fe non malum erat, nam δέω futurum pariter δέσω & δήσω format, unde & ἀναδεδεμένους verf. 8. Sed in Aor. 1. med. in ufu eft ἀνεδησάμην. Sic III. 96, 6. & alibi. Eodem modo apud Appianum aliofque fæpenumero ἀναδήσασθαι ναῦν.

Cap. VII.

CAPVT VII.

Verf. 1. *Verf.* 1. Verba καὶ τριημιολίαι τρεῖς defunt uni Reg. G. Conftanter Bayfius τριηρημιολίαι fcripfit.

Verf. 2. *Verf.* 2. τετρήρεις. τετριήρεις Reg. F. G. Vefont.

Verf. 3. *Verf.* 3. Quemadmodum & de *Philippi* navibus vf. 1 & 2. & de *Rhodiis* verf. 4. primum recenfet *fubmerfas*, deinde de *captis* loquitur: fic & de *Attali* navibus facere debuit. Et quum de Rhodiis ait, ἧλω δὲ οὐδὲν, intelligi debet, paulo ante de Attali navibus dictum effe *captas fuiffe nonnullas*. Atque ita eft: cepit nonnullas Attali naves Philippus, ut docet c. 6, 5. & præfertim regia Attali

tali navis non (quemadmodum hoc loco, ob defectam librariorum culpa orationem, dicere videtur Polybius) demersa est, sed capta a Philippo, & Philippi navibus adligata, ut docuit c. 6, 10. Lacunam ex cap. 6. sic supplendam Meibomius statuit: κατέδυσαν μὲν τριημιολία μία καὶ δύο πεντήρεις· ἥλωσαν δὲ δύο τετρήρεις, καὶ τὸ τοῦ βασιλέως σκάφος. Vers. 3.

Vers. 4. καὶ τριήρης. Aut sic, aut τριήρεις η.' (litera η ex sequenti verbo ἥλω repetita) scribendum monuerat Reiskius, aut tacite a communi vocabulum δύο e superioribus repetendum. Expeditissima ratio ea erat, quam obtulit codex Augustanus, quae adeo utique adoptari debuit; praesertim quam ει & η saepe temere inter se permutarint nostri librarii, sicut mox c. 8, 2. pro πεποιῆσθαι dant πεποιεῖσθαι Aug. Reg. F. G. Vef. Vers. 4.

Vers. 5. πρὸς ἑβδομ. Sic mssti nostri omnes cum edd. — *Ibid.* τῶν δὲ τοῦ Φιλ. τοῦ temere omiserat Casaub. & seqq. Agnoscunt articulum cum ed. 1. libri nostri omnes & Bays. Vers. 5.

Vers. 6. καὶ Μακεδόνων. Corrupte διὰ Μακεδ. ed. 1. & Med. & carent καί. — *Ibid.* τῶν δὲ Αἰγυπτίων. Si vera est haec scriptura, intelligendi erunt *Aegyptii* sive milites sive remiges, quos e Samo insula habuerat Philippus: nam Samum per id tempus, quum Aegyptiorum fuisset, Philippus occupaverat, adeoque remiges inde in sua classe potuerat habere. Vide quae ad cap. 2, 4. notata sunt. Sed videtur utique hic locus dicendi fuisse de *viris ex Attali classe captis;* nam fieri vix potest, quin cum captis Attali navibus (de quibus modo diximus ad vers. 3.) viri etiam nonnulli in potestatem venerint Philippi, si vel maxime statuas, plures eorum cum ipso Attalo in terram evasisse. Vers. 6.

CAPUT VIII. Cap. VIII.

Vers. 2. κατὰ μίαν. κατὰ μιᾶς ed. 1. & Med. — *Ibid.* ἐπὶ τὸ καλούμενον Ἄργεννον. Strab. XIV. p. 644 sq. Vers. 2.

Verf. 2. In parte auftrali freti, non in boreali, ut ftatuunt nonnulli. Hodieque *promontorii albi (Cap blanc)* nomen habet. Eft haud procul ab eo promontorio commodus in Erythræa regione, in Afiæ ora, portus *Cafiftes*, in quo cum navibus confiftere Philippus potuit; idem portus, qui *Tchefme* hodie vocatur, combufta a Ruffis Turcarum claffe nupero bello Turcico nobilitatus.

Ibid. πεποιῆσθαι τὸν ὅρμον ἐπὶ τῶν ναυαγίων. Videtur ufitata hæc formula dicendi fuiffe, *in naufragiis* vel *ad naufragia ftationem habere*, pro *ftationem habere in eo loco* vel *prope eum locum ubi pugna navalis commiffa eft.*

Verf. 3. *Verf.* 3. συναύξειν τὴν προειρημένην Φαντασίαν. Nolimus hoc folicitatum a Reifkio, præfertim cum melius nihil, quod fubftitueret, haberet, quam συντεύξειν; id enim effici ex vulgato συντάξειν debuiffe ait, interpretaturque *quafi conftructurus & confabricaturus artificio effe*. συναύξειν, *augere*, verbum eft Polybio familiare. συντάξειν mendofum effe, apud omnes in confeffo eft.

Verf. 6. *Verf.* 6. οὔτε κατὰ γῆς. Expreffserat hæc verba etiam Cafaubonus in latina verfione. — *Ibid.* τὸ πολὺ τῆς ὁρμῆς αὐτοῦ π α ρ γ ρ ε ῖ τ ο. Cum παργτεῖτο vulgo confentientibus libris omnibus legeretur, monuerat GRONOVIVS in Notis editis: „Sic X. 37. [nobis X. 40, 6.] ὅμως ἐν ἑαυτῷ διέμεινε, καὶ παρητεῖτο τὴν τοιαύτην ὁρμὴν καὶ Φαντασίαν, de Scipione, fed hæc toto coelo differunt. Corrige in noftro loco πολὺ τῆς ὁρμῆς αὐτοῦ παρῃρεῖτο. Hic genuinus fenfus," — Pariter Reifkius, vel παρῄρητο. Et Gronovii emendationem probavit Erneftus. Sic vero jam olim Scaliger correxerat παρῃρεῖτο. Nobis tamen probabilius utique videtur π α ρ ε ῖ τ ο, a verbo παρίημι, παρίεμαι, quo eadem fere ratione utitur Nofter I. 58, 9. τήν τε δύναμιν παραλέλυντο καὶ παρεῖντο διὰ τὰς πολυχρονίους εἰσφοράς. Quod fi ftatuas, familiari librariis noftris errore primum fcriptum h. l. fuiffe παρῆτο, tum fuperfcriptam veram terminationem ειτο, facile intelligetur vulgatæ

fcripturæ

scripturæ origo. Nec vero præcise damnemus παρηρεῖτο, quod etiam pro synonymo illius adfertur apud Suidam: Παρεῖτο· ἠμελεῖτο, παρηρεῖτο. At hoc tamen ipsum quale sit, amplius expendendum putamus. Verf. 6.

Verf. 7. οὐκ ἐώντων Casaub. cum Aug. & Vrsin. οὐκ ἐόντων ed. 1. cum cett. codd. & Bayf. Verf. 7.

Verf. 9. παρ' αὐτὸν μὲν τὸν καιρόν πως ὁ πόρος ἐπλήσθη νεκρῶν. Nescimus quo pacto satis manifestus ille error diligentiam nostram effugerit. Rescribe τὸν καιρὸν πᾶς ὁ πόρος, quod & Bayf. habet & mssti nostri ad unum omnes. Id etiam in latina versione expresserat Casaubonus, & in græcis corrigendum monuerat Reiskius. Operarum (putamus) errore καιρὸν πῶς expressum erat in ed. Herv. quod ex ingenio in καιρόν πως mutavit Casaub. & hoc dein in reliquas editiones propagatum. πόρος non *maris tractus* verti debuit, sed *fretum*. conf. c. 2, 8. Verf. 9.

Verf. 10. εἰς διατροπήν. εἰς τὴν διατροπὴν Reg. G. Ves. male. Verf. 10.

CAPVT IX. Cap. IX.

Verf. 1. Κλεωναῖον cum Scalig. correxit Casaubon. Κλαιωναῖον ed. 1. cum msstis cunctis & Baysio. Verf. 1.

Verf. 4. ἠνάγκασε μὲν dedit Aug. & Bayf. recte, notione præteriti plusquamperfecti, ut sæpe alias. ἠνάγκαζε μὲν edd. Verbum hoc cum septem sequentibus, usque καιροῖς, deest Reg. F. G. Ves. Tub. Mox vero in ἠνάγκασε δὲ consentiunt omnes. — *Ibid.* μὴ μέλλειν. μὴ μέλειν ed. 1. temere & invitis msstis. Ceterum pro eo quod vulgo consentientibus omnibus hic legitur, καὶ παρασκευάζεσθαι &c. sic rescribendum Reiskius putaverat, μὴ μέλλειν, ἀλλὰ παρασκευάζεσθαί τε τὰ πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ πολεμεῖν. Quibus ambagibus nil opus fuerit, si μὴ παρασκευάζεσθαι intelligas *non parando bello omne tempus consumere.* Verf. 4.

Verf. 5. ἐξεκαλέσαντο. Perperam ἐξεκαλέσατο ed. 1. Reg. F. G. Vesont. — *Ibid.* καιρούς. Suspicari quis posset Verf. 5.

Verf. 5. κινδύνους, fed nil opus. ERNESTVS, in Lex. Polyb. fcribit: „οἱ ὑπὲρ τῆς πατρίδος καιροὶ, *opportunitas patriæ juvandæ*, atque adeo *auxilium patriæ præstitum:* [fic fere Cafaub. in verfione, quam tenuimus h. l.] nam καιρὸς interdum etiam apud Polybium, ita ut Latinis *tempora*, dicitur de *neceffitatibus patriæ*, *incommodis*, *opera ei navata* &c. fed cum relatione ad *tempus*.“ — Nempe οἱ τῆς πατρίδος καιροὶ funt *patriæ pericula;* οἱ ὑπὲρ τῆς πατρίδος καιροὶ, *pericula*, *certamina pro patria fufcipienda.* Sic ὁ ὑπὲρ τοῦ στεφάνου καιρὸς I. 57, 1. conf. XVI. 28, 8.

Cap. X.

CAPVT X.

Verf. 1. *Verf.* 1. Rectius fortaffe poft ἐφίενται comma interferetur, & delebitur diftinctio poft ἐλπίδων, ut verba illa διὰ τὸ μέγεθος &c. pendeant ab illis κρατούσης τῆς ἐπιθυμίας &c.

Cap. XI.

CAPVT XI.

Verf. 1. *Verf.* 1. τοῦ πολίσματος. Ex eis, quæ fequuntur, intelligitur, de *Cariæ oppido* aliquo hic egiffe Polybium. Fuerit fortaffe, *Candafa*. vide cap. 41, 6.

Verf. 2. *Verf.* 2. τῇ Πρινασσῷ. Sic mssti cum editis. Vnus Aug. in contextu Παρνασσῷ habet, fed inter lineas fuperfcriptum Πρινασσῷ. Παρνασσῷ ex ingenio corrigendum Vrfinus contendit, & Παρνασσεῖς verf. 5. pro Πρινασσεῖς, in quod ibi rurfus omnes confentiunt. Temere id ab Vrfino effe propofitum, notavit Scaliger in ora fui libri, & ex Stephano Byzant. docuit Palmerius ad hunc Polybii locum. Sicut enim *Iaffus*, de qua cap. feq. agitur, Cariæ urbs eft, fic & Πρινασσὸς, ut ait Stephanus, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν Πρινασσεῖς. quæ haud dubie ex Polybio fumta funt. Quod autem Πρίνασσος, cum accentu in antepenultima vulgo fcribitur apud Stephanum, minus rectum putamus. Ceterum apud Polyænum, eamdem rem, quam Polybius hic narrat, ex ipfo fortaffe auctore hoc referentem, mendofe Παρνασσὸς ea urbs vocatur, lib. IV. c. 17.

Ibid.

Ibid. γέῤῥα recte Casaub. cum Vrb. Et sic quoque Scaliger correxerat pro γέρα, quod dabat ed. 1. cum cett. codd. Amasæum ἔργα suspicatum esse, adnotavit Casaub. in ora Basil. (Habuerat nempe in manibus Casaubonus, ut ipse in Præfat. ad Polyb. docet, schedas nonnullas Pompilii Amasæi manu scriptas, quæ varias in Excerpta Polybiana lucubrationes continebant.) Sed bene habet γέῤῥα, *vineas egit*, quæ nempe tegerent eos qui cuniculos agebant. Vers. 2.

Ibid. ἤρξατο πολιορκεῖν. Videtur πολιορκῶν teneri potuisse debuisseque. Sic Xenoph. Cyrop. I. 2, 2. δοκοῦσι δὲ οἱ νόμοι ἄρχεσθαι τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ ἐπιμελούμενοι. & idem VIII. 8, 2. ἄρξομαι διδάσκων. & VIII. 7, 26. ἄρχεται ἀπολείπουσα.

Vers. 3. ἐπινοεῖ τι. Temere ἐπινοεῖτο τι solus Reg. G. Vers. 3.

Vers. 4. στοχαζομένους, *conjicientes*, nempe, quid ageretur, scil. multum procedere cuniculos. Fortasse in græcis nonnihil hic intercidit. Vers. 4.

Vers. 5. ἐξερήρεισται. Sic Amasæum legisse ait Casaub. in ora Basil. Et commodum in hac re verbum est ἐξερείδειν, quo eadem notione, *sublicis fulcire*, *fulciendo sustentare*, usus Polybius est VIII. 6, 6. Sed ex scripturæ vestigiis colligere utique licet ἐξυπήρεισθαι h. l. scripsisse auctorem, nam literas υπ & επ persæpe inter se confusas vidimus. Nisi statuere malis, primum ὑπήρεισται fuisse scriptum, tum pro variante lectione superscriptum ἐξ, quo indicaretur ἐξήρεισται, ex quibus duabus lectionibus deinde perperam conjuncta illa fuerit ἐξυπήρεισται. Quidquid statuas, sententia eadem erit, eaque non obscura. In eadem re verbo διαστυλοῦν usus est V. 100, 4. V. 4, 8, & XXII. 11, 13. Conf. Apollodorum in Poliorceticis p. 17. (inter Veterum Mathematicorum opera, Parisiis 1693, editum) & Veget. de re milit. IV. 24. — *Ibid.* πανδημεί. Mendose πανδημὶ Aug. Reg. F. G. Vers. 5.

CAPVT

CAPVT XII.

Cap. XII. Verf. 1. *Verf.* 1. In Ἰασσέων cum duplici σσ confentiunt hic fcripti editique, rurfusque mox verf. 4. fecus ac infra XVII. 2, 3. ubi in fimplicem literam σ confentiunt omnes. Vtraque fcriptura & apud græcos & apud latinos reperitur fcriptores: fed frequentior illa eft cum duplici σσ. *Iaffum* hoc tempore captam effe a Philippo, intelligitur ex XVII. 2, 3.

Ibid. προσαγορευομένῳ * παρὰ δὲ &c. Excidiffe hic alterum nomen, cum ex ipfis verbis παρὰ δὲ τοῖς πλείστοις adparet, tum ex eis quæ mox fequuntur, συνωνύμως ταῖς περὶ τὸν μυχὸν αὐτοῦ πόλεσιν κειμέναις. Vnde fimul intelligitur, quodnam fuerit alterum nomen, fcil. Ἰάσσιος vel Ἰάσιος κόλπος; quod ipfum nomen, *finus Iafius* invenitur etiam apud Pompon. Melam I. 16. & apud Plinium plus femel.

Verf. 2. *Verf.* 2. Εὔχονται. λέγονται ora ed. 1. invitis msstis. — *Ibid.* τὸν Νηλέως υἱὸν &c. — „Poft προγόνων videtur Ἰασὸν excidiffe. De *Nelea*, Mileti conditore, vid. Strabon. p. 938" REISKIVS. — Strabonis locus eft lib. XIV. p. 633. ed. Cafaub. Adde Herodot. IX. 97. Νειλεύς, *Nileus* vocatur apud Paufan. VII. p. 523 feqq. Filium hujus *Iafum* vel *Iaffum* cognominatum apud nullum veterem fcriptorem reperimus: omninoque videndum putamus, fatisne cauffæ Cafaubonus habuerit τὸν Νηλ. υἱὸν corrigendi, cum pariter fufpicari licuerit, τῶν Νηλέως υἱῶν τινα fcripfiffe Polybium. τοῦ κτίσαντος vero quin verum fit, dubitari non debet.

Verf. 3. *Verf.* 3. τῆς Κινδυάδος Ἀρτέμιδος. conf. Strabon. XIV. p. 658. & ibi Cafaubonum; qui tamen unde nomen habuerit illa *Cindyas Diana*, non declaravit. — *Ibid.* ὑπαιθρίου. — „Vfitatius eft ὕπαιθρον." REISKIVS. — Neque vero idcirco illud improbandum; quamquam nec Phrynichi auctoritatem maximi faciamus nos quidem, qui Ὕπαιθρον μὴ λέγε, præcepit, τὸ δὲ ὑπαίθριον τετρασυλλάβως. Auctoribus, qui formam tetrafyllabam frequentarunt,

quos

quos Hoeschelius ad Phrynich. p. 107. nominavit adjici poterat Dionysius Halicarnasseus. Vers. 3.

Ibid. νίφεται correxit Casaub. νείφεται Aug. Reg. F. G. Ves. νέφεται ed. 1.

Vers. 4. τὸ τῆς Ἑστιάδος. Casaubonus: *quod etiam de Vesta apud Iassenses dicitur.* — „Videtur Casaub. Ἑστίας legisse; errore, an consilio, quis dixerit? Vulgata potest defendi. Mirificis cognominibus, a locis & aliunde dictis, pagani sua numina ornarunt. Quid ergo mirum, Iassenses *Dianam* quamdam *Vestalem* aut *Focalem*, Ἑστιάδα, habuisse.“ REISKIVS. — Mendose τὸ τῶν Ἑστιάδος Reg. F. Tub. — *Ibid.* καὶ τῶν συγγραφ. καὶ perperam deest Reg. G. Vesont. Vers. 4.

Vers. 5. δυσαναάσχετῶν. δυσανεσχετῶν Reg. F. Ceteri recte. Vers. 5.

Vers. 6. παιδικῆς εἶναι τῆς * ὅσα μή. Scaliger breviter sic correxerat, παιδικὰ εἶναι, ὅσα μή. Sed quum in τῆς consentiant libri omnes, utique ibi aliquid excidisse videri debet. — *Ibid.* τοῦ δυνατοῦ. Perperam τοῦ ἀδυνάτου ed. 1. Med. Vers. 6.

Vers. 7. ἐν φωτὶ τιθέμενα. Sic bene Casaub. ex ingenio. ἐν φωτὶ θέμενα ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* τοὺς εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄβατον ἐμβάντας. Vide Pausan. lib. VIII. p. 679. Vers. 7.

Vers. 10. In δυσπαράγραφος & mox in ἀπαράγραφος nil variant libri. Vide Notata ad IX. 31, 5. Vers. 10.

Vers. 11. ἀθετείσθω Casaub. cum Vrsino ex conjectura. Sic vero perspicue Aug. ἀθετεῖσθαι ed. 1. cum cett. msstis. Vers. 11.

CAPVT XIII. Cap. XIII.

Vers. 2. ἐν τοῖς πρὸ τούτων. Vide Reliquias libri XIII. c. 6-8. Vers. 2.

Vers. 3. σύμμαχος ὑπάρχων Αἰτωλοῖς, Ἠλείοις, Μεσσηνίοις. — „Messene & Elis extra concilium Achaicum erant, & cum Aetolis sentiebant, ut scribit Livius lib. Vers. 3.

XXXVI.

Verſ. 3. XXXVI. verſus finem. [cap. 31.] Et cauſſas quidem, cur Meſſenii ab Achæorum concilio ſeorſim agerent, refert Pauſanias in Meſſeniacis. [lib. IV. c. 29. p. 350 ſeq.] Inter Aetolos vero & Elidenſes cognatio intercedebat, ut ſcribit idem Pauſanias in Arcadicis, ſub finem. [lib. VIII. c. 49 extr. p. 700.] Oxylus enim, ex poſteris Aetoli, qui gentis Aetolorum auctor fuit, cum Heraclidas in occupanda Peloponneſo adjuviſſet, ab iis Elidem accepit, quemadmodum refert Strabo." [lib. VIII. p. 354. & 357.] VALESIVS. —

Ibid. ἀπεβάλετο παρασπονδῆσαι τὴν τῶν Μεσσηνίων πόλιν. — „De hac Nabidis perfidia ſic Flamininus apud Livium lib. XXXIV. [c. 32.] *Nam & Meſſenem, uno atque eodem jure foederis, quo & Lacedæmonem, in amicitiam noſtram acceptam, ſocius ipſe ſociam nobis urbem vi atque armis cepiſti.* Capta eſt a Nabide tyranno Meſſene eo anno, quo Lyſippus prætor Achæorum erat, teſte Plutarcho in Philopoem. [p. 362 ſq.] id eſt anno 2. [vel 3.] Olymp. CXLIV. Vide & Pauſaniam in Meſſen. & in Arcad. ſub finem." VALESIVS. — Pauſaniæ loca ſunt lib. IV. c. 29. p. 351 ſeq. & lib. VIII. c. 50. p. 701 ſeq. Meſſenen a Nabide captam Dacierius in gallica verſione Vitarum Plutarchi, T. V. p. m. 214. ponendam putavit in ann. 4. Olymp. CXLIII. vel in ann. 1. Olymp. CXLIV. Nos in eum annum conjecimus, in quo verſatam fuiſſe narrationem prioris partis libri XVI. ſeries Fragmentorum, quæ ſuperſunt, indicare viſa eſt. Liber XV. haud dubie deſinebat in rebus anni ab V. C. 552. Igitur liber XVI. incepit ab A. V. 553. Atqui in ea Ecloga Valeſiana, quam cap. 24. hujus libri poſuimus, quæ multo poſt hanc ſequitur, in qua nunc verſamur, adhuc in rebus anni 553. aut certe in ipſo initio anni 554. verſatur narratio, ut ex commemoratione P. Sulpicii conſulis adparet. Ceterum, poſtridie vel paullo poſt captam Meſſenen, Nabidem, ſubito Philopoemenis adventu territum, urbe rurſus deceſſiſſe, docent

çent ſcriptores ſupra laudati. De Chronologia confer notata ad XVI. 36. init.

CAPVT XIV.

Cap. XIV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τὰς προειρημένας ναυμαχίας. Duo *prœlia navalia*, alterum *ad Chium*, de quo cap. 2 ſeqq. alterum *ad Laden*, quod eodem anno videtur accidiſſe. conf. mox verſ. 5. De veritate emendationis Reiſkianæ nemo dubitabit, qui ea, quæ mox ſequuntur, conſideraverit. Librarii animo vocabulum συμμαχία obverſata eſt ex illis verbis σύμμαχος ὑπάρχων &c. ſub finem Eclogæ præced. cap. 13, 3.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ποιήσομαι δὲ οὐ πρὸς πάντας. Poſt ποιήσομαι δὲ intellige τοῦτο. Neque vero opus videtur, ut aut hoc ipſum aut τοὺς λόγους inſeramus, quemadmodum Reiſkius voluit. — *Ibid.* Ζήνων καὶ Ἀντισθένης, οἱ Ῥόδιοι. — „*Zenonis Rhodii*, hiſtoriæ ſcriptoris, meminit Diogenes Laërtii filius, in vita Zenonis Stoici [VII. 35.] τρίτος, Ζήνων Ῥόδιος, τὴν ἐντόπιον γεγραφὼς ἱστορίαν ἐνιαυσιαίαν. [Poſtremum vocab. ſic ſuo ex ingenio Valeſius emendaſſe videtur, hac ſententia, *hiſtoriam localem*, *per ſingulos annos digeſtam*; cum apud Diogenem vulgo ἑνιαίαν legatur, quod in ἑνιαίαν mutandum Caſaubonus cenſuerat, & interpretatus erat, *ſingularem*, i. e. *ſingulari libro comprehenſam.*] Eundem Zenonem laudat Diodorus Siculus lib. V. biblioth. [c. 56.] περὶ μὲν οὖν τῶν ἀρχαιολογουμένων παρὰ Ῥοδίοις οὕτω τινὲς μυθολογοῦσιν· ἐν οἷς ἐστι καὶ Ζήνων, ὁ τὰ περὶ ταύτης συνταξάμενος. *Antiſthenis Rhodii*, hiſtoriarum ſcriptoris, meminit idem Diogenes.“ [VI. 19.] VALESIVS.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. κατὰ τοὺς καιροὺς γεγόνασι. κατὰ τούτους τοὺς καιροὺς legendum putaverat Valeſius; citra neceſſitatem, ut bene monuit Reiſkius. Confer ad II. 15, 1. — *Ibid.* καὶ πατρίδι πεπολίτευνται. πολιτεύσθαι τισὶ, eſt *rempublicam apud populum aliquem adminiſtrare*, quemadmodum ex

Ariſtotele

Ariſtotele docuit H. Stephanus in Theſauro. Non aſpernemur tamen articulum, τῇ πατρίδι; ſed & carere eo poſſumus.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Dubitare licet, ſatis ne emendata oratio ſit in illis verbis ἔνιοι & deinde *οἱ φιλομαθοῦντες*. Certe, niſi interpoſita eſſent alia nonnulla verba, non videtur commode articulus ſequi poſſe poſt vocem *ἔνιοι*.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *τὴν περὶ Λάδην ναυμαχίαν οὐχ ἧττω τῆς περὶ Χῖον.* — „*Lade* inſula eſt in Ionia, Mileto prætenta, prius *Late* dicta, teſte Plinio [V, 31, 37.] ac Strabone. [XIV. p. 635.] Stephanus: *Λάδη· νῆσος Αἰολίδος*. Circa hanc inſulam Philippus prælio navali decertavit cum Rhodiis, Olymp. CXLIV. anno (ut opinor) 2. quippe ea pugna contigit ante expugnationem Meſſenes a Nabide factam, ut Polybius hic teſtatur. Sequenti autem anno victus eſt idem Philippus navali pugna ad Chium, quam deſcribit Polybius libro XVI. Vtriusque pugnæ meminit obiter Livius lib. XXXI. ſub initium. (cap. 14.) *Eo maxime tempore Abydum oppugnabat*, (Polyb. XVI. 29 ſeqq.) *jam cum Rhodiis & Attalo navalibus certaminibus, neutro feliciter prælio, vires expertus:* id eſt, neque illo ad Laden, neque altero ad Chium prælio. Itaque abſque hoc Polybii noſtri loco, Livii locus intelligi non poterat. Cæterum, quin pugna ad Laden præceſſerit prælium ad Chium, dubitari non poteſt tum ex his quæ dixi, tum hoc argumento. Conſtat enim, Attalum poſt utrumque illud prælium ſtatim Athenas veniſſe, ex Livio (ibid.) ac Polybio Legat. II. (voluit Legat. III. Nobis lib. XVI. c. 25.) ac tum Athenienſes ei publice ob rem feliciter geſtam gratulatos eſſe. Venit ergo poſt pugnam ad Chium, in qua pugna Attalus & Rhodii ſuperiores fuerant." VALESIVS. — Nihil nos quidem in Valeſii argumentis invenimus, ex quo colligi neceſſario debeat, ante pugnam ad Chium pugnatam eſſe illam *ad Laden* inſulam. Ex pugna ad Chium commiſſa in Cariam conceſſiſſe Philippum, intelligitur ex ſerie Excerptorum antiquorum. Attalus Rhodiique, maritimis copiis valentes, pedeſtribus non multum pollebant.

bant. Itaque Pergamenum agrum vastantem Philippum, (XVI. 1.) & urbem nescimus quam Ioniæ oppugnantem (XVI. 2, 1.) impedire non potuerant: sed redeuntem cum classe exspectabant in mari, & per fretum, quod inter Chium & Ioniam interjacet, versus Samum navigantem adgressi sunt, prælioque vicerunt. Sed Philippum, quamvis prælio victum, tunc non statim persecuti sunt; putamus, propter casum, in quem Attalus inciderat. (XVI. 6.) Philippus post prælium stationem ad Argennum promontorium, in ea freti parte, quæ Samum & Cariam spectat, habuit. (c. 8.) Inde in Cariam abiit. (c. 11 seq.) Videtur potius ea pugna sive paucis post pugnam ad Chium diebus accidisse, cum in Cariam proficisceretur Philippus; (nam statim etiam postridie post pugnam ad Chium denuo eum ad certamen provocaverant Rhodii; cap. 8, 5.) sive (quod ex cap. 24, 1. collato cum Liv. XXXI. 14. extr. probabile sit) initio sequentis anni 554. cum ex Caria, ubi hiemare coactus erat, Macedoniam repeteret Philippus. Atque ex ea pugna superior quidem discessisse Philippus videbatur; (cap. 15, 5 seq.) sed nec Rhodii prorsus erant victi, quemadmodum & ex ipsa hac Polybii disputatione, & ex illis Livii verbis intelligitur, *neutro feliciter prælio vires expertus.* Itaque, licet, omissis nonnullis navibus, Rhodii adversis etiam ventis coacti statim versus Myndum & deinde in Con insulam se receperint; (c. 15, 1-4.) tamen mox rursus ipsi cum Attalo, pro victoribus sese gerentes, Philippum, cedentem in Macedoniam, sunt persecuti: sed cum eum adsequi non potuissent, Aeginam adpulerunt, ut docet Livius XXXI. 14. extr. cum cujus narratione cohæret Polybii Ecloga cap. 25 seq. hujus libri. Quod vero Valesius ait, testari ipsum Polybium, contigisse pugnam *ad Laden* ante expugnationem Messenes a Nabide factam; respicit putamus cap. 16, 1. Sed nihil inde quidem tuto colligi potest: certe, quod ibi dicit Polybius, id nil impedit, quo minus credamus, eodem anno 553. & accidere utrumque pugnam navalem, & Nabi- Vers. 5.

Verſ. 5. dis in Meſſenios perfidiam patrari potuiſſe. In ejuſdem vero anni rebus exponendis, conſentaneum erat, ut ſcriptores rerum Rhodiarum ab eis rebus inciperent, quæ ſunt ab ipſis Rhodiis geſtæ, & eas res, quæ eodem anno alibi geſtæ ſunt, illis ſubjicerent. Ceterum in concinnandis coaptandiſque inter ſe his hiſtoriarum fragmentis utique non ſemper certam, quam ſequamur, habemus rationem; ſed contenti interdum eſſe debemus, ſi probabilitatis aliqua ſpecies adfulgeat, quamquam nec ipſa difficultatibus carens.

Ibid. ἀλλ' ἐνεργεστέραν. — „Non improbo lectionem ἐνεργεστέραν: non tamen memini ἐνεργὴς dici, ſed ἔνεργος, ut comparativus eſſe debeat ἐνεργοτέραν. Sed ſæpe ſibi indulgent ſcriptores in talibus formandis; & tandem ecquis noſtrum poteſt conſtituere, quid uſus græcæ linguæ tulerit, quid minus.“ REISKIVS. — Confer notata ad I. 1, 2. — *Ibid.* Poſt ἀποφαίνουσι dele punctum, aut ſaltem comma pone; poſt συντελείᾳ vero commodum fuerit, minori puncto, loco commatis, diſtinguere orationem.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. τῷ λυσιτελεῖ μετροῦντες. — „Forte τῷ λυσιτελεῖ τἀληθὲς μετροῦντες.“ REISKIVS. — *Ibid.* εἰς τὸ αὐτό. εἰς ταὐτὸ jam corrigere Reiſkius juſſerat. — *Ibid.* τοῖς προειρημένοις. — „ſcilicet, in quæſtum conferentibus linguam ſuam mendacem & calamum venalem.“ REISK.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. „παρατηρεῖν, *acribus oculis obſervare*, num ſcriptores hiſtoriarum bona fide ſecum agant, an fraudem aliquam moliantur, & inſidias ſibi ſtruant. παραφυλάττεσθαι, *diligenter ſibimet ipſos attendere*, & vigilare & *providere*, ne veritati hiſtoricæ derogent, neu criminationi locum dent.“ REISKIVS.

Cap. XV.

CAPVT XV.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. μιᾶς νηὸς ἐπαραμένης τὸν δόλωνα, *una navi dolonem erigente*, ſcil. quo celerius profugere poſſet. Diodorus Siculus XX. 61. ἡ γὰρ ναῦς, φοροῦ πνεύματος ἐπιλαβομένη, τοῦ δόλωνος ἀρθέντος, ἐξέφυγε τὸν κίνδυνον.

Livius

Livius XXXVI. 45. *Polyxenidas, ut virtute militum haud dubie superari se vidit, sublatis dolonibus effuse fugere intendit.* Δόλωνα, *dolonem*, *minimum* fuisse *ex tribus velis*, quibus vulgo veteres, Græci certe, utebantur, communi consensu docent grammatici, Pollux I. 91. Hesychius, Suidas; & ex Polluce præsertim satis intelligitur, in prora dolonem fuisse. Quod si cui igitur mirari subit, cur, ubi de nave fuga salutem petente agitur, non nisi *minimum velum* expansum legamus; cogitet, in *pugna navali* hoc commemorari, ubi vela navium contracta, mali inclinati, armamentaque composita esse solebant, ut Livius docet XXXVI. 44. Ex navali pugna igitur si fuga proripere se navis vult, dolonem erigit, cum quod id citius fieri potest, tum ne, majori velo expanso, nimis & conspicua sit hostibus omnibus fuga, & turpior simul videatur. Vers. 2.

Vers. 4. ἀπουριώσαντας Suidas, hæc ipsa Polybii verba recitans, interpretatur, μὴ χρωμένους οὐρίῳ πνεύματι, id est, *adverso vento usos.* Vers. 4 sq.

Ibid. & seq. τῇ δ' ἐπαύριον εἰς Κῶ διᾶραι· τοὺς δὲ πολεμίους τὰς πεντήρεις ἐνάψασθαι. Græca Valesius sic ediderat: τῇ δ' ἐπαύριον ἀναχθέντας εἰς Κῶ, διᾶραι τοὺς πολεμίους· τὰς δὲ πεντήρεις ἐνάψασθαι &c. Latinam autem versionem hanc adjecerat: *postridie ad insulam Co delatos aufugisse. Hostes vero & quinqueremes captas ad naves suas religasse.* Quæ cum ita tenuisset Gronovius, ad ea sic commentatus est REISKIVS: „Comma [post Κῶ] delendum. Nam διᾶραι pertinet ad εἰς Κῶ, & ἀναχθέντας non ad *Rhodios*, sed ad τοὺς πολεμίους, quod nomen amat Polybius de *parte Philippi regis* usurpare. Sententia est: Philippi copias navales, altero a pugna die, cum movissent e statione sua, mare trajecisse ad insulam Con, & quas ibi reperissent naves Rhodias, cum eas alligassent ad suas, ita provectas esse in stationem, in qua conquiescerent, insulam puta Laden, quæ paulo ante Rhodiæ classis fuisset statio." — Reiskio obsecutus Ernestus, sic edidit: εἰς Κῶ

Verſ. 4 ſq. διᾶραι τοὺς πολεμίους, τὰς δὲ πεντήρεις ἐνάψασθαι. Sed iſta quidem ratio, & tota Reiſkii explicatio quam ſit ab hoc loco aliena, non opus videtur ut pluribus exponatur. Nos græcam orationem, ſuo loco repoſita particula δὲ, leviter mutavimus, & pro ea ſententia diſtinximus, quam in verſione expreſſerat Valeſius. Et ſic reſtituenda græca cenſuiſſe Valeſium, ex ipſius ore ſe accepiſſe notavit Gronovius in ora ſui libri.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τὸν Ἡρακλείδην. — „Hic *Heraclides* erat Tarentinus, vir omnibus vitiis contaminatus, quem deſcribit Polybius lib. XIII. [c. 4 ſeq.] Ob cujus amicitiam cum Philippus omnium ſe invidiæ expoſitum cerneret, tandem eum in vincula conjecit, ſummo omnium gaudio, ut ait Livius lib. XXXII." [cap. 5.] VALESIVS.

Ibid. διὰ τὴν ἔφοδον. Valeſius: *urbem ingreſſis*. Ad quæ verba REISKIVS ſcribit: „Si id voluiſſet auctor ſignificare, quod Valeſii latina interpretatio ſubjicit, videtur potius dicturus fuiſſe παρὰ τὴν εἴσοδον. Putem itaque, hæc verba reſpondere illis proximis καταπλαγέντας τὸ γεγονὸς, ut ſententia ſit: Mileſios non Philippo ſolum, ſed Heraclidæ quoque *coronam*, h. e. munus in auro, ſeu ſignato, ſeu ad formam coronæ conformato, exhibuiſſe, *propter eorum aggreſſionem*, h. e. videntes Philippum adoriri Miletum infeſtis armis velle, idque parare." — Nos quidem fatemur, nobis non ſatis in liquido videri, quænam ſit hoc loco vis iſtorum verborum.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. Poſt ἡμετέρας deeſt aliquid, e. c. συμφωνούσης vel μαρτυρούσης.

Cap. XVI.

CAPVT XVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. περὶ τοῦ κατὰ Μεσσηνίους παρασπονδήματος. conf. c. 13.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. παρὰ τὸν Ὁπλίτην. — „*Hoplites* rivus memoratur a Plutarcho in Lyſandri vita, qui Haliartum Boeotiæ præfluit: quamquam alii torrentem eſſe dicebant, qui in Phliarum amnem influit. Sed alius hic *Hoplites* intelligi-

telligitur." VALESIVS. — „*Hoplites* videtur nomen campi ad Eurotam fuiſſe, ubi juventus Spartana in armis exerceretur." REISKIVS. — In veterum ſcriptorum ſilentio definiri nil poteſt. Mox Πολιάσιον quid ſit, fruſtra quæſivimus. Verſ. 2.

Ibid. ἐπὶ τοὺς κατὰ Σελλασίαν ἀφίκετο τόπους. Cum κατὰ Ἕλλας ſcriberetur, hæc notavit VALESIVS: „Corruptus eſt hic locus. Ego Σελλασίαν legendum eſſe exiſtimavi, [idque in latina verſione expreſſit] quod ſequentia demonſtrant. *Sellaſia*, ſive *Selaſia*, (utroque enim modo ſcribitur) oppidum fuit in agro Laconico, non procul ab urbe Sparta, quod ſua ætate dirutum fuiſſe teſtatur Pauſanias." — Valeſii emendationem extra dubium ponit id quod deinde ſequitur verſ. 8 ſeq. ubi tamen alio rurſus errore Βελλασίαν pro Σελλασίαν ſcripſerat librarius. De urbe iſta conf. II. 65, 7. & ibi not. Pauſan. III. 10. p. 230. & alibi. Holſtenius ad Stephanum Byzant. in Ἕλλα ſuſpicatus erat, reſpexiſſe ibi Stephanum hunc Polybli locum, quia ad librum XVI. Polybii provocatur. Sed nihil huc facit id, quod ibi grammaticus habet. Vide infra, cap. 41, 5.

Verſ. 3. ἐπὶ Θαλάμας. Sic recte h. l. omnes. Vide Adnot. ad verſ. 8. — *Ibid.* Φάρας. Rectius Φαρὰς, & ſic reſcriptum velimus. confer ad verſ. 8. Verſ. 3.

Verſ. 4. συνάψας ταῖς Σκιρωνίσιν. Cum ταῖς Κυρυνίσιν h. l. ex codice Peireſc. eſſet editum, & deinde *verſ.* 5. τὰς Σκιράδας, ſic monuit VALESIVS: „Haud dubie legendum eſt ταῖς Σκειρωνίσι, hic & ſtatim infra. Sunt enim *Scironia ſaxa* prorſus ad orientem Corintho, ut docet Strabo lib. VII. & VIII." — Σκειρωνίδες πέτραι Strab. VIII. p. 381. & IX. p. 391. Et ſimplici iota Σκιρωνὶς ὁδὸς Herodot. VIII. 71. quam τὴν Σκιρώνην vocat Pauſan. I. 44. p. 107. Quare hactenus non opus erat a codice diſcedere, ut ι in ει mutaretur: &, utroque modo recte ſcribi, diſerte Suidas monuit in Σκίρων. Neque analogiæ repugnat τὰς Σκιράδας, quod conſulto tenuimus. Verſ. 4.

R 3 *Ibid.*

Verf. 4. *Ibid.* τὴν Κοντοπορίαν. Hoc loco Κοντοπορείαν ex codice erat editum, mox vero *verf.* 5. Ποντοπορίαν. Vtroque vero loco Κοντοπορίαν [poterat pariter Κοντοπορείαν dicere] legendum monuit VALESIVS. „Sic enim vocabatur (inquit) via, qua Corintho ibatur Argos. Athenæus lib. II. [p. 43.] Πτολεμαῖος δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν δευτέρῳ [imo ἑβδόμῳ, fic certe edd. omnes.] ὑπομνημάτων, ἐπὶ Κορίνθου προάγουσι, φησὶν, ἡμῖν διὰ τῆς Κοντοπορίας καλουμένης, κατὰ τὴν ἀκρώρειαν προσβαίνουσιν &c. Paufanias in Corinthiacis [II. 15. p. 144.] duplicem ait fuiffe viam Cleonis Argos; alteram homini expedito permeabilem & compendiofam; alteram anguftam quidem etiam, fed curribus & carpentis perviam, quæ διὰ τρητοῦ diceretur; priorem διὰ τῆς Κοντοπορίας [quidem fimpliciter τὴν Κοντοπορίαν?] dictam effe exiftimo." —

Ibid. ἐπεβάλετο, *pervenit.* Conftanter aliâs in activo, ifta notione, ufurpatur hoc verbum. conf. vf. 3 & 6. II, 24, 17. IV. 78, 7. Adde Adnot. ad XI. 22, 10. — *Ibid.* παρὰ τὰς Μυκήνας. Sic haud dubie oportuit: *præter Mycenas*, vel *fecundum Mycenas*, ut vertit Valefius. περὶ nihili eft hoc loco.

Verf. 5. *Verf.* 5. ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον παρὰ μικρόν ἐστι. — „Subaudi ἀληθῆ. Eft enim idem ac fi dixiffet οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἀληθῆ παρὰ μικρὸν, *non folum hæc parvo difcrimine vera non funt*, hoc eft, non folummodo dici non poteft, parum folummodo, neque magnum abeffe, quin hæc vera fint; fed omnia alia vera funt. ἐστὶν fæpe pro ἀληθὲς vel ἀληθῆ ἐστιν ufurpatur." REISKIVS.

Ibid. τὰ δὲ κατὰ - - Μυκήνας, ἔγγιστα πρὸς δύσεις χειμερινάς. — „Multa mihi funt obfcura & impedita in hac geographica obfervatione, inprimis hoc, *Mycenas ad occidentem borealem Corinthi effe.* Permitto hæc geographis ad difceptandum: fufficit de re admonuiffe." REISKIVS. — Nempe δύσεις χειμερινὰς minus recte vir doctus *occidentem borealem* intellexit, id eft, occidentem qua verfus feptemtrionem vergit; cum fit (ut recte Valefius vertit)

tit) *occasus hibernus*, id est, *ea mundi plaga ubi hieme sol occidit*, adeoque *ea pars occidentis quæ vergit versus meridiem.* Atqui Mycenæ respectu Corinthi sitæ quidem sunt a meridie, sed ab ea parte plagæ meridionalis quæ vergit versus occidentem, fere inter meridiem & occidentem; ita ut dici possit, esse *Mycenas propemodum* (ἔγγιστα) *ab occasu Corinthi*, nempe *ab occasu hiberno.* Vsus autem est hac expressione Polybius, ut eo magis intelligeretur oppositionis ratio, quoniam *Scironides petræ* ad *orientem Corinthi* sunt. Ipsum vero illum situm Mycenarum, ab occasu hiberno Corinthi, non satis quidem recte expressum videmus in vulgaribus tabulis, quæ obliqui situs totius Peloponnesi respectu reliquæ Græciæ, cui illa peninsula adnexa est, non satis justam rationem habuerunt. In plerisque tabulis fere ab oriente Corinthi, nempe qua oriens ad meridiem vergit, id est, ab oriente hiberno, ponuntur Mycenæ: in Danvilliana Græcia Antiqua ab ipso meridie. Sed in eis tabulis, quæ his proximis temporibus summa cum cura atque subtilitate confectæ sunt, in quibus sunt eæ quæ studio docti solertisque viri *Barbié du Bocage* adjectæ sunt *Itineribus junioris Anacharsidis*, adcurate expressum illum situm, quem Polybius hoc loco dicit, videbis, cum in generali Græciæ tabula, tum in tabula Corinthiæ, Sicyoniæ & Achaiæ, ad cap. 37. itinerum Anacharsidis, & in tabula Argolidis, ad cap. 53. eorumdem Itinerum. Vers. 5.

Vers. 6. ἀπὸ τῶν προηγουμένων. — „τὰ προηγούμενα sunt,,quæ Mathematici appellant *data*, vel *præsupposita*, conditiones, leges, unde aliquid aut conficitur aut consequitur: ut hic loci, *Corintho Mycenas proficisci*, & *Sparta Messenen*, hæc duo sunt προηγούμενα; quæ qui probat, ille nequit affirmare, illa loca intermedia posse attingi ab eo, qui illinc istuc iter capessat." REISKIVS. — Rectius fortasse τὰ προηγούμενα nunc intelliges, *Lacedæmone Sellasiam petere*, *Corintho Scironidas petras*; quod qui faciunt, nequeunt, ille per istam itineris directionem *Tha-* Vers. 6.

Vers. 6. *lamas & Pharas* pervenire, hic *Mycenas.* Recte vero & suo loco hic stat verbum προηγουμένων; contra II. 43, 3. προηγουμένου perperam scriptum vidimus a librariis pro προειρημένου.

Vers. 8. *Vers.* 8. κατὰ Θαλάμας. Perperam h. l. Θαλαμίας dederat codex, & sic editum quoque erat. Monuit vero VALESIVS: „Legendum Θαλάμας, oppidum Laconicæ, teste Pausania [III. 26. p. 276.] ita dictum a Castorum templo, qui in eo agro geniti esse dicuntur. θαλάμαι enim proprie dicitur τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερὸν, ut notant grammatici.“ VALESIVS.

Ibid. καὶ Φάρας. Φαρὰς scribe, ut ad vers. 3. monuimus. Ita enim constanter acute scribitur, Φαραὶ, cum hujus Messeniæ oppidi nomen, tum illius Achaicæ urbis, de qua II. 41, 8. ubi Φαραὶ cum accentu in ultima revocavimus ex msstis, contra quorum fidem Φάραι erat editum. Alio errore Φαρὰ vulgo scribitur in Legat. LIII. nobis lib. XXV. 1, 2. ubi haud cunctanter Φαραὶ corrigere debueramus; neque enim dubitari debet, de eodem Messeniaco oppido, quod hic commemoratur, ibi agi. VALESII ad h. l. hæc est adnotatio: „*Pharæ* oppidum est Messeniæ, quod etiam Φηραὶ dicitur ab Homero. Apud Ptolemæum Φεραὶ perperam scribitur pro Φηραί. Sic enim Πηγαὶ, quod est oppidum Megaricæ, etiam Παγαὶ dicitur dorica dialecto. Cornelius Nepos in Conone Pharas coloniam Lacedæmoniorum vocat. Livius lib. XXXV. [c. 30.] *Pheras* dicit: *& duarum portarum itineribus, quæ Pheras, quæque Barbosthenem ferunt.* Hujus oppidi cives Φαράται dicuntur, teste Strabone. Stephanus Φαραίτας (imo Φαραΐτας) dicit; Pausanias in Messeniacis (IV. 30. p. 354.) Φαραιάτας.“ —

Cap. XVII. CAPVT XVII.

Vers. 2. *Vers.* 2. ὥστ᾽ ἀδύνατον εἶναι &c. Paulo iniquior in Zenonem videri potest Polybius. Potuerat porta quædam Messenes nomen a Tegea urbe obtinere, priusquam

quam condita Megalopolis esset, & potuit idem nomen etiam deinde manere. Quod si vero diserte Zeno, Tegeam propiorem esse Messenæ quam Megalopolin, scripsit, erravit utique. Vers. 2.

Vers. 3. Cum τὴν Τεγέαν εἶναι μόνον ex codice edidisset Valesius, adnotavit, forte Μεσσηνίων esse legendum. Eam emendationem, Reiskii calculo etiam comprobatam, in contextum adoptare non dubitavimus. Vers. 3.

Vers. 5. ἐκ τῆς πηγῆς εὐθέως κρυφθέντα &c. Ex Polybio hæc & quæ sequuntur recitavit Suidas in Ἀλφειός. — *Ibid.* ἐκβάλλειν. — „*Sese egerere* recte vertit Valesius, sed male in Nota interpretatur de egestione in mare, (vide Valesii Notam ad *vers.* 7.) Ea vero est egestio e specu subterraneo in terræ superficiem oculis patentem; prodire in conspectum. Non affirmarat Zeno, Alpheum apud Lycoam, oppidum Arcadiæ, in mare exire, sed rursus ex antro in conspectum venire.“ REISKIUS. — Aliâs quidem ἐκβάλλειν de fluminum exoneratione in mare usurpatur, ut III. 47, 2. IV. 39, 2. Vers. 5.

Ibid. περὶ Λυκόαν. — „Hujus oppidi meminit Pausanias in Arcadicis (VIII. 36. p. 674.) & Stephanus.“ VALESIUS.

Vers. 7. τὸ τοῦ Λουσίου ῥεῦμα. Sic ex Suida corrigendum esse monuerat idem Valesius, ad Pausaniam simul provocans, VIII. 28. p. 658. docentem, vocatum hunc fluvium Λούσιον eo, quod Iupiter, postquam ex matris utero prodiisset, eo ablutus fuerat. Vers. 7.

Ibid. βαρὺς, *validus, copiosus.* — „βαρὺς de fluvio dici, rarum quidem est, non tamen omnino absurdum. Si urbs *magna, (copiosa, opulenta,)* dicitur βαρεῖα, quidni etiam fluvius *ingens, spectabilis,* quasi *gravis undis?* Cogitavi tamen aliquando βαθὺς, *profundus.*“ REISKIUS. — Non solicitanda utique vulgata.

Ibid. Ad verba Ζήτει ὀλίγα διέλειπε, quæ in medio contextu vulgo inserta sunt eo loco, ubi *asteriscos* posuimus, hæc notavit VALESIUS: „Hic vero deesse quædam,

Verf. 7. tametfi haud moneret antiquarius, facile erat deprehendere. Reftabat enim alter Zenonis error longe gravior, qui Alpheum dixerat circa Lycoam Arcadiæ in mare evolvi, cum tamen conftet, eum amnem, per Pifatem agrum & Olympiam fluentem, in Elide tandem paullo fupra Cyllenem, Eleorum navale, tefte Strabone, Ptolemæo ac Paufania, in mare egeri." VALESIVS. — Falli Valefium, monuit Reifkius ad verf. 3. Si quid intercidit hoc loco, aliud id fuit. Ac fane, nifi diferte monuiffet librarius, de defectu nemini putamus fufpicionem oborturam fuiffe. Sæpius infra terram occultari Alpheum fluvium, & rurfus emergere, ait Paufanias VIII. 54. p. 709.

Verf. 9. *Verf.* 9. Εἶτα, τίς οὐκ εἰκότως ἄν. *Deinde ecquis non merito* &c.

Verf. 11. *Verf.* 11. πολλοῦ γε δεῖ. πολλοῦ γε καὶ δεῖ fufpicatus erat Reifkius.

Cap.XVIII.

CAPVT XVIII.

Verf. 2. *Verf.* 2. τήν τε Γάζης πολιορκίαν &c. Res hæ, in quarum narratione verba magis, quam ipfam rerum rationem curaffe Zenonem ait, *oppugnatio Gazæ*, & *prælium ad Panium*, poft aliquot demum annos acciderunt. Vide cap. 39 fq. & Valefii adnotationem ad cap. 40, 6. Eft autem non tam *oppidi* nomen, τὸ Πάνιον, quemadmodum hic interpretatus Valefius erat, *ad oppidum Panium*, quam *montis*, in quo *fons Iordanis* fluvii. Stephanus: ἔστι δὲ Πάνιον, σπήλαιον Παλαιστίνης, ἀφ' οὗ ἐκρεῖ ὁ ποταμὸς Ἰορδάνης. Plura vide apud Cellarium in Geogr. Antiq. lib. III. c. 13. p. 478 feq. Alii Πάνειον fcribunt.

Ibid. ἐπιδεικτικὰς - - συντάξεις. conf. XII. 28, 8.

Verf. 3. *Verf.* 3. τὴν εὐχέρειαν, *levitatem*, *præcipitantiam*. conf. ad XI. 21, 4.

Verf. 4. *Verf.* 4. τοὺς ἐπὶ τούτου τεταγμένους, fcil. εὐωνύμου. Sic cap. 19, 5. ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ, & conftanter eadem ratione. Præter rationem hoc fufpectum habuit Reifkius, aut ἐπὶ τούτῳ legere jubens, aut ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ.

Verf.

Verſ. 4. ἔτι μὲν τῆς ἑωθινῆς. — „ſubaudi οὔσης ὥρας.“ REISK. Verſ. 4.

Verſ. 6. τὸν ποταμὸν, μεταξὺ &c. — „Forte τὸν ποταμὸν, τὸν (ſcil. ὄντα vel ῥέοντα) μεταξύ.“ REISK. Verſ. 6.

Verſ. 7. Ἀντιπάτρου. — „Hic erat fratre Antiochi Magni genitus, ut teſtis eſt Polybius lib. V. (c. 79, 12.) & Livius lib. XXXVII.“ (c. 45.) VALESIVS. — *Ibid.* Ταραντίνους. Vide ad IV. 77, 7. Verſ. 7.

Ibid. μετὰ τῆς ἑταιρικῆς ἵππου. Conf. V. 53, 4. & ibi notata. — Breviter WESSELING. ad Diodor. XVII. 87. „Equites erant, *ſodalium* nomine inſignes, robur equeſtris inter Macedonas militiæ.“ — Fuſius VALESIVS, cujus verba, quoniam ad ea etiam Weſſelingius provocavit, adponere haud gravabor: „Erat apud Macedones cohors equitum, qui ἑταῖροι dicebantur ex inſtituto Philippi regis, quemadmodum teſtatur Theopompus lib. XLIX. (citatus a Polybio noſtro, VIII. 11, 5 & 11.) Et Demoſthenes in Reſponſione ad Philippi Epiſtolam, τοὺς δὲ, inquit, περὶ αὐτὸν ὄντας ἑταίρους &c. (T. I. edit. Reiſk. p. 155.) Quamquam Anaximenes lib. I. Philippicarum Hiſtoriar. ejus inſtituti auctorem facit Alexandrum, qui præſtantiſſimos quoſque, equitandi artem edoctos, ἑταίρους vocavit, ac pedites ſimul πεζεταίρους, ut refert Harpocratio. (in Πεζέταιροι.) Ab his ἑταίροις diverſa erat *ala amicorum*, ut docet Polybius lib. XXXI. (c. 3, 7.) Porro ἑταίρους *ſodales* potius interpretari vellem, quam, ut Caſaubonus in lib. V. (53, 4.) *hetæros ſive regis ſocios*, parum latine, ut exiſtimo. Poſſis & *Comites* vertere: ſic apud Ammianum Marcellin. & in Notitia Imperii Rom. *comites ſagittarii* & *comites clibanarii* recenſentur ea ratione, ni fallor.“ —

CAPVT XIX. Cap. XIX.

Verſ. 1. ταῖς εὐχερείαις, *agilitate*. conf. ad XI. 21, 4. XV. 13, 1. Temere Valeſius *loci iniquitate*, quaſi eſſet Verſ. 1.

τᾶις δυσχωρίαις. — *Ibid.* τὰ δὲ θηρία. Inferendam partic. δὲ monuerat Valef. in Notis.

Verf. 9. *Verf.* 9. υἱοὺς ὄντας. — „Forte τοῦ βασιλέως υἱοὺς, ὄντος ἑνὸς τοῦ τότε &c." REISKIVS. — Admodum probabiliter, ut nobis quidem videtur.

Verf. 10. *Verf.* 10. ἅμα μὲν αὐτῷ πρῶτος &c. „Lege αὐτός." VALES. — Imo bene habet αὐτῷ, eadem ratione qua *verf.* 9. ἀνακεχώρηκεν αὐτῷ, *ei*, id eft, *ex ejus narratione, illum fi audis*. Reifkius, alio oculum intendens, putaverat, illud αὐτῷ verf. 9. in αὐτὸς mutatum voluiffe Valefium; at pofterius folum αὐτῷ, quod verf. 10. repetitur, fufpectum Valefius habuit.

Cap. XX.

CAPVT XX.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἐπισεσυρμένον, *neglectim habitum, neglectim tractatum.* Conf. ad IV. 49, 1.

Verf. 4. *Verf.* 4. αἱ λοιπαὶ τῶν γραφῶν. — „*reliqua fcriptionis genera;* ut funt carmina, orationes, difputationes de argumentis philofophicis; quæ omnia conferuntur cum Hiftoria." REISKIVS.

Verf. 7. *Verf.* 7. ἐλυπήθη μὲν ὡς ἔνι μάλιστα. Cum adjectum effet φαίνεται, monuit VALESIVS: „Legendum videtur, ὡς ἐμοὶ μάλιστα φαίνεται, vel potius λυπηθῆναι μὲν ὡς ἔνι μάλιστα φαίνεται." — REISKIVS: „Aut λυπηθῆναι legendum, aut φαίνεται eft delendum." —

Verf. 8. *Verf.* 8. περὶ αὐτοῦ, pro περὶ ἐμαυτοῦ, ut fæpe aliâs, *de me ipfo, ad me ipfum quod adtinet.* οἱ καθ' ἡμᾶς funt *æquales mei, qui hoc tempore vivunt*, ut IV. 1, 4. IV. 2, 2. &c. quod miramur nec Valefio in mentem veniffe, nec Reifkio.

Cap. XXI.

CAPVT XXI.

Verf. 1. *Verf.* 1. De *Tlepolemo* conf. lib. XV. cap. 25 extr. & feqq. Eclogam hanc fuo Lexico inferuit Suidas in Τληπόλεμος, ufque ad verba τὸ φανὲν ἐδίδου. verf. 9. Tum vero addit: καὶ τὰ λείποντα ζήτει ἐν τῇ Πολυβίου ἱστορίᾳ.

Verf.

Verſ. 2. προσεφέρετο. Sic corrigendum conjecerat Erneſtus in Lexic. Polyb. recte, haud dubie: *multas virtutes, multa item vitia ad rerum adminiſtrationem adtulit, contulit.* σπουδὴν καὶ μηχανὴν προσφέρεσθαι, I. 18, 11. eſt *ſtudium & artem adhibere.* Ceterum in vulgatum προεφέρετο conſentit Suidas. Verſ. 2.

Verſ. 4. πρὸς δὲ ποικίλων πραγμάτων χειρισμὸν, δεόμενον ἐπιστάσεως. — „ποικίλον, & δεομένων legendum. Nam tractatio rerum eſt ποικίλος χειρισμὸς, in quo adhibenda eſt ποικιλία, verſutia, verſatilitas ingenii & animi ad varia conſilia. Sed res, τὰ πράγματα, ſunt δεόμενα ἐπιστάσεως καὶ νήψεως, opus habent attentione & ſobrietate mentis." REISK. — Immo nullo modo ſolicitandum vulgatum. ποικίλα πράγματα ſunt *res variæ*, id eſt, *intricatæ, difficiles, dubiæ.* Sic ποικιλία πραγμάτων, IX. 22, 10. *varii caſus, rerum temporumque difficultas;* & ποικίλοι καιροὶ, *varia tempora*, id eſt, *difficilia ac dubia*, XVIII. 38, 6. Verſ. 4.

Verſ. 5. οὐ μόνον ἔσφηλεν, ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν ἠλάττωσε. Valeſius: *itaque brevi non ſolum ipſe concidit, ſed regnum etiam labefactavit.* At tantum abeſt, ut *concidiſſe* Tlepolemum dicat Polybius, ut, licet de ſtatione eum depellere conati ſint ceteri aulici, tamen ſuperiorem diſceſſiſſe doceat, & confirmatam auctamque etiam ejus poteſtatem, cap. 22, 10 ſq. Neque ἔσφηλε paſſive aut neutraliter umquam ſignificat *concidit*, ſed active *labefactavit, in periculum induxit, in fraudem illexit;* ut X. 33, 2. XL. 5, 9. Itaque ad ſignificandam illam Valeſii ſententiam oportuerat ἐσφάλη, aut ἑαυτὸν ἔσφηλε, ut Reiſkius maluit. Sed videndum, an, ſervata ſcriptura codicis, quam & Suidas agnoſcit, hæc ſit Polybii ſententia, *non modo in periculum adduxit, non modo labefactavit regnum, ſed etiam imminuit, inſigne detrimentum ei adtulit.* Sic, per uſitatam Polybio verborum trajectionem, vocabulum βασιλείαν ad prius verbum æque ac ad poſterius fuerit referendum. Verſ. 5.

Verſ.

Verf. 10. *Verf.* 10. ἠΰξανε τὸ κακόν. Haud dubie ηὐξάνετο τὸ κακὸν legendum, *augebatur malum.* — *Ibid.* ἐξ αὐτοῦ λαμβάνον τὴν ἐπίδοσιν. Male feciffe nos intelligimus, quod Valefii h. l. tenuerimus interpretationem, *ipfomet fovente atque augente.* Refcribe: *ex femet ipfo incrementum capiens*, ut Reifkius monuit. Nec vero idcirco opus eft, ut ἐξ αὑτοῦ, cum afpero fpiritu, ut voluit ille, fcribamus. Immo præferentem Polybium in pronomine reciproco fpiritum lenem fæpe obfervavimus. Quid autem fit hoc, quod dicit, *malum ex fe ipfo cepiffe incrementum*, intelligitur ex eis quæ mox continuo fubjiciuntur.

Ibid. πᾶς γὰρ ὁ παθὼν εὖ &c. Eadem verba, ufque ad finem verfus, in ora adfcripta habet codex Vrbinas, in ea regione ubi definit cap. 11. Excerptorum antiquorum, (quod nobis eft cap. 12. hujus libri) & ubi incipit cap. 12. (nobis cap. 23.) Ex quo etiam intelligitur, recte a nobis, alia quidem infuper indicia fecutis, Eclogam hanc Valefianam hoc loco effe inter illa duo capita interjectam.

Verf. 12. *Verf.* 12. τὰς ἐν τοῖς πότοις ἐπιχύσεις. Cum ἐπικλήσεις in contextu pofuiffet VALESIVS ex fuo codice, notavit in margine: „Forte ἐπικλήσεις." In Notis vero uberius fic ad h. l. commentatus eft: „Exiftimavi legendum effe ἐπικλήσεις. Moris enim fuit, ut principibus viris hoc adulationis genere blandirentur in conviviis. Tibullus lib. II.

Sed bene Meffallam fua quifque ad pocula dicat;
Nomen & abfentis fingula verba fonent.

Alexis quoque in Pharmacopola (apud Athenæum, lib. VI. p. 254.) quendam inducebat, qui uni e convivis propinans hæc diceret: Παῖ, τὴν μεγάλην δὸς, ὑποχέας φιλίας κυάθους τῶν παρόντων τέτταρας. τοὺς τρεῖς δ' ἔρωτος προσαποδώσεις ὕστερον. Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως νίκης καλῶς, καὶ τοῦ νεανίσκου κύαθον Δημητρίου· φέρε τὸν τρίτον Φίλας Ἀφροδίτας. Poffet etiam ἐπιχύσεις legi apud Polybium, ut *libationes* intelligantur, quas *prolato principum virorum nomine* fieri mos erat, ut declarat idem Alexis

Alexis in primo versu quem protulimus, παῖ τὴν μεγάλην δὸς ἐπιχέας. sic enim malo. Athenæus lib. VI. (p. 255.) Οἱ Λημνόθεν Ἀθηναῖοι οὐ μόνον ναοὺς κατεσκεύασαν τοῦ Σελεύκου, ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἀντιόχου, καὶ τὸν ἐπιχεόμενον κύαθον ἐν ταῖς συνουσίαις Σελεύκου Σωτῆρος καλοῦσι." — Ad hæc REISKIVS: „Probo, ait, Valesii ἐπιχύσεις, propter locum quem protulit Athenæi. Aliàs cogitavi ἐπικλυτήσεις, ut p. 1436. (XXIV. 8, 7.) θεοκλυτήσεις habetur. Si vulgata servatur, possit hoc modo accipi, ut statuatur Polybius voluisse eo vocabulo, ἐπιλύσεις, indicare quæstiones in conviviis propositas & disputatas in eam sententiam, ut ad laudes Tlepolemi pertinerent: e. c. quæ nomina denas literas habeant? quæ nomina numerum 5400 conficiant? quis imperator felicissimus? cætera hoc genus; quæ omnia poterant in nomen Tlepolemi convenire." — Verf. 12.

CAPVT XXII. Cap. XXII.

Verf. 1. *βαρέως αὐτοῦ τὴν αὐθάδειαν ὑπέφερον.* Cum *ex nostra conject.* hoc correctum esse scriberemus in scholio, præterierat nos Gronovii in hunc locum Nota edita, in qua pariter *βαρέως* corrigere jusserat, quod & in vers. latina jam expresserat Valesius. *βραχέως* defendere conatus est REISKIVS, esse (dicens) latinum *parum, parum ferebant, tolerabant.* — ERNESTVS: vel *non diu*, vel *parum ferebant.* Quæ etiam atque etiam dubitamus an placere possint: & dictionis *βραχέως φέρειν τι* exempla requirimus. *βραχεῖαν* & *βαρεῖαν* inter se permutata a librariis vidimus IV. 48, 2. Verf. 1.

Ibid. τὸν δὲ Σωσίβιον. — „*Sosibium minorem* designat: nam pater Sosibius jam tum vita decesserat. Vide p. 1404. (XV. 25.) qui locus sine dubio particula ejus est, qui mortem Sosibii majoris indicavit." REISKIVS. — Confer XV. 32, 6 sqq.

Verf. 2. τήν τε πρὸς τοὺς ἐκτὸς ἀπάντησιν ἀξίαν ποιεῖσθαι τῆς &c. Cum in codice fuisset ἄξια, perspecte VALE- Verf. 2.

Vers. 2. VALESIVS ἀξίαν correxit. Neque vero quidquam amplius quaerendum. Certe nescimus quid spectarit idem vir doctus, in Notis scribens: „Graeci sermonis elegantia postulat, ut dicatur κατ' ἀξίαν ποιεῖσθαι." —

Vers. 3. *Vers.* 3. Πτολεμαῖος ὁ Σωσιβίου. *Ptolemaeus, Sosibii filius;* adeoque frater ejus, de quo modo dictum. Cum ait autem Polybius, hoc tempore ex aula Macedonica rediisse hunc Ptolemaeum, Sosibii filium, intelligitur, ad hunc annum 553. non ad sequentem aliquem annum, pertinere hanc Eclogam. Non potuit enim Alexandrinus hic Ptolemaeus in aula Macedonica manere ex quo apertum Philippi contra Aegyptios bellum, ex societate cum Antiocho contracta, geri coeperat. Atqui hoc jam eodem anno Cariam, quae regis Aegypti fuerat, invasisse Philippum vidimus. Res autem Aegypti post res Graeciae & Asiae in cujusque anni historia exponere Polybius consuevit.

Cap. XXIII.

CAPVT XXIII.

Chronologia. Cum a rebus in Italia gestis incipiat Polybius cujusque anni historiam, (conf. XXVIII. 14, 9.) intelligi debet, hoc caput ex sequentis anni (ab *V. C. 554. Olymp. CXLIV. 4.*) historia esse decerptum: quare *illum annum ad oram contextus nostri hoc loco adnotatum velimus.* Retulit quidem Livius XXX. 45. *triumphum Scipionis* ad finem anni 553. Sed quod si sub finem ejus anni Romam cum exercitu ex Africa rediit Scipio, multum sane adhuc temporis insumendum erat in adparatum Triumphi, tam splendidi praesertim, qualis Scipionis ille Africanus triumphus fuit. Itaque fieri fere non potuit, quin ante sequentis anni initium illa pompa duceretur. Quare in anni 554. historia, in rebus in Italia gestis, eam pompam exposuit Polybius.

Vers. 2. *Vers.* 2. προσδοκίας. Perperam προσδοκείας ed. 1. Reg. F. G. Vesont.

Vers.

Verſ. 5. τὸν θρίαμβον εἰσῆγε. Haud dubitari debet, quin hanc triumphi Scipionis pompam, longe omnium, quæ ante id tempus Romæ conſpectæ fuerant, ſplendidiſſimam celeberrimamque, fuſe copioſeque Polybius expoſuerit. Nonnulla attingit Livius XXX. 45. copioſius rem perſecutus eſt Appianus Punic. cap. 66. Verſ. 5.

Ibid. διὰ τῆς τῶν εἰσαγομένων ἐναργείας. διὰ perſpecte correxit Caſaub. cum δὴ daret ed. 1. conſentientibus msstis. Præcedentem particulam ἔτι in ἐκ mutandam cenſuerat Scaliger. ἐναργείας ante Caſaubonum Scaliger etiam ſcripſerat. Sæpius a librariis permutata inter ſe vocabula ἐναργὴς & ἐνεργὴς, ἐνάργεια & ἐνέργεια, monuimus ad I. 1, 5. conf. III. 44, 6. III. 54, 2. IV. 17, 2. De eadem confuſione monuit Weſſeling. ad Diodor. I. 39. Adde quæ notata ſunt ad Polyb. XV. 36, 2.

Verſ. 6. ὁ Σύφαξ. ὁ Σόφαξ ed. 1. cum msstis, ut aliâs. — *Ibid.* In Μασσυλίων h. l. recte conſentiunt omnes. conf. III. 33, 15. — *Ibid.* ἤχθη τότε διὰ τῆς πόλεως. Alii ante Scipionis triumphum mortuum eſſe Syphacem ſcripſerunt. Auctorum diſſenſum, Polybiique ſententiam diſerte adnotavit Livius XXX. 45. Verſ. 6.

Verſ. 7. ἀγῶνας ἦγον καὶ πανηγύρεις. Hos *ludos, quos Conſul in Africa voverat Scipio*, ſub finem anni ab V. C. 554. celebratos eſſe, ſatis clare Livius ſignificat XXXI. 49. Verſ. 7.

CAPUT XXIV. Cap. XXIV

In Eclogis Valeſianis, ante hanc, quam hoc loco poſuimus, vulgo locata eſt illa de *Gaza urbe ab Antiocho direpta*, & de Gazenſium fide in Aegypti reges; quam cur poſt hanc *de Philippo in Caria hiemante*, in finem hujus libri & in annum ab V. C. 556. rejecerimus, ratio ibi reddetur. Tempus, ad quod hæc pertinet *de Philippo* Ecloga, cum ex aliarum libri hujus XVI. reliquiarum connexione intelligitur, tum ab ipſo Polybio, diſerte edito conſulis Romani nomine, ſatis definitum eſt. Philip- Chronologia.

pum Cariam invadentem, & Iassum urbem, *Bargyliis* vicinam, oppugnantem vidimus cap. 11 sq. A. V. 553. Nunc in ea regione hiemare coactum narrat Polybius, ea hieme, qua Consul creatus est *P. Sulpicius Galba.* Ea hiems est, quae inter annum 553 & 554. intercessit; nam in annum 554. consul Galba est creatus, & idibus Martiis consulatum iniit, ut docet Livius XXXI. 5. Quoniam vero hunc consulem hoc loco nominavit Polybius, colligere inde licet, versatam fuisse hic narrationem in *rebus anno 554. gestis*, nempe sub exitum illius hiemis; quemadmodum etiam res ea hieme gestae, quae secuta est annum 553, in rebus anni 554. expositae fuisse videntur. conf. ad XVII. 1, 1. De rerum connexione vide Notata ad cap. 14, 5. & confer Polyaen. IV. 17, 2. Currente deinde hoc anno 554. Abydum oppugnavit Philippus, & exacto autumno expugnavit. conf. ad cap. 29, 1 seq.

Vers. 3. *Vers.* 3. *τὰς ἐξαποστελλομένας κατ' αὐτοῦ πρεσβείας εἰς Ῥώμην.* Illarum legationum meminit Livius XXXI. 2. in rebus eadem hieme, quam Polybius dicit, gestis. Nil vero opus est, ut *καθ' αὐτοῦ* scribamus, quemadmodum Valesius voluit. — *Ibid. διόπερ πέρας ἔχει.* — REISKIUS: „Forte *οὐδὲ* (scil. *ἠγνόει*) *διότι πέρας εἶχε, neque nesciebat bellum Punicum esse decisum & finitum.*" — Quidquid sit, haud dubie corrupta vox *διόπερ* est.

Vers. 5. *Vers.* 5. *τοὺς δὲ ἀποβιαζόμενος, alios vi cogens ut sibi alimenta subministrarent.*

Vers. 6. *Vers.* 6. *Ζεῦξις.* Vide ad cap. 1, 9. — *Ibid. Μυλασσεῖς.* Hic quidem *Μυλασσεῖς* erat editum: sed paullo post *Μυλασέων*, simplici *σ*, recte; sic certe Stephanus & alii. conf. Drakenb. ad Liv. XXXVIII. 39, 8. — *Ibid. Μάγνητες.* Cives *Magnesiae ad Maeandrum*, in Ionia; in cujus vicinia erat *Myus*, quae paullo post memoratur, vers. 9.

Vers. 9. *Vers.* 9. *Παρὰ δὲ Μαγνήτων* &c. — „Haec postrema addidi ex Athenaeo lib. III. (p. 78) qui ex libro XII. historiarum Polybii haec esse sumta testatur; eumque secutus est quoque Casaubonus, (in Polybii Fragmentis.) Sed legen-

Vers. 7. eumdem Stephanum in Ἰουλὶς, ubi ἐν Κῷ probavit, licet certum sit, fuisse Iolidem æque ac Carthæam in quatuor urbium numero *Cei* insulæ. Quod vero vulgo perhibent, ab ipso etiam Stephano, in Κῶς, confundi *Con* & *Ceon* insulas, id ex prava distinctione sermonis, qua ibi vulgo utuntur, ortum est. Nam quod incolæ nomen insulæ Co pariter ὁ Κέϊος ac ὁ Κῷος dicere Stephanus videtur, id plane contra esse intelliges; si recte distinxeris orationem. Diserte enim & utriusque insulæ & incolarum nomina a se invicem distinguit: *τῆς* Κέω *τὸ ἐθνικὸν* Κέϊος, - - *καὶ* Κεῖος *διὰ διφθόγγου. τῆς δὲ* Κῶ *μονοσυλλάβου*, Κῷος *καὶ* Κώϊος.

ADNO.

ADNOTATIONES
AD
POLYBII HISTORIARVM
LIBRI XVII.
RELIQVIAS.

Lib. XVII.

Monuimus jam in Præfatione Tomo II. præmissa, vetustissimos quosque codices, vel ex vetustissimis bona fide descriptos, Vrbinatem, (Præf. T. II. p. 5 seq.) Augustanum, (ibid. p. 7.) Regium D. cum uno ex Mediceis & cum Oxoniensi, (p. 8-10.) denique Regium E. (p. 13 seq.) ea, quæ in aliis recentioribus codicibus msstis & in impressis Polybii exemplis pro *Excerptis ex Libro XVII.* venditantur, ad *Librum XVIII. historiarum Polybii* ingenti consensu referre. Cum iisque consentit Stephanus Byz. qui ad voc. *Ἀγρίαι ex Polybii libro decimo octavo* ea verba citat, quæ vulgo *lib. XVII. cap. 5.* leguntur. In eadem Præfatione (pag. 11.) rationem quoque exposuimus, qua factum videtur, ut in recentioribus codicibus eadem Excerpta, quæ in vetustioribus ad *Librum XVIII.* referebantur, ad *Librum XVII.* fuerint relata. Itaque consentaneum videri poterat, ut nos, qui Polybii reliquias, quoad fieri posset, in integrum restituere studuimus, vetustiorum codicum fidem sequentes, omnia ista Excerpta ad *Librum XVIII.* referremus. At sic quidem non modo nihil omnino ex *Libro XVII.* decerptum exhibitura erat nostra editio; verum etiam, quoniam Excerpta hæc a rebus ineunte anno ab V. C. 557. (certe per hiemem inter annos 556 & 557. intercedentem)

tem) gestis incipiunt, quum Excerpta ex *Libro XVI.* pro vulgata apud Iosephum scriptura, de qua ad Polyb. XVI. 39, 1. diximus, in rebus anni 556. finirentur, ne unus quidem supererat annus pro rebus *Libro XVII.* a Polybio expositis, nec intelligi poterat, quasnam tandem res hoc libro exponere Polybius potuerit. Quare in eam incideramus suspicionem, (quam in Scholio ad cap. 38. libri XVI. significavimus) pro *Libro XVI.* satis fuisse materiarum, si in illo libro Polybius res annis 553 & 554. gestas esset persecutus, & ab anno 555. adeoque a rebus nova Olympiade (Olymp. CXLV.) gestis novum *Librum*, numero *septimum decimum* inchoasset. Ita *Liber XVII.* cum alia complexus fuerit, tum expeditionem a Scopa in Coelesyriam anno 555. susceptam, & victoriam de eodem Scopa ad Panium anno 556. reportatam, receptamque ab Antiocho Coelesyriam, insuperque res a Flaminino adversus Philippum primo anno belli Macedonici gestas, quas Livius priori parte libri XXXII. persecutus est. Ac licet res annis 555 & 556. in Coelesyria & Palæstina gestæ apud Iosephum, secundum vulgatam ibi scripturam, *ex Polybii Libro XVI.* citantur, tamen, quoniam alii codices numerum *XI.* habent, qui manifeste mendosus est, licebat suspicari, vulgatam scripturam pariter mendosam esse, & numerum *XVII.* fuisse scribendum. Sed ea tamen mera utique suspicio erat, cui tantum tribuere non sumus ausi, ut mea auctoritate *ad Librum XVII.* ista Fragmenta referremus; præsertim cum ad historiæ lucem perspicuitatemque nihil prorsus collatura fuisset ejusmodi innovatio: quo accedebat, primum, quod in Eclogis Valesianis illa de *Gaza* urbe Ecloga (lib. XVI. c. 40.) quæ ad easdem res in Coelesyria gestas pertinet, præposita vulgo esset illi Eclogæ de Philippo in Caria hiemante, (nobis XVI. 24.) quæ haud dubie ad *Librum XVI.* pertinebat; tum, quod Stephano Byzantino teste (vide Polyb. XVI. 40, 4.) eodem *Libro XVI.* de *Gitta*, Palæstina urbe, Polybius verba fecerat, cujus urbis mentionem faciendi locus fuisse

videtur

videtur in earumdem rerum narratione, quam ex eodem *Libro XVI.* Iosephus citavit. Itaque istud quidem non mutavimus: sed, ne tamen nihil prorsus *ex Libro XVII.* excerptum exhibere videretur nostra Editio, mediam quamdam viam inter eas tenuimus, quas codices nostri Polybiani secuti sunt: quorum quum alii omnia ea *Excerpta Antiqua*, quae in impressis exemplis *Libro XVII.* attribuuntur, ad eumdem librum referant, alii omnia ad *Librum XVIII.* alii denique (nempe hi utique, qui priora capita plane non habent) posteriorem certe partem ad *Librum XVIII.* referant; nos priorem partem istorum Excerptorum (a cap. 1 - 13.) *Libro XVII.* adtribuimus; quae res, utpote per hiemem gestae, perinde & ad annum 556. & ad annum 557. referri poterant, & quarum narratio percommode ab eis, quae deinde (vulgo XVII. 14 seqq.) exponuntur, separari potuit; quemadmodum etiam a Livio separata est, qui historiam prioribus illis capitibus libri XVII. Polybiani comprehensam eidem libro XXXII. quo res annorum 555 & 556. exposuerat, attexuit; a rebus vero, quae cap. 14 seqq. apud Polybium exponuntur, scilicet a pugnae ad Cynoscephalas expositione, novum librum, tricesimum tertium, exorsus est. Prioribus 12. capitibus subjecimus *Eclogam Valesianam*, quam eo loco fuisse reponendam docebat caput 13. excerptorum antiquorum, quo pars extrema ejusdem Eclogae continebatur. (vide XVII. 15, 15 seqq. nostrae edit.) Denique duas alias attexuimus & in eumdem librum retulimus *Eclogas Valesianas, de Attalo, & de Nabide;* quas res Livius pariter (presso pede in horum temporum historia Polybium sequens, superioribus adtexuit, & illarum narratione librum suum XXXII. clausit. In tota vero ista ratione ordinandi haec Excerpta, & partim per *Librum XVII.* partim per *Librum XVIII.* distribuendi, praeeuntem habuimus VALESIUM, qui in Excerptis de Virtutibus & Vitiis eas, quas modo diximus, Eclogas ad Polybii *Librum XVII.* retulit, eas, quae deinde sequuntur, ad

Polybii Histor. T. VII. U *Librum*

Librum XVIII. Confer ejusdem Adnotationem ad initium illius Eclogæ, quæ nobis est lib. XVIII. c. 24. Non nos fugiunt quidem cum aliæ difficultates, quæ hanc rationem premunt, tum quod ei Stephanus Byzantinus repugnat, qui, ut supra monuimus, *ex Libro XVIII. Polybii* ea verba citat, quæ nunc sunt XVII. 5, 8. Sed in colligendis concinnandisque his Polybiani operis Reliquiis, velut disjectis misere truncati corporis membris, numquam nec speravimus, nec professi sumus, levari a nobis omnes difficultates posse: de Stephano vero Byzantino, id est, de Epitome quæ ad nos pervenit Lexici Geographici, ab hoc Grammatico editi, novimus passim multa minus adcurate tractata & in primis in numeris errata in hoc opere esse, ut id quidem non nimis turbare nos debeat. Et ne non longe abeamus, apud eumdem Stephanum Κυνὸς Κεφαλαὶ, λόφος τῆς Θεσσαλίας ex *Polybii Libro XIX.* citatur, cum tamen vix alius respici Polybii locus potuerit, nisi ille ubi pugna ad Cynoscephalas commissa describitur, quod haud dubie *Libro XVIII.* a Polybio factum est. Vide XVIII. 5, 9.

Cap. I. CAPVT I.

Vers. 1. *Vers.* 1. Ἐπελθόντος δὲ τοῦ τεταγμένου καιροῦ &c. *Postquam advenit constitutum colloquio tempus.* Confer Livium XXXII. 32 seqq. qui verbotenus fere Polybium sequitur: quare ibi jam Sigonius opportune cum Livio ad quodvis rerum caput Polybii verba contulit. Recte vero ἐπελθόντος edidit Casaub. nescimus ex ingenio ne, an cum Vrb. e quo tamen nihil notatum in ora Bas. Perperam ἀπελθόντος ed. 1. cum Med. Reg. F. G. Ves. In Aug. omissa est litera initialis, quæ minio adpingi debuerat. Media hieme colloquium, de quo hic agitur, esse habitum, intelligitur ex cap. 9, 9 sq. nempe ea hieme, qua exeunte consulatu decedebant T. Quinctius Flamininus, Sex. Aelius Pætus, & novi Consules in annum ab V. C. 557. creati sunt Cn. Cornelius Cethegus, Q. Minucius Rufus. Quare

perinde

perinde & in rebus anni 556. & in rebus 557. exponi hæc res potuit. Videtur vero ad anni 557. initium eam retulisse Polybius: recte novorum Consulum mentionem facit in ejusdem narrationis progressu, cap. 11, 1 sq. conf. notata ad initium cap. 24. lib. XVI. Et Livius pariter hoc colloquium exsequitur, postquam consulum in annum 557. creatorum jam fecerat mentionem, XXXII. 28. coll. c. 32. Vers. 1.

Ibid. πέντε λέμβους ἔχων καὶ μίαν πρίστιν. Livius: *cum quinque lembis & una nave rostrata venit.* conf. ad XVI. 2, 9.

Vers. 2. Κυκλιάδας, ἐκπεπτωκὼς ἐκ Πελοποννήσου &c. Perperam Κυλλιάδας ed. 1. & Med. Locus, ad quem provocat Polybius, in Reliquiis non reperitur. Sed Livius XXXII. 19. *Cycliadam,* ait, *principem factionis ad Philippum trahentium res, expulerant Achæi.* Prætor Achæorum Cycliades creatus erat initio æstatis anni 554, ut dictum est ad XVI. 36. Ei in prætura initio æstatis anni 555. successerat *Aristænus,* (Liv. ibid.) qui mox memoratur *vers.* 4. Vers. 2.

Vers. 3. μετὰ δὲ τοῦ Τίτου. Livius: *Cum imperatore Romano rex Amynander erat* &c. — *Ibid.* Ἀμύνανδρος. Mendose Σαμύνανδρος ed. 1. cum msstis. Vers. 3.

Vers. 4. Ἀρίσταινος. Prætor Achæorum anno superiore, ut modo dictum. Diversus ab hoc fuit Ἀρισταίνετος, Dymæus, cujus mentio facta XI. 11, 7. Fortasse vero idem nomen est, quemadmodum Reiskius contendit, Ἀρίσταινος & Ἀρισταίνετος, ut hic etiam ipse, de quo nunc agitur, perinde & Ἀρίσταινος & Ἀρισταίνετος nominatus sit. Et hoc quidem ipso loco in Ἀρισταίνετος consentiunt libri omnes, rursusque in Ecloga Valesiana XVII. 13, 8. Sed ad eum locum hæc notavit VALESIUS, quæ huc transscribere juvabit: „Livius lib. XXXII. [c. 32.] *Aristænum* hunc vocat, ubi oratio ejus refertur, qua Achæos a Philippi societate ad partes populi Romani traduxit: sed & libro XXXIV. eundem semper *Aristænum* Vers. 4.

Verf. 4. nominat. In Polybio ambigua hujus nominis fcriptio eft: modo enim *Ariftænetus*, modo *Ariftænus* dicitur. Apud Plutarchum in vita Philopoemenis [p. 363 & 366.] *Ariftænetus* quoque dicitur; fed in Vulcobiano codice Ἀρίσταινον legi ajunt: quod quidem præfero, cum Paufanias in Arcadicis [VIII. 51. p. 703.] eum *Ariftænum* nominet, & ipfe Polybius infra, [XXV. 9.] ubi eum cum Philopoemene componit. Erat autem Megalopolitanus, tefte Plutarcho & Paufania." — Hæc Valefius, cujus rationem probarunt & unice veram fcripturam Ἀρίσταινος effe judicarunt Drakenborch. ad Liv. l. c. & Dacier in gallica Plutarchi verfione, T. IV. p. 217. Nec tamen nos quidem aufi fuiffemus vulgatam h. l. mutare fcripturam, nifi mox cap. 7, 2. in Ἀρίσταινος confentientes omnes noftros codices vidiffemus, quemadmodum & XXV. 9. cum codice Peirefciano Suidas in eamdem fcripturam confentit, & codex Bavaricus cum Vrfini codice in Legat. 41. (nobis lib. XXIII. c. 7 feqq.) ubi plus femel idem nomen occurrit.

Verf. 5. *Verf.* 5. παρ' αὐτὸν τὸν αἰγιαλόν. Articulum τὸν, qui deerat ed. 1. & msstis, recte inferuit Cafaub. — *Ibid.* μετέωρος ἔμενε, *in alto, in mari manebat.* Cafaubonus, Livium fecutus, *in ancoris ftabat.* Eft autem μετέωρος omnino idem ac ἐν τῷ πελάγει ὤν, ut obfervavit fcholiaftes Thucyd. ad VII. 71. five *in ancoris ftat* navis, ut apud eumdem Thucyd. IV. 26. ubi μετέωροι idem fcholiaftes ἐπ' ἀγκυρῶν interpretatur, five *fluctuet* aut etiam *naviget*, ut apud eumdem I. 48. ubi μετέωροι νῆες funt πελάγιοι quidem, fed μὴ ἐπ' ἀγκυρῶν ἱσταμέναι.

Verf. 8. *Verf.* 8. καὶ κοινὸν τὸν καιρόν. — „καιρὸς eft *ratio rerum in quibus aliquis verfatur*, item *negotium quod agit, propofitum in quo elaborat.* - - Inprimis eft *tempus adverfum, negotium dubium.*" REISKIVS. — Conf. ad XVI. 9, 5. — *Ibid.* μεταλαβών, *excipiens, reponens*, vel, ut Reifkius ait, *fufcipiens ab eo dicendi vices.* Sic μεταλαβὼν τὸν λόγον cap. 2, 2. conf. c. 3, 1. & XVIII. 37, 5. Neque fatis

tis cauffæ erat, cur aptius fore *μεσολαβῶν*, id eft *interpellans*, contenderit idem Reifkius.

Verf. 9. *βασιλεύοντα.* Præfens, fignificatione futuri, ut paffim aliâs. Verf. 9.

Verf. 10. *κατάρχεσθαι.* Mendofe *κατέρχεσθαι* unus Reg. G. Verf. 10.

Verf. 11. *τί δεῖ ποιήσαντα* &c. *δεῖ* ex ed. 1. & msstis revocavimus, cum temere in *δεῖν* mutatum effet a Cafaub. Verf. 11.

Verf. 12. *Φαινόμενον*, *clarum*, *apertum*, *perfpicuum.* Sic intelleximus cum Ernefto, & opponi putavimus *τῷ ἐνεδρεύειν ἐν ταῖς ὁμιλίαις*, cap. 3, 2. REISKIVS vero: „ad *τὸ Φαινόμενον* fubaudi, inquit, *ἐμοὶ*, *id quod fentio*, ut recte vertit Cafaub. p. 791, 27. [IX. 36, 6.] *τὸ Φαινόμενον* idem eft atque *τὸ δεδογμένον*, *id quod alicui vifum*, *ratum*, *decretum eft.* Eleganter & vere vertit Livius: *ea enim fe dicturum*, *quæ ni fiant*, *nulla fit pacis conditio.* In præmiffis paulo ante verbis, *αὐτῷ μὲν*, fubauditur *τοὺς δὲ ἄλλους συμμάχους ἐρεῖν καθεκάστους τὰ αὐτοῖς δοκοῦντα, ὡς βούλονται.*“ — Probaremus Reifkii interpretationem, fi effet *τὸ Φαινόμενον* cum articulo, quem ignorant libri, aut *τὸν Φαινόμενον*, nempe *λόγον.* Verf. 12.

Verf. 14. *μετὰ τὰς ἐν Ἠπείρῳ διαλύσεις.* Nil huc fpectat foedus illud, quod huc trahere Reifkius tentavit, quod Aetoli cum Romanis, prætore Lævino, de focietate belli adverfus Philippum & focios ejus gerendi inierant anno 543. cujus foederis meminit Polyb. in Reliquiis lib. IX. c. 38. extr. & feq. & lib. XI. c. 6. & uberius Livius XXVI. 24. Immo eam pacem hic dicit Polybius, quæ anno 549. inter Romanos & Philippum Phoenicæ in Epiro conclufa eft, de qua vide Livium XXIX. 12. Verf. 14.

CAPVT II. Cap. II.

Verf. 1. *ἐντεταλμένοι.* Temere & invitis msstis *ἐντεταγμένοι* habet ed. 1. Verf. 1.

Verſ. 2. *Verſ. 2.* μεταλαβὼν τὸν λόγον. Sic utique, refragantibus licet codicibus, oportuit; non enim genitivum casum, ſed accuſativum, adſciſcit verbum μεταλαμβάνειν, ut μεταλαμβάνειν τόπον, καιρὸν, τὴν ἀρχὴν, & ſimilia: & λόγον in ſingulari numero requirebatur, non in plurali. μεταλαμβάνειν τὸν λόγον, *ſuſcipere dicendi vices.* Sic X. 38, 1. ἐπεὶ κατέπαυσαν τὸν λόγον, μεταλαβὼν (ſcil. αὐτὸν, nempe τὸν λόγον) ὁ Πόπλιος. Atque idem nomen ſubintelligendum, quoties verbum μεταλαβὼν eadem notione nude & ſimpliciter ponitur, ut ſupra cap. 1, 8. & locis ibi citatis. — *Ibid.* ἐν τῇ περὶ Χῖον ναυμαχίᾳ. Vide XVI. 3 ſeqq. Hinc correxerunt Livium, cujus codices XXXII. 33. perperam *ad Cium* dabant. — *Ibid.* τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν &c. Vide XVI. 1.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Ἀκεσίμβροτος. Temere Ἀκεσύμβροτος ed. 1. — *Ibid.* Ἰασσοῦ. Conf. notata ad XVI. 12, 1. — *Ibid.* τῆς μὲν Περαίας ἐκέλευεν ἐκχωρεῖν τὸν Φίλιππον &c. — „Non ſatis video, inquit REISKIUS, quid differant ἐκχωρεῖν χώρας τινὸς, & ἐξάγειν τὰς φρουρὰς ἐξ αὐτῆς. Sane, qui aliquam regionem tenet, præſidiis eam tenet impoſitis, & qui ea excedit, deducendis præſidiis id facit." — Poſſet ad hoc reſponderi, poſſe hoſtem regione aliqua excedere, & tamen in una vel altera adhuc urbe præſidium relinquere. Sed Reiſkii dubitatio eo maxime nititur, quod Iaſſum & Bargylia Rhodiæ ditionis fuiſſe exiſtimavit, cum tamen diſerte a Peræa Rhodiorum, id eſt, a tranſmarina Rhodiorum in continenti ditione & h. l. & rurſus cap. 8, vſ. 9. ſeparentur illæ urbes. Nempe hæ Cariæ urbes in illarum erant numero, quas Ptolemæo (ut Flamininus ait cap. 1, 14.) ademerat Philippus. Caria enim, ut docuimus ad III. 2, 8. eis temporibus in regum Aegypti fuerat poteſtate.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Περινθίους recte Caſaubonus ſcripſit. Περινθείους perperam ed. 1. conſentientibus codd. *Perinthus,* Thraciæ urbs, ad Propontidem. Ejuſdem rurſus diſerta mentio fit in formula pacis Philippo duce XVIII. 27, 4. Hinc

Hinc *Perinthi* nomen Livio XXXII. 33. restituendum Sigonius censuit pro *Panopoli*, quod vulgo ibi legitur. — *Ibid.* Βυζαντίων. Βυζαντίνων Reg. F. G. & Vef. sed in hoc lineola subducta notatur litera ν.

Verf. 6. καθάπερ καὶ Ῥωμαῖοι. καὶ deest Reg. G. & Vef. — *Ibid.* δεύτερον δ' αὐτοῖς. *Particulam adversativam* sua auctoritate inseruit Casaub. cum *abesset ab* ed. 1. *& msstis omnibus.* Et *poterat abesse*, licet præcesserit particula μὲν, (conf. ad cap. 5, 9.) præsertim cum adverbium δεύτερον vicem conjunctionis expleat. Verf. 6.

CAPVT III. Cap. III.

Verf. 1. Ἀλέξανδρος ὁ προσαγορευόμενος Ἴσιος. Et hic gente Aetolus erat. conf. c. 11, 9. Verf. 1.

Verf. 2. ἀληθινῶς. Temere ἀληθινοὺς ed. 1. Eademque mox non minus temere πολεμοὺς, pro πολεμεῖν, quod recte dant codices omnes. — *Ibid.* ἀδίκως ἵστασθαι. — „Raro & peculiari modo usurpat Polybius verbum ἵστασθαι, pro *versari in re, sese quodammodo gerere.* vide p. 1069, 37. [nobis XVIII. 16, 4.] Convenit cum latino *stare*, quatenus significat *statum suum tueri vel obtinere.* vide Gesneri Thes. Lat. Ling. voc. *sto.*" REISKIVS. — „Elegantissime translatum ab athletis, qui ad ictum excipiendum se parant." CASAVB. *in ora Basil.* ad XVIII. 16, 4. Verf. 2.

Verf. 3. νικώντων bene Casaub. cum Vrfin. & Aug. νικόντων ed. 1. Reg. F. G. Vef. quod possit pro aor. 2. haberi. Verf. 3.

Verf. 4. καί τοι γε. Temere & imperite καὶ τοῖς γε, ed. 1. — *Ibid.* βεβασιλευκότων, Perperam βασιλευκότων Vrb. Aug. Reg. F. — *Ibid.* μάχεσθαι. Posses μαχέσθαι suspicari, sed vetant præsentia quæ sequuntur, ἀναιρεῖν καὶ διαφθείρειν, quæ, cum participio præt. βεβασιλευκότας constructa, vim habent præteriti. Verf. 4.

Verf. 7. πρὸς αὐτούς. Revocatum ex msstis πρὸς αὑτοὺς velimus; sic enim solet pro ἑαυτοὺς vel ἀλλήλους. Verf. 7.

 Ibid.

Verf. 7. *Ibid.* ἡγεῖσθαι τούτων. Poffes ex κτᾶσθαι corruptum fufpicari ἡττᾶσθαι illud, in quod codices omnes conjurarunt; fed fic oporteret ταύτας pro τούτων, nifi aliquid etiam excidiffe ftatuas, v. c. κτᾶσθαι καὶ κυριεύειν τούτων. Quidquid fit, pauci putamus erunt quibus REISKII probetur ratio, ἡττᾶσθαι defendentis, & provocantis ad illum hujus verbi ufum, quo — „ἡττᾶσθαί τινος (ut ait) dicitur aliquis, qui, quam rem amore & caritate amplexus eft, ei modis omnibus & ftudet & parcit, cavetque ne pereat aut lædatur, quafi *victus & captus illius rei amore tenetur.*" —

Verf. 8. *Verf.* 8. τὸν πόλεμον αὐτὸν καταλιπεῖν. Cafaubonus, *bellum interim ipfum relinquere.* Livius: *nihil fibi præter bellum relinquere;* quem non idcirco αὐτῷ legiffe pro αὐτὸν putare cum Sigonio debemus, fed pronomen αὐτὸν ea notione accepiffe, qua perfæpe illud ufurpat Polybius, *folum bellum, nihil nifi bellum:* ne fic quidem male. — *Ibid.* ποιεῖν recte edd. ποιεῖ Aug. Reg. F. G. Vefont.

Verf. 9. *Verf.* 9. τοσαύτας γὰρ διεφθαρκέναι πόλεις ἐν Θετταλίᾳ. Vide Liv. XXXII. 13. — *Ibid.* ἐκ τῶν ἐν Ἠπείρῳ ἐν, poft vocem in ν definentem, intercidit in Reg. F. & Tub. — *Ibid.* τὴν σπουδήν. — „Forte τὴν τῆς ἐπανόδου (vel ἐπαναγωγῆς) σπουδήν." REISKIVS.

Verf. 12. *Verf.* 12. τί δὲ Κιανούς. Vide XV. 21 fqq. — *Ibid.* τί δὲ λέγων. — „*quid afferens ad fui excufationem, quid caufans.*" REISKIVS. — τί δαὶ λέγων Vrb. conf. ad XVI. 34, 5. — *Ibid.* Ἐχῖνον cum Vrfino correxit Cafaub. Vide IX. 41 fq. adde XVIII. 21, 3. Corrupte Ἐσχῖνον ed. 1. Aug. ἐς Χίον Vef. putamus & Reg. F. G. — *Ibid.* In Φθίας confentiunt omnes, ut XVIII. 21, 3. & c. 30, 7. Nec erat, cur in Φθιώτιδας mutatum Vrfinus vellet.

Cap. IV. CAPVT IV.

Verf. 1. *Verf.* 1. διαναστάς, *furgens.* — „Sederat enim antea, dicentes accufatores audiens; nunc ipfe defenfionem fuam exordiens exfurgit. Dicentes enim ftabant." REISKIVS.

Ibid.

Ibid. Αἰτωλικόν. — „Insidiosam, fallacem & perfidam orationem. Eo enim ingenio putabantur Aetoli esse, eaque ardebat invidia nomen ipsorum penes omnes Græcos," REISKIVS. — *Ibid.* θεατρικόν. — „*pompaticam, speciosam, fucatam*, cui multum splendoris extus, intus veritatis parum sit. In oratione Philippi reddenda, magna Livius est libertate usus, mutavit ordinem, alia reddidit, alia omisit, alia more suo enuntiavit." REISKIVS. — *Ibid.* Ἀλέξανδρον. Ἀλεξάνδρου ed. 1. temere & invitis msstis. Vers. 1.

Vers. 2. ἑκὼν res ipsa poscebat, & oppositionis ratio. — *Ibid.* ποιεῖν carent Reg. F. & Tub. — *Ibid.* παρὰ τὰς ἑαυτῶν προαιρέσεις. Correxit Casaub. cum Scalig. Perperam περὶ ed. 1. cum msstis. Vers. 2.

Vers. 3. ἠλαττωμένος τοῖς ὄμμασιν, ἐπὶ πλεῖον ὑπέκρουε τὸν Φίλιππον. Sic vulgo scribunt omnes, (nisi quod temere ἠλαττωμένους habet ed. 1.) & sic distinguunt orationem. Quæ verba sic interpretatus est Casaubonus: *Philippum asperius interpellat Phæneas, oculis debilis.* Inde Ernestus in Lexico Polyb. ὑποκρούειν τινά, *aspere alloqui* vertit. Iam novimus quidem, ὑποκρούειν nonnunquam de eis dici qui *tumultuantes alicui obstrepunt*, quod & Suidas ex Aristophanis Scholiaste notavit. Sed ad id, quod nunc dixerat Philippus, non admodum locus fuisse videtur *tumultuose obstrependi*, aut hac potissimum occasione *aspere* eum *adloquendi*: neque vero adverbium ἐπὶ πλεῖον commode huic verbo junctum videtur. Et omnino commodius simpliciusque nobis videtur, verbum ὑποκρούειν, per se positum, in usitatissima notione sumere, qua simpliciter *interpellare, interfari, contra dicere, obgerere* denotat, (ἀντιλέγειν ait Hesychius; conf. Luciani Somnium c. 17. T. I. p. 21.) ἐπὶ πλεῖον vero ad verba præcedentia trahere, ἠλαττωμένος τοῖς ὄμμασιν ἐπὶ πλεῖον, *qui oculis valde laborabat, qui oculis erat admodum debilibus.* Verbi ἐλαττοῦσθαι, ut nominis ἐλάττωμα, singularis usus est in *corporis vitiis*. Quod de vulgatissima notione verbi ὑποκρούειν diximus, consentire videri poterat Suidas, apud Vers. 3.

Verf. 3. quem vulgo ita edunt: Ὑποκρούειν· ἀντιφθέγγεσθαι. ἀντιλέγειν ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε. τὸ δὲ ὑποκρούειν ἐπὶ τῶν θορυβ. &c. quae ita vertunt: Ὑποκρούειν *interdum significat obloqui, obstrepere, simpliciter & temere contradicere. Vel* ὑποκρούειν *dicitur de illis qui tumultuantur* &c. Sed, verum si quaeris, aliter istud & Suidas dixit, &, e quo ille depromsit, Scholiastes Aristoph. ad Acarnan. vs. 38. Scilicet hoc voluerunt: *Verbum* ἀντιφθέγγεσθαι *simpliciter & quovis modo contradicere denotare; sed* ὑποκρούειν *de iis usurpari qui tumultuosa obstrepunt.*

Verf. 4. *Verf.* 4. εὔθικτος. Livius: *& erat dicacior natura.* Perperam ἄθικτος Reg. G. In codice Vesont. quum mutilatum nomen θικτος esset, (sic absque accentu, quemadmodum & in Reg. F.) ab eadem manu superscriptum inter lineas est primum ἄ, deinde rursus εὔ. εὔθικτος, a verbo θίγω, *tango*, passivam habere notionem videtur, quemadmodum & apud Suidam εὐθίκτου exponitur εὐαφὲς, εὐψηλάφητον, *quod facile tangi & contrectari potest.* Quare haud improbabiliter HENR. STEPHANVS in Thes. Gr. Ling. T. I. col. 1560. dubitari posse ait, annon εὔθηκτος & εὐθήκτως pro *dicax* & *dicaciter* potius scribendum sit, a θήγω, id est *acuo*, quod dicaces *acuto* esse ingenio soleant. Ac sane sic apud Herodian. Hist. IV. 7. ubi vulgo εὐθίκτως τε πρὸς τὰ λεχθέντα ἀποκρίνασθαι ediderunt, εὐθήκτως habet Vindobonensis codex, *acute ad ea, quae dicta sunt, respondere.*

Verf. 8. *Verf.* 8. ἄρψτε correxit Casaub. Mendose ἄρψται ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* ἄγειν λάφυρον ἀπὸ λαφύρου. — „Fateor, ait REISKIVS, me non intelligere, quid sit *capere spolium a spolio*, vel *praedam a praeda.* Ex interpretatione subjecta [cap. seq.] conjicerem legendum esse ἄγειν λάφυρον ἀπ' ἀλαφύρου, *praedam agere ab impraedabili*, h. e. ex eo agro, & ex ea parte, quae per jura divina & humana deberet ipsis sacra & sancta esse atque inviolabilis; nisi pari modo altera dictio insequens, Αἰτωλίαν ἐκ τῆς Αἰτωλίας αἴρειν, superiorem confirmaret; quamquam, quid sit

tollere

tollere Aetoliam ex Aetolia non intelligo. Intelligerem, si dixisset Αἰτωλίαν ἐξ Ἑλλάδος ἀρεῖν, *prius se passuros, Aetoliam e Græcia eximi & tolli.* Quod si ergo necesse est, ut sententia bona insit illi dictioni λάφυρον ἀπὸ λαφύρου ἄγειν, oportebit λάφυρον primo loco significare id quod vulgo solet, *prædam*; posteriore, *rem unde præda agitur*, agrum aut civitatem quæ expiletur. Erit itaque sententia, *prædam agere ab eo qui habeat quod ei eripi possit.*" — Hæc ille. — Proverbiale fuisse dicendi genus, *prædam a præda agere*; satis adparet, Aetolis usitatum, & ab ipsis fortasse inventum, cujus hæc erat sententia, *prædam agere unde agitur.* Dicebant nempe, ut quidem intelligitur ex eis quæ mox subjiciuntur, Aetoli: *Si hi, qui sunt nostri amici, ex illorum agro, qui pariter sunt amici nostri, prædam agunt; quidni & nos cum eis prædam agemus, atque adeo partem prædæ in nostros usus convertemus? Quandoquidem ita est, ut præda ex hoc agro agatur; satius est, ut pars prædæ nobis cedat, quam ut omnia cedant aliis.* Dictio illa *Aetoliam ex Aetolia tollere* non ita mira videri debuit Reiskio: simili loquendi formula Cicero *hominem ex homine exuere* dixit. *Aetoliam ex Aetolia prius ablaturos se* dixerunt, id est, *Aetoliam prius deletam velle*, vel, *malle se, Aetolos non amplius esse Aetolos, quam istam legem tolli.* Vers. 8.

CAPUT V. Cap. V.

Vers. 1. διασαφεῖν. διασαφῶν ed. 1. temere & invitis msstis. Vers. 1.

Vers. 2. καὶ παρεῖναι ἀμφοτέροις τοῖς πολεμοῦσι, καὶ τὴν χώραν ἄγειν τῶν ἀμφοτέρων. Mssti libri ad unum omnes sic dant: καὶ παρ' ἀμφοτέροις τοῖς πολεμοῦσι, καὶ τὴν χωρ. &c. Editio 1. sic: καὶ παρ' τοῖς ἀμφοτέροις πολεμοῦσι, καὶ τὴν χωρ. &c. Casaubonus & sequentes: καὶ παρ' ἀμφοτέροις πολεμοῦσι, τὴν χωρ. &c. Forte Polybius sic scripserat: καὶ παρ' ἀμφοτέροις τοῖς πολεμοῦσι πολεμεῖν, καὶ τὴν χωρ. &c. Livius; *ut adversus socios ipsi suos,* Vers. 2.

suos, publica tantum auctoritate demta, juventutem suam militare sinant, & contrariæ persæpe acies in utraque parte Aetolica auxilia habeant.

Verf. 4. *Verf.* 4. νῦν εἰ Φίλος ὑπάρχων. Sic bene Casaub. ex ingenio. νυνὶ Φίλος ed. 1. cum msstis, νυνὶ Φίλους Vrb. — *Ibid.* Προυσίου δὲ σύμμαχος. Plus est σύμμαχος, *socius*, quam Φίλος, *amicus*. Sic & apud Romanos; ut notavimus ad Appiani Eclog. XIII. de rebus Gallicis. Confer Liv. XLV, 25. — *Ibid.* τοῖς αὑτοῦ συμμάχοις. Sic scripsimus cum Aug. & putamus sic & alii codices. αὐτοῦ edd. Est autem αὑτοῦ (per ellipsin pronominis possessivi primæ personæ) idem ac ἐμαυτοῦ, ut sæpe aliâs.

Verf. 5. *Verf.* 5. Μακεδόνας prætulimus, quod dedit Aug. Ceteri vulgo Μακεδόνα.

Verf. 7. *Verf.* 7. ποίας δὲ κελεύετε. Refertur hoc verbum, ut monuit Reiskius, ad nominativos οἱ ποιοῦντες, καὶ κελεύοντες, qui præcesserant verf. 5. Possis ποίας δὴ suspicari, sed & δὲ bene habet, *ecqua vero, ecqua tandem*; præsertim post parenthesin.

Verf. 8. *Verf.* 8. τὸ γὰρ τῶν Ἀγραῶν ἔθνος. Ex *Polybii libro decimo octavo*, ut monuimus ad hujus libri initium, verba hæc citavit Stephanus Byz. ad voc. Ἀγρίαι, ita quidem ut Ἀγραίων apud Stephanum vulgo legatur; sed quod si consideraveris, quod Berkelius monuit, in veteribus Stephani editionibus & in msstis codicibus non legi παρὰ Πολυβίῳ δὲ διὰ τοῦ αι, sed διὰ τοῦ α, probabile fit, apud eumdem pariter non Ἀγραίων, sed Ἀγραῶν scriptum oportuisse, sive hoc a primo casu Ἀγραοὶ sit, sive ab οἱ Ἀγράαι, sive ab Ἀγραεῖς. confer eumdem Steph. in Ἀγραῖοι. Eamdem formam in genit. plur. Ἀγραῶν exhibent codices Thucydidis II. 102. ὁ γὰρ Ἀχελῷος ποταμὸς ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους διὰ Δολοπίας καὶ Ἀγραῶν καὶ Ἀμφιλόχων &c. quamquam apud Strabonem, eadem fere verba lib. X. p. 449 sq. repetentem, Ἀγραίων vulgo scripserunt, ediderunt certe; quod usitatius utique est nomen, & aliâs Thucydidi Straboniquе frequentatum.

Agræos

Agræos iſtos ſive *Agraos* in *Græcos* mutarunt codices Liviani, XXXII. 34. Ceterum Stephanum ſi audias, putares eoſdem *Agraos* vel *Agræos* a Polybio hic dici, qui aliâs *Agrianes* vocantur: quod plane contra eſt. *Agræi* Aetolicus ſunt populus; *Agrianes* Thracicus vel Pannonicus, longe ab illis ad ſeptemtrionem remotus, ad Strymonen fluvium habitans, ut Thucydides docet II. 96. & Strabo in Excerptis ex fine libri VII. p. 331. Verſ. 8.

Ibid. τὸ τῶν Ἀποδοτῶν. In hoc nomine nil variant libri noſtri. Ἀποδωτοὶ per ω ediderunt apud Stephanum Byz. & Ἀπόδωτι apud Thucyd. III. 94. ubi tamen alii etiam ο breve habent. Confer quæ ibi Dukerus notavit.

Verſ. 9. ἢ τούτων μὲν παραχωρεῖτε μοί; — „Prodit hoc μὲν, alterum membrum, in quo δὲ fuit olim, deſiderari: ex. c. τῆς δ' ἄλλης Ἑλλάδος φθονεῖτε." REISKIVS. — Nobis vero particula μὲν, ſicut Latinorum *quidem*, non neceſſario requirere ſequentem δὲ videtur: & percommode tacetur & in mente retinetur alterum membrum. Etiam paulo ante in illis verbis, ὥστε παρὰ μὲν τοῖς Αἰτωλοῖς (verſ. 3.) μὲν habuimus, nulla ſequente particula adverſativa; nam ἀλλὰ, quod ibi ſequitur, non ad μὲν refertur. Sed nimirum ibi ſuſpecta Reiſkio illa particula fuerat; qui παρὰ μόνοις Αἰτωλοῖς malebat; at id quidem citra neceſſitatem: conf. c. 2, 6. Ad totum vero hoc Philippi reſponſum hæc præterea notavit idem REISKIVS: „Ridiculum hujus orationis in eo fuit: primum, quod Philippus per cavillatoriam interrogationem Aetolos affirmat ſibi cedere has regiones, quas priuſquam amitterent, vitam citius erant ipſam miſſuri: deinde, quod Aetoli audebant, Philippo ceteris urbibus græcis ut excederet imperare, quod eas per vim & cepiſſet & teneret, qui ipſi nollent Amphilochis, Apodotis & Agræis libertatem reddere, quos eodem jure in poteſtate haberent, atque Philippus Græcos: tertio, quod pro Græcis loquerentur, & eorum cauſam agerent, qui ne ipſi quidem Græci eſſent." Verſ. 9.

CAPVT

Cap. VI.

CAPVT VI.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἐν μὲν ἴσῳ κριτῇ. ἐν ἴσῳ κριτηρίῳ dixerat XVI. 27, 2.

Verf. 6. *Verf.* 6. τῶν τιμῶν τῶν ἀπηντ. recte Cafaub. cum Aug. * τῶν τιμώντων ἀπηντ. ed. 1. cum ceteris.

Verf. 8. *Verf.* 8. τοῦ Κορίνθου. Conf. ad IV. 67, 8.

Cap. VII.

CAPVT VII.

Verf. 1. *Verf.* 1. τὸν λόγον. τὸν deeft ed. 1. invitis msstis. — *Ibid.* ἐπέκτηται merito correxit Cafaub. ἀπέκτηται ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* καὶ τόπων. Corrupte καὶ τότων Aug. Hinc καὶ τῶν ἐν τοῖς Reg. F. G. Vef.

Verf. 2. *Verf.* 2. Ἀρίσταινος. Vide notata ad cap. 1, 4.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἤδη δὲ τῆς ὥρας συγκλειούσης. Vide ad cap. 9, 2. — *Ibid.* τούτων λόγος. Perperam τούτων λόγοις ed. 1. cum Reg. F. G. Vef. — *Ibid.* δοῦναι πάντας. Sic ed. 1. confentientibus msstis, recte. conf. verf. 7. πάντα edidit Cafaub. nefcimus confilio ne, an cafu; idque propagatum in ceteras editiones.

Verf. 4. *Verf.* 4. οὐκ ἔχειν μεθ' ὧν βουλεύεται. βουλεύεται in indicativo modo cum ed. 1. agnofcunt codices omnes; nec aliud pofcit ufus græci fermonis. Temere βουλεύηται Cafaub. & feqq. cum Vrfino. μεθ' ὧν recte ex Vrb. recepit idem Cafaub. & fic Tub. & Vrfini codex, nec ex Med. adfertur difcrepantia. Mendofe μεθ' ὃν Aug. Reg. F. G. Vef. Hinc μεθ' οὗ ed. 1. — *Ibid.* βούλεσθαι δὲ διελθών. Haud abfurde fane ftatuere cum Cafaubono licet, verbum βουλεύεσθαι ob fimile verbi præcedentis initium intercidiffe. Sed quod δὲ ἐλθών idem fcripfit, non placet: nulla enim vis h. l. verbo ἐλθών, id eft, *veniens*, ineffe poteft. διελθὼν intelligi poterit, *perlegens*, *relegens*, *oculis ac mente percurrens.* Sic etiam Græci dicunt διελθεῖν πρὸς ἑαυτὸν, *fecum reputare*, *animo verfare:* fed hoc quidem deinde feparata dictione αὐτῷ λόγον δοῦναι exprimit Polybius, quæ id ipfum fonat *fecum reputare;* cujus dictionis vim non capiens fcriba codicis Reg. G. fua auctoritate

vocab.

vocab. πάντας adjecit, αὐτῷ λόγον δοῦναι πάντας. Si cui Reiſkii potior videbitur ratio, δι' ὃ vel δι' ἃ θέλειν αὐτῷ λόγον δοῦναι, non magnopere cum eo nos quidem contendemus. Verſ. 4.

Verſ. 5. μὴ βουλόμενος δὲ &c. Cum ſic edidiſſet Caſaubonus: μὴ βουλόμενος δὲ τοῖς ἄλλοις μηδὲν εἰπεῖν δοκεῖν, ἀντέσκωψε τὸν Φίλιππον, εἰπὼν οὕτως· Εἰκότως, ἔφη, Φίλιππε μόνος εἶ νῦν· ad hæc REISKIVS ſic commentatus eſt: „Pro tribus verbis, μηδὲν εἰπεῖν δοκεῖν, eſt in Herwag. & Aug. μὴ δοκεῖν. Vnde colligo, Polybium dediſſe: μὴ δοκεῖν ἀντισκώψαι τὸν Φίλιππον, εἶπεν οὕτως. Εἰκότως ἔφης, Φίλιππε, μόνος εἶναι νῦν. *Ne videretur aliis, facetia dicterii Philippum inultum dimiſiſſe, ſic ait: Recte ais, Philippe, ſolum te nunc eſſe.*" — Cum Caſauboni exemplo conſentiunt msſti, niſi quod pro μηδὲν εἰπεῖν δοκεῖν non ſolum ed. 1. & Aug. ſed & ceteri omnes codices μὴ δοκεῖν dant, & verbum εἰπεῖν ignorant. Iam in poſterioribus verbis merito nos Reiſkii emendationem adoptaſſe, (ἔφης, pro ἔφη, & εἶναι pro εἶ) facile, putamus, omnes largientur: niſi forte *delendam particulam* νῦν cenſeat aliquis, & εἶ νῦν ex εἶναι corruptum ſtatuat, quod facile concesſerimus. Sed in eis quæ præcedunt, veremur, ne utraque ratio, tam Reiſkii, quam Caſauboni, & per ſe non ſatis placere poſſit, & nimis a librorum ſcriptura videatur recedere. Ac veriſſima fortaſſe fuerit Vrſini emendatio, qui, ceteroquin ſcripturam codicum tenens, particulam μὴ ante δοκεῖν deletam voluit, ut ſit: μὴ βουλόμενος δὲ τοῖς ἄλλοις δοκεῖν, ἀντέσκωψε τὸν Φίλ. εἰπὼν οὕτως, id eſt: *nolens autem aliis videri* (ſcilicet, *libenter audire Philippum, illos facete ludentem*) *viciſſim & ipſe in illum jocatus eſt, dicens* &c. Verſ. 5.

Verſ. 6. ὑμβουλεύσοντας. συμβουλεύσαντας ed. Erneſt. refragantibus msſtis, & præter neceſſitatem. — *Ibid.* Σαρδόνιον. σαρδάνιον Vrb. non male. Vide Homeri interpretes ad Odyſſ. XX. 301 ſeq. & Eraſmi Chiliades. Verſ. 6.

Vers. 8. *Vers.* 8. Post τόπον satis erat *comma* ponere, ut est in aliis editionibus. — *Ibid.* ἐν ᾧ πάντες ἦσαν, πάντες μὲν παρῆσαν aut ὁμοῦ ἦσαν malebat Reiskius.

Cap. VIII.

CAPVT VIII.

Vers. 2. *Vers.* 2. ἀπορίαν. ἀπορείαν ed. 1. Reg. F. G. Ves. Et mox δυσχρηστείαν Reg. G. — *Ibid.* ἐκκλεῖσαι cum Vrsino correxit Casaub. Mendose ἐκκλίσαι ed. 1. Aug. Reg. F. G. Vesont. sed in hoc ab eadem manu superscriptum ει. (Nescimus quid habeant Vrb. Med. Tub. e quibus nil notatum.) In Fragm. hist. XLIII. ex Polybio citatur: ἐπεὶ τὸν Φίλιππον ἐκκλείουσιν οἱ καιροί. Et Diodor. Sicul. XVIII. 3. ἐκκλεισθεὶς ὑπὸ τῶν καιρῶν.

Vers. 4. *Vers.* 4. ἵνα μὴ λόγοι λέγωνται. Speciem utique habet γένωνται, licet solus id det Med. Ceterum & alibi duo ista verba inter se permutata vidimus X. 47, 4. conf. ad I. 6, 2.

Vers. 6. *Vers.* 6. Ἄππιον Κλαύδιον, χιλίαρχον ὄντα τότε. — „τότε; *tunc:* nam postmodum prætor, & A. V. 569. consul est factus.“ REISK. — *Ibid.* ἀπὸ τῆς θαλάττ. ἀπὸ uni deest Reg. F.

Vers. 9. *Vers.* 9. Θήβας. Corrupte Θήδας ed. 1. Reg. F. Tub. — *Ibid.* ἀποδιδόναι. ἀποδοῦναι Reg. G. — *Ibid.* Ἰασσοῦ Casaub. & seqq. Vide ad XVI. 12, 1. — *Ibid.* τὸν Κόρινθον. τὴν Κόρινθ. ed. Gron. & Ern. invitis msstis & vett. edd.

Vers. 10. *Vers.* 10. τὰ κατὰ τὴν Ἑλλ. τὰ deest Reg. F. G. — *Ibid.* ὅσοι πάρεισι. Forsan περίεισι scripsit. Supra τοὺς διασωζομένους dixerat, c. 6, 3.

Cap. IX.

CAPVT IX.

Vers. 1. *Vers.* 1. δυσαρεστουμένων. δυσαρεστούντων ora ed. 1. & sic Aug. in contextu, male: sed vera lectio ibidem in marg. ab eadem manu.

Vers. 2. *Vers.* 2. διὰ τὸ καὶ τὴν ὥραν εἰς ὀψὲ συγκλείειν. συγκλείνειν Reg. F. G. Tub. & Vesont. ex emend. συγκλίνειν

Vrsin.

Vrfin. ex conject. ut putamus; fic vero & Vef. ex prima fcriptura: quod, quamquam nufquam aliâs ita ufurpatum id verbum reperiatur, tamen fpeciem habere aliquam videri poffit, accipiendo pro κλίνειν vel ἐγκλίνειν, nifi & aliâs verbum συγκλείειν fimili quadam ratione conftructum videremus; velut συγκλειόμενος ὑπὸ τῶν καιρῶν II. 60, 4. ἤδη τῆς ὥρας συγκλειούσης, fcil. αὐτοὺς, *hora* vel *tempore diei jam in arctum eos includente, jam premente, urgente,* XVII. 7, 3. Alias loquendi formas dabit Lexicon Polybianum. Igitur vis hujus dictionis, ἡ ὥρα εἰς ὀψὲ συγκλείει fcil. αὐτοὺς, hæc fere erit: *hora* vel *tempus diei concludit illos in feram vefperam,* id eft *cogit eos ut in feram vefperam rem trahant.* Verf. 2.

Verf. 4. τῶν γε δή. δὴ deeft Reg. G. — *Ibid.* συμβατικήν. συμβαντικὴν Reg. F. G. Tub. — *Ibid.* ἡ γ μ έ ν ω ν cum Vrfino correxit Cafaub. & proxime accedit Vrb. in quo eft ἡγμένων. Ceteri omnes ἡ γ η μ έ ν ω ν cum ed. 1. Verf. 4.

Verf. 8. ἐκποιεῖν, *licere.* Probum verbum, & aliâs frequentatum Polybio. conf. ad III. 36, 3. Temere in πρεσβεύειν mutatum voluit Vrfinus. Verf. 8.

Verf. 9. τῆς ἐκείνων γνώμης, *ad explorandam patrum voluntatem.* Conftructio ad fenfum, πρὸς τὸ σημαινόμενον, non ad literam, cum ἐκείνων referatur ad τὴν σύγκλητον. conf. ad c. 11, 2. — *Ibid.* τὸν ἐπιφερόμενον καιρὸν, *ingruentem tempeftatem,* nempe *hiemis rigorem.* conf. ad c. 1, 1. Adde cap. 11, 1. Verf. 9.

CAPVT X. Cap. X.

Verf. 1. συγκαταθεμένων. Mendofe συγκατεθεμένων ed. 1. Reg. F. & Vef. a pr. manu. Verf. 1.

Verf. 2. παρ᾽ αὐτῶν cum Scalig. correxit Cafaub. Perperam παρ᾽ αὐτῷ ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* κατηγορήσοντας Caf. cum Vrb. Aug. & Vrfin. κατηγορήσαντας ed. 1. Reg. F. G. Vefont. Verf. 2.

Verf. 3. *Verf.* 3. καθ' αὐτὸν Cafaub. Aug. Vef. κατ' αὐτὸν ed. 1. καθ' αὐτὸν Reg. F. G. — *Ibid.* πρόλημμα edd. Vrb. Aug. πρόβλημμα Reg. F. G. Tub. πρόβλημα Vef.

Verf. 5. *Verf.* 5. ἵνα κατὰ Cafaub. ex Vrfini conject. Corrupte εἶναι κατὰ ed. 1. cum msstis.

Verf. 6. *Verf.* 6. δι' αὐτοῦ ed. 1. cum msstis. δι' αὑτοῦ Cafaub. fua auctoritate.

Verf. 7. *Verf.* 7. εὐαγαγ. μὲν ὄντα Cafaub. cum Vrfin. μένοντα ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* τοῖς ἐκεῖ φίλοις cum Scalig. correxit Cafaub. Et dativum cafum requirebat verbum ἐξακολουθήσαντα. τοὺς ἐκεῖ φίλους ed. 1. cum msstis. — *Ibid.* Φαντασίαν δὲ ποιήσαντα. — „Livius ergo, feu fuo errore, feu librariorum culpa, difcedit a Polybio. Græcus, *additum legationi regem Amynandrum*, ait, *propter nominis regii fplendorem;* Romanus Romanos. Habet utriufque ratio probabilitatem, fed Polybii magis. Idem Livius etiam vocabulum ἀδελφιδοῦς vertit *fororis filius*, ex eoque repetit Cafaubonus: fed poteft pari modo *fratris filius* effe. Vtrum rectius fit, quamquam nil refert, eft tamen dubium: nam in hac re decernenda Livii auctoritas fatis magna & idonea non eft." REISKIVS. — Vide Livii interpretes ad XXXII. 36. extr. Quod vero cognationem adtinet familiarum Romanarum, non videmus cur conteftemur Livii auctoritatem, ubi nihil contra pugnat.

Verf. 8. *Verf.* 8. Μετὰ δὲ τοῦτον, *poft hunc.* Nil variant libri. Ex Livio quidem l. c. videri poffet μετὰ τούτου legendum, *cum hoc.* Sed Polybius fibi conftat. *Amynandrum*, inquit, ἐξέπεμπε παραχρῆμα, *ftatim mifit; poft hunc* ceteros. — *Ibid.* Φολούϊον. Sic efferre veteres Græci *Fulvii* nomen confuerunt.

Verf. 9. *Verf.* 9. Τριχωνιεύς. Τριγονεὺς, per gamma, ed. 1. invitis msstis. Ceterum de hujus nominis fcriptura conf. notata ad IV. 3, 5.

Ibid. Ἀρσινοεύς. — „Stephanus Byz. hac voce: τὸ ἐθνικὸν Ἀρσινοήτης, καὶ Ἀρσινοεὺς, ὡς Πολύβιος ἐννάτῳ. [Exhi-

[Exhibuimus IX. 45, 2.] Desideramus hodie noni libri locum illum, in quo nomen gentile ab Arsinoë, urbe Aetolica, ductum, quondam legebatur, si legebatur, neque ille error aut memoriæ Stephani aut librariorum ejus est. Conf. p. 1451, 37." REISKIVS. — Locus a Reiskio citatus, nobis est XXX. 14, 5. Adde IX. 45, 1. Verf. 9.

Verf. 10. Νικόμαχος Ἀκαρνάν· τῶν δ' ἐκ Θουρίου πεφευγότων, κατοικούντων δ' ἐν Ἀμβρακίᾳ. — „Videtur quidem Θυρίου scribendum esse. vide Interpp. ad Stephan. Byzant. voc. Θυρέα, & Constantini Cephalæ Antholog. Græc. carm. 730. Vt tamen judicium suspendam, facit locus ejusdem Stephani, [ibid.] ubi ait, Ἀνδροτίων δὲ Θούριός φησιν. Est hoc *Thyrium* Acarnaniæ oppidum. Quare cum post verba τῶν δ' ἐκ Θουρίου πεφευγότων hominis *Acarnanis* nomen sequi debeat, id autem non sequatur; (nam *Theodotus Pheræus* huc non pertinet, homo *Thessalus*, & e Thessalia exsul, tunc autem apud Stratios habitans; qui non potest idem & e Thessalia & ex Acarnania exsulare, & tamen in Acarnania idem rem habere familiarem, id quod tamen ex vulgata sequitur;) ex eo colligo, *punctum post* Ἀκαρνὰν *commate mutari*, & δὲ *in* τῶν δ' ἐκ Θουρίου *deleri oportere*, ut sententia sit: *Nicomachum illum natione quidem Acarnensem fuisse, oppido autem Thyriensem, & e Thyrio patria ab adversa factione ejectum.*" REISKIVS. — Nihil verius hac observatione doctissimi perspicacissimique viri, quam & manuscripti codices omnes cum ed. 1. consentientes confirmant, in quibus minus recte quidem punctum post Ἀκαρνὰν ponitur, sed particula δὲ ante ἐκ Θουρίου non comparet: ex quo cum intelligi deberet, id, quod & rationes a Reiskio expositæ docere poterant, nempe, verba τῶν ἐκ Θουρίου πεφευγότων, κατοικούντων δ' ἐν Ἀμβρακίᾳ, ad *Nicomachum Acarnanem* pertinere, & interposito puncto (quod etiam post Ἀμβρακίᾳ ponunt codices omnes cum ed. 1.) a sequentibus separanda esse; Casaubonus contra, ante ἐκ Θουρίου temere inserta particula δὲ, & puncto post Ἀμβρακίᾳ Verf. 10.

id

Verſ. 10. in comma mutato, pugnantia dicere fecit Polybium, & veſtigia ſimul veræ ſcripturæ atque ſententiæ auctoris prorſus obſcuravit. Quæ tamen non fefellerunt Reiſkii ſagacitatem: cujus monito cur non obtemperaverimus, præſertim cum conſentientes ob oculos haberemus veteres libros omnes, jam ipſi neſcimus. Det veniam errori æquus Lector, & græca ſic uti monitum eſt corrigat, pro latinis vero Caſaubonianis, quæ imprudentes tenuimus, hæc reponat: *Nicomachus Acarnan, ex eis qui Thurio aufugerant, & in Ambracia nunc habitabant.* De *Thyrio* vel *Thurio* conf. IV. 6, 2. & 25, 3. ibique notata.

Ibid. Ἀμβρακίᾳ. Ἀμπρακίᾳ Aug. Reg. F. G. Veſont. non male per ſe, ut docet Stephanus Byz. & (quem ibi laudavit Berkelius) Euſtathius ad Dionyſium; ſed contra Polybii uſum, cujus codices aliâs conſtanter in ſcripturam per literam β conſentiunt, vide IV. 61 & 63. — *Ibid.* ἐν Στρατῷ. Rectius ἐν Στράτῳ penacute, ut IV. 64, 2. V. 13, 10. V. 14, 1. & alibi: ſolent enim fere nomina propria, quæ aliâs appellativa ſunt, accentum mutare. Apud Stephanum Byz. tamen vulgo ſic edunt: Στρατὸς, πόλις Ἀκαρνανίας.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. Κηφισόδωρον correxit Caſaub. cum Scalig. Corrupte Κιφησόδωρον ed. 1. cum msstis. Vide omnino Pauſan. I. 36. p. 88 ſq.

Cap. XI.

CAPVT XI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. πρὸ τοῦ τὴν σύγκλητον διαλαβεῖν. Sic recte Caſaub. cum Vrſino. Mendoſe πρὸς & διαβαλεῖν ed. 1. conſentientibus msstis. Rurſus *Ibid.* πρότερον corrupte dabant codices cum ed. 1. quod idem Caſaubonus cum Vrſino in πότερον rectiſſime mutavit. Et ſicut fit, ubi ſemel halucinari coeperunt librarii, ut ibi mox cumulus accedat errorum, ſic vocabulum ὑπάτρυς ignorant libri noſtri Aug. Reg. F. G. Veſ. Tub. neſcimus an & alii: ſed illud quidem jam agnoſcebat prima editio; quod ibi ſi ex ingenio primi editoris poſitum eſt, commodius fortaſſe

ad

ad καθισταμένων adjectum fuiſſet ὑπάτων. At pro τὸν ἕτερον corrupte rurſus eadem ed. 1. cum msstis τῶν ἑτέρων dabat. Et hoc rurſus cum Vrſino correxit Caſaub. Ex codice Med. nullum illorum errorum notavit Gronovius: quod tamen non indicio eſt, omnia hic recte in illo codice legi, ſed parcum fuiſſe Gronovium in enotandis libri illius erroribus. Ceterum *Conſules*, quos hic dicit Polybius, ſunt *Q. Cornelius Cethegus, Q. Minucius Rufus*, creati in annum ab V. C. 557. vide Liv. XXXII. 28. Quare videri poteſt, in rebus hujus anni hæc narrata a Polybio eſſe. conf. ad cap. 1, 1. & ad init. cap. 24. lib. XVI. Verſ. 1.

Verſ. 2. τῶν Τίτου Φίλων. τῶν τοῦ Τίτου Φίλων ſolus Aug. — *Ibid.* μένειν. — „μένειν eſt idem h. l. atque μένειν ἐᾶν.“ REISKIVS. — Quod quonam modo dixerit Reiſkius, non ſatis intelligimus: intelligeremus, ſi eſſet πεπεισμένων δὲ διὰ τῶν Τίτου Φίλων, ut pluralis πεπεισμένων ad nomen collectivum τὴν σύγκλητον referretur, eadem ratione quam cap. 9, 9. vidimus; ut ſententia eſſet, *poſtquam per amicos Titi perſuaſi adductique patres eſſent, ut ambos conſules in Italia manere juberent.* Atque, ita fortaſſe ſcriptum reliquiſſe Polybium, probabile fiet connexionem narrationis expendentibus & cum Liv. XXXII. 28. conferentibus. — *Ibid.* διὰ τὸν ἀπὸ τῶν Κελτῶν φόβον. vide Liv. ibid. cap. 29 ſqq. Verſ. 2.

Verſ. 4. τοῦ Κορίνθου. τῆς Κορίνθου ed. Gron. & Ern. temere & invitis msstis. — *Ibid.* τοὺς Ἕλληνας. Vocab. Ἕλληνας perperam deeſt ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Tub. Adjecit Caſaub. cum Vrb. Aug. & Vrſin. — *Ibid.* ἔννοιαν λαβεῖν. Vide Adn. ad IX. 24, 7. adde cap. 14, 6. Verſ. 4.

Verſ. 5. ὃ γὰρ αὐτός. Cum vulgo eſſet ὁ abſque accentu in impreſſis ſcriptisque, & deinde connecterentur verba εἶπε τοῦτο, poſito poſt τοῦτο commate; perſpecte REISKIVS monuit, ὃ cum gravi eſſe ſcribendum, & comma ante τοῦτο collocandum, ut ſententia ſit: *quod Philippus dixiſſet, id vel maxime verum eſſe.* — *Ibid.* Pro εἶπε perperam εἴτε eſt in Aug. Reg. F. G. & Veſont. ſed in Verſ. 5.

 hoc

Vers. 5. hoc a prima manu recte εἶπε fuerat. — *Ibid.* πέδας Ἑλληνικάς. Commodius videri poterat πέδας τῆς Ἑλλάδος, ut est apud Strabon. IX. p. 428. & Appian. Eclog. 6. de rebus Maced. T. I. nostræ edit. p. 511. Sic Livius XXXII, 37. *compedes Græciæ.* Sed πέδας Ἑλληνικὰς rursus dicit Noster XVIII. 28, 6.

Vers. 6. *Vers.* 6. ἀναπνεῦσαι. ἀναπλεῦσαι ed. 1. Med. mendose. conf. c. 14, 6. — *Ibid.* ἐγκαθημένης. ἐγκαθιμένης ed. 1. Reg. F. Ves. Hinc ἐγκαθισταμένης Reg. G. quod inter lineas scriptum in Ves. — *Ibid.* Βοιωτούς. Βοιωτικοὺς Reg. F. Tub.

Vers. 7. *Vers.* 7. ἐναύσασθαι. Suidas ἐναύσασθαι· ἐξάψασθαι. id est, *incendere.* Sic πῦρ ἐναύειν habemus apud Polyb. IX. 40, 5. Sed hæc non sunt hujus loci. Si probum hic est verbum ἐναύσασθαι, derivandum fuerit ab αὔω, quatenus idem atque ἄω, ἀέω & ἄημι significat, vertendumque vel cum Ernesto in Lexico Polyb. *adspirare ad libertatem*, vel potius *inspirare, spirare libertatem;* cum quo convenit ἀναπνεῦσαι, quod paulo ante posuit, *respirare, libere spirare.* Sed genitivus casus τῆς ἐλευθερίας videtur aliud verbum requirere; quare ἐγγεύσασθαι suspicati sumus, quod habuimus VII. 13, 6. Idque Casauboni animo obversatum fuisse videtur, cum verba ista sic verteret, *vel levem saltem gustum aliquem libertatis posse unquam percipere.*

Vers. 8. *Vers.* 8. ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ. εἰ δ' ἂν ἡμ. ed. 1. temere & contra codicum fidem.

Vers. 10. *Vers.* 10. ἠνῦσθαι cum Vrsino scripsimus, qui ita *ex manuscripto libro* corrigendum ait, qui habet ἠρῦσθαι. Casaubonus mutato accentu ἠνύσθαι scripserat, quod tenuerunt posteriores editores. Sicut vero τὸν πόλεμον ἀνῃρηκέναι Polybius dixit IX. 11, 2. *sustulisse*, id est *confecisse bellum;* sic percommodum h. l. foret ἀνῃρῆσθαι. Vide notata ad prædictum locum, & ad XI. 5, 6. Rursus ad eamdem phrasin, ἀναιρεῖν τὸν πόλεμον, respicitur XVII. 3, 8.

Ibid.

Ibid. τῶν τε Μακεδόνων προητ]ημένων δὶς ἤδη, καὶ κατὰ γῆν πλείστων &c. Vulgatum merito defendit GRONOVIVS: „Interpretandum, inquit, *bis ante devictis Macedonibus, & plerisque terrestribus commeatibus absumtis.* Intelligunt Græci clades ad Apolloniam & in Dassaretiis Philippo datas; quas & Florus respicit, [lib. II. c. 7.] dicens: *bis victus rex, bis fugatus.* Vide infra, hoc libro cap. 19. [nobis XVIII. 6, 3 sq. Adde Liv. XXXI. 39. & XXXII. 12.] Qui aliter interpretantur, aut male censuerunt supplendum corrigendumque auctorem, aut alienam ei induunt sententiam." — Vers. 10.

Vers. 13. ἐρωτηθέντες γάρ. γὰρ deest Reg. F. G. Tub. Vers. 13.

CAPVT XII. Cap. XII.

Vers. 1. κατάμονον εἶναι. Sic XX. 10, 17. κατάμονος αὖθις ὁ πόλεμος ἐγεγόνει τοῖς Αἰτωλοῖς, postquam pariter, ut nunc, intercesserant induciæ. Vers. 1.

Vers. 2. ἐγεγόνει Τίτῳ πάντα κατὰ νοῦν &c. Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem capitis, Lexico suo inseruit Suidas, art. Τίτος, στρατηγὸς Ῥωμαίων. Vers. 2.

Vers. 5. καίτοι καὶ νέος ἦν. Sic libri nostri omnes, scripti cum editis; & potest καὶ ante νέος cum per se stare haud incommode, tum referri ad καὶ πρῶτος quod sequitur. Sed Valesius ex codice Peiresciano, (qui hæc pariter inter Excerpta de Virt. & Vitiis habuit) καί τοι γε citat, idque haud dubie præferendum vulgatæ censuit: & sic habet etiam Suidas l. c. — *Ibid.* τῶν τριάκοντα. Solet in hujusmodi connexione articulus adjici ad nomina numeralia. Omisit τῶν Suidas, minus recte. Vers. 5.

CAPVT XIII. Cap. XIII.

Vers. 1. Ἐμοί γε πολλάκις &c. Ponendam hoc loco fuisse eclogam hanc Valesianam, docet series Excerptorum Antiquorum, quorum cap. 13. convenit cum extrema parte hujus eclogæ. vide cap. 15, 15. nostræ editionis. Fecit autem hanc digressionem Polybius occasione *Aristæ*- Vers. 1.

Verf. 1. *ni*, quem *proditionis* incufabant nonnulli, (ut fignificat fcriptor nofter verf. 8.) *quod Achæos a Philippi focietate ad Romanorum amicitiam traduxiffet.* conf. Liv. XXXII. 32. & notata ad Polyb. XVI. 1, 4. Adde quæ notamus infra ad cap. 15, 6. Vulgo ex codice Peirefciano Eclogæ hujus hoc faciunt initium: Ὅτι φησὶν ὁ Πολύβιος περὶ προδοτῶν· Ἐμοὶ ἔσται πολλάκις &c. Nos priora verba, quæ a compilatore adjecta funt, refecuimus. Ad verbum ἔσται hæc notavit VALESIUS: „In ms. erat ἔστε, corrupte utrumque. Melius forfan Ἐμοὶ δὲ πολλάκις." — Perfpecte Reifkius ἐμοί γε corrigere juffit. Sufpicamur nos quidem, in codice fic fcriptum fuiffe, ἐμοί ϛε, ex ἐμοὶ ΓΕ corruptum: fæpe enim in manufcriptis codicibus figuram illam ϛ, quæ στ valet, perfimilem literæ Γ vidimus.

Verf. 3. *Verf.* 3. δυσθεώρητον ὁ τόπος &c. Hæc, & quæ fequuntur, ufque verf. 6. ταῖς ἰδίαις πατρίσιν, tum rurfus a cap. 15, 2-5. habet etiam Suidas in Προδότας. — *Ibid.* δυσπαράγραφον. — „*vix certis finibus circumfcribendum; quod ægre patitur idonea & certa definitione comprehendi.*" REISKIUS. — *Ibid.* προδότην δεῖ νομίζειν. χρὴ προδ. νομ. Suidas l. c.

Verf. 4. *Verf.* 4. οὐδὲ τοὺς ἐξ ἀκεραίου συμπειθομένους τῶν ἀνδρων. Idem eft, ac fi dixiffet συμπειθομένους ἄνδρας. conf. c. 15, 2. Locum hunc ufque ad verf. 6. repetiit etiam Suidas in Ἐξ ἀκεραίου, ubi mox κοινωνίαν πραγμάτων legit, ut erat in cod. Peirefciano, non κοινωνεῖν, ut edidit Valefius cum eodem Suida in Προδότας. Et fane fi tenemus verbum συμπειθομένους, oportebit κοινωνεῖν. Sed incommodum ipfum illud verbum videtur, quoniam non tam τοὺς συμπειθομένους, *qui perfuadere fibi patiuntur*, quam τοὺς συμπείθοντας, *qui perfuadent aliis, qui inducunt cives fuos, ut focietatem cum regibus ineant*, pro *proditoribus* haberi confentaneum eft. Quare non alieni fumus, ut cum Gronovio (in Notis ad Fragmenta Polybii a Valefio collecta, num. XXXVI.) & cum Reifkio, probemus κοινωνίαν, fimul vero συντιθεμένους fcribendum

dum pro συμπειθομένους censeamus, *qui societatem contrahunt.*

Verf. 5. κατὰ τὰς περιστάσεις. Sic Suidas in Ἐξ ἀκεραίου. κατὰ περίστασιν idem in Προδότας. Vulgo κατὰ περιστάσεις ex cod. Peiresc. — *Ibid.* ἀπό τινων ὑποκειμένων. — „Subaudi φιλιῶν καὶ συμμαχιῶν." REISKIVS. — Possit vero etiam in neutro genere intelligi, quemadmodum persæpe τὰ ὑποκείμενα (scil. πράγματα) dicit. Verf. 5.

Verf. 6. τῶν μεγίστων. Sic Suidas utrobique. Verf. 6.

Verf. 8. Ἀρίσταινος. Vide Adnot. ad XVII. 1, 4. Verf. 8.

Verf. 9. αὐξήσεως. καὶ αὐξήσεως malimus cum Reiskio, quod certe Polybii stylo convenientius est. — *Ibid.* κἀκεῖνο τὸ διαβούλιον. — „Melius legeretur κατ' ἐκεῖνο τὸ διαβούλιον." VALESIVS. — „Servo κἀκεῖνο. Sequens αἴτιος accommodat genus digniori." REISKIVS. Verf. 9.

CAPVT XIV. Cap. XIV.

Verf. 1. ᾗ καὶ Δημοσθένην. ᾗ correximus, cum perperam vulgo ἢ edidissent. Recte tamen jam Valesius in latina versione *quare* posuerat. Designat autem Polybius (ut Valesius Reiskiusque monuerunt) Demosthenis locum in orat. pro Corona, p. 188. edit. Paris. (ed. Reisk. T. I. p. 324.) Verf. 1.

Verf. 2. Εὐκαμπίδαν. Hoc ne rectius sit, an, quod apud Demosthenem vulgo legitur, Εὐκαλπίδαν, non audere se pronunciare ait Reiskius. Sed quum non solum ibi unus e codd. Parisinis, & unus ex Augustanis (teste eodem Reiskio, in Demosth. T. III, p. 648.) sed & Pausanias lib. VIII. p. 654. in Εὐκαμπίδας consentiant, præferenda utique hæc lectio videtur, quæ repetitur etiam mox vers. 12. Verf. 2.

Verf. 3. Μνασίαν. Μνασέαν lege ex Demosthene; quæ forma, ut etiam Reiskius monuit, haud dubie est correctior. Verf. 3.

Verf. 4. Τιμόλαν. — „Demosthenes Τιμόλαον vocat; de cujus luxu atque ingluvie multa dixerat Theopompus lib. XLV. Philippic. teste Athenæo." VALESIVS. — Perinde Verf. 4.

inde est (ait REISKIVS) in λᾶς, an in λαος exeat hoc nomen."

Verf. 6. *Verf.* 6. Οὗτοι γὰρ ἐπισπασάμενοι Φίλιππον εἰς Πελοπόννησον. conf. IX. 33, 8 sq.

Verf. 8. *Verf.* 8. ἐνεργεῖν. Nil opus erat, ut verbum hoc suspectum haberet Reiskius. vide III. 9, 5. IX. 12, 3. &c.

Verf. 11. *Verf.* 11. προδότας ἀποκαλεῖν. Repete δεῖν ex superioribus, & ad ἀποκαλεῖν intellige τινὰ vel ἕκαστον, quo fit ut idem valeat ac ἀποκαλεῖσθαι δεῖν, de quo genere diximus ad I. 4, 1. Tom. V. p. 136 sq. tum ad I. 37. 1. & passim aliâs.

Verf. 13. *Verf.* 13. τὸ τέλος ἀπέβη, τὸ πεῖραν λαβεῖν. Iudicaverat Reiskius, oportere ἐς τὸ πεῖραν λαβεῖν. Sed nil necesse est: commode per adpositionem illa copulantur, τὸ τέλος, τὸ πεῖραν λαβεῖν &c. — *Ibid.* Χαιρωνείαν. Sic quidem editiones omnes. Rectius vero Χαιρώνειαν rescripseris.

Verf. 14. *Verf.* 14. εἰ δὲ μὴ διὰ &c. Satis nota loquendi formula; quæ, ut Reiskius monuit, ita intelligi potest, εἰ δὲ μὴ γέγονεν, ὃ γέγονε, διὰ τὴν τοῦ βασ. μεγαλοψυχίαν.

Cap. XV. CAPVT XV.

Verf. 2. *Verf.* 2. κατὰ τὰς ὁλοσχερεῖς περιστάσεις, *iis temporibus, quibus de summa rerum agitur, quibus summa rerum periclitatur.* Vocabulum hac notione familiare Polybio, ὁλοσχερής, cum δυσχερεῖς περιστ. h. l. commutatum nolimus, quod ei substituit Suidas in Προδότας.

Verf. 4. *Verf.* 4. μετρίως. — „μέτριος ἄν τις, *justus & bonus, aut æquus judex.*" REISKIVS. — Imo recte μετρίως, id est, *commode, idonee, probabiliter, merito,* ut IX. 20, 5. adde I. 4, 7.

Verf. 5. *Verf.* 5. τὰ δ' ἐναντία. οὐ δ' ἐναντία Suidas, male.

Verf. 6. *Verf.* 6. ἢ καὶ θαυμάζειν. Rursus mendose vulgo ἢ καὶ, ut cap. 14, 1. Hoc loco de corrigenda menda monuit Reiskius. — *Ibid.* ἀτυχίαν, *flagitium, scelus.* vide Adnot. ad V, 67, 4. *Miror,* ait, *quid spectantes, aut*

quibus

quibus rationibus adducti, homines in hoc flagitium ruant; Verſ. 6.
nempe, *ut patriæ fiant proditores.* Hanc eſſe auctoris ſententiam, cum antecedentia & conſequentia probant, tum ille uſus vocabuli ἀτύχημα & ἀτυχία, quem l. c. expoſuimus. Ad quem uſum non advertens animum Valeſius, verba iſta ὁρμῶσι πρὸς τὴν τοιαύτην ἀτυχίαν ſic vertit, *in eam calamitatem præcipites feruntur;* quaſi de eis nunc ageretur, *qui proditione aliorum in calamitatem incidunt.* De his, qui per proditores in calamitatem ſe conjici imprudentes patiuntur, alio dixerat loco, nempe XV. 21, 3 ſqq. ubi quidem eodem vocabulo ἀτυχία uſus eſt verſ. 5. Sed hoc loco utique alia ratio eſſe videtur. Ceterum in eadem cum Valeſio ſententia fuiſſe REISKIVS videtur, cum ad illa verba πρὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον hæc adnotavit: „Haec verba videntur ſignificare, diſputationem hanc inſtitutam eſſe *per occaſionem narrationis de aliquo oppido, Philippo prodito;* non autem, quod paulo ante ſuſpicabar, *invitante commemoratione defectionis Achæorum a Philippo:* cui ſuſpicioni etiam hoc (ne quid diſſimulem) obſtat, quod p. 1421, 10. [XVII. 13, 8.] τότε ait; quod admonet, non eo in loco, ſed alio quodam ſuperiori, de animo Achæorum a Philippo alienato et ad Romanos converſo eſſe expoſitum." — Immo vero illud ipſum τότε, de quo Reiſkius dicit, nobis indicare viſum eſt, *Ariſtæni illud inſtitutum, quo Achæos a Philippi partibus ad partem Romanorum,* (quos pro *barbaris* Græci vulgo habebant) *traxerat,* occaſionem præbuiſſe Polybio, digreſſionem hanc *de Proditoribus* faciendi, et totum hunc locum (ut ſolet, ubi in aliquod argumentum paulo notabilius incidit) copioſe tractandi, quoniam nempe ob eam cauſam, *proditorem eſſe Ariſtænum,* multi ex Achæis clamarunt.

Verſ. 9. διὰ τὸ συμφέρον. — „Forte διὰ τὸ συμφέρον Verſ. 9.
ὡς φίλῳ, ob ſequentia χρῶνται λοιπὸν ὡς προδότῃ. Subjicit hoc quoque Demoſthenis locus, cujus ſententiam verbis ſuis Polybius hic exprimit; qui locus Demoſthenis legitur p. 145. [ed. Pariſ. Morini, in orat. pro Corona,

T. I. p. 241.] οὐδεὶς χρῆται τῷ προδότῃ συμβούλῳ &c." REISKIVS. — ὡς Φίλοις, non ὡς Φίλῳ, fcribere voluerat, debuerat certe, Reifkius; quemadmodum etiam mox προδότοις in plurali numero, non προδότῃ, Polybius fcripfit. Sed ifto quidem adjumento nihil opus effe videtur.

Ibid. κατὰ τὸν Δημοσθένην. — „Verba maximi oratoris ex orat. illa pro Ctefiphonte [loc. cit.] funt hæc: Οὐδεὶς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ τοῦ προδιδόντος συμφέρον ζητῶν, χρήματα ἀναλίσκει· οὐδ', ἐπειδὰν ὧν ἂν πρίηται κύριος γένηται, τῷ προδότῃ συμβούλῳ περὶ τῶν λοιπῶν ἔτι χρῆται. οὐδὲν γὰρ ἦν ἂν εὐδαιμονέστερον προδότου. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. et cetera, admirabili elegantia." VALESIVS.

Verf. 15. *Verf.* 15. τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος &c. Totum hunc locum habet etiam Suidas in Ἄνθρωπος, et partem ejufdem habet idem in Δεδοξοποιημένον. — *Ibid.* φαυλότατον. Perperam φαυλοτάτου. Suidas.

Verf. 16. *Verf.* 16. καὶ πρὸς δεδοξοποιημένον, *et infuper opinione gubernatum*, vel, *variis opinionibus ductum*: — „*non tantum a naturæ impulfibus actum*, ait REISKIVS, *fed præterea quoque ridiculis abfurdisque opinionibus præjudicatis et erroribus obfeffum*." — Separavimus duo verba πρὸς et δεδοξοπ. ficut habet vetus editio Mediolanenfis Suidæ, in Ἄνθρωπος. Apud eumdem Suidam, in Δεδοξοποιημένον, legitur προσδεδοξασμένον; quod mendofum effe, ipfe titulus oftendit. — „Verbum δεδοξοποιεῖν eft apud Porphyr. de Abftinent. p. 79. ed. Cantabr. feu Holften. ubi fignificat *fequi vifum*, ut Cicero ait, ποιεῖν τὸ δόξαν ἑαυτῷ, *facere id quod fibi videretur*, nulla certa rei fcientia nulloque confulto judicio ducto." REISKIVS. — *Ibid.* ἀλογιστίαν. Recitat hinc verba nonnulla Suidas ad hoc ipfum vocab.

Cap. XVI.

CAPVT XVI.

Verf. 1. *Verf.* 1. Ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος &c. Vide Liv. XXXII. 40.

Cap. XVII

CAPVT XVII.

Verf. 1 et 2. *Verf.* 1. Νάβις ὁ τύραννος. Liv. XXXII. 38-40. *Verf.* 2. ἐξέπεμψε τὴν γυναῖκα. *Apegam*, de qua conf. lib. XIII. c. 7.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XVIII.

RELIQVIAS.

De Codicum dissensu, quorum alii *ad librum XVII.* referunt has Polybianæ historiæ reliquias, alii *ad librum XVIII.* vide quæ dicta sunt ad initium Reliquiarum Libri XVII. Lib. XVIII.

CAPVT I. Cap. I.

Vers. 1. Ὁ δὲ Τίτος οὐ δυνάμενος &c. Totam hanc historiam Polybianæ partem ad verbum fere Livius expressit lib. XXXIII. 5 seqq. et ipse etiam in eadem hac historia cap. 10. diserte profitetur: *Nos Polybium secuti sumus, non incertum auctorem quum omnium Romanarum rerum, tum praecipue in Græcia gestarum.* — *Ibid.* εἰδὼς deest Reg. F. Tub. Vers. 1.

Vers. 3. μόλις αὐτῶν κρατοῦσι τῶν σαρκῶν ἐν ταῖς πορείαις. Casaubonus: *in itinere faciendo ipsum corpus suum vix sustinent.* Si vel maxime concesserimus, σαρκῶν potuisse pro σωμάτων poni; tamen invidiose, atque etiam injuriose, in Græcos hoc dictum fuerit, quod non videmus cur voluerit Polybius: tum vero quod mox subjicit, τὸν ἀπὸ τούτων κόπον, abunde ostendit, aliud vocabulum pro σαρκῶν scriptum oportuisse. Igitur aut σακῶν, id est *clypeorum*, scripsisse eum utique fuerit statuendum; aut, quoniam illud non nisi poëtis fere in usu est, σκευῶν, id est, *armorum;* quæ est Seyboldi conjectura, in germanica Vers. 3.

Poly-

Polybii verſione. Heſychius: σκευή· ὅπλισις. Eodem modo Pollux; atque ſic plus ſemel Thucydides uſurpavit; quos laudavit Henr. Stephanus in hoc vocab.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. θυρεούς. θυραιοὺς Aug. Reg. F. G. — *Ibid.* ταῖς δὲ χερσὶν αὐτοὺς τοὺς γαίσους Φέροντες. τοὺς ante γαίσους deeſt Reg. F. G. Veſont. γαίσους, id eſt, *hoſtes, jacula*, correxit Caſaub. conf. VI. 39, 3: γέσους ed. 1. cum msstis. γείσους ora ed. 1. γαισοὺς Vrſinus. Φίλα vertens Caſaubonus, græcum ὑσσοὺς in animo habuit, quod etiam in ora Baſil. notavit. αὐτοὺς τοὺς γαίσους eſt *ſolas haſtas*, non *ipſa pila*, ut Caſaub. vertit. Nec opus eſt, ut αὐταῖς pro αὐτοὺς legamus cum Reiſkio, quod ille ad χερσὶν referens, *ipſis manibus* interpretatus eſt, id eſt, immediate, ut vulgo loquuntur, nullo intercedente adminiculo, ut in ſcutis, quæ ab humeris dependebant e loris: ſed pila *ipſis nudis manibus*, ait, geſtabantur.

Verſ. 5. *Verſ.* 4. *ſq.* τοῦ χάρακος. — „Malim τῶν χαράκων, loco ſingularis pluralem, quia ſequitur τὴν διαΦορὰν τούτων. Niſi malis τούτων pro neutro accipere, et a ταῦτα repetere, idque referre ad rem, de qua ſermo eſt, univerſam: *diſcrimen in hac re magnum eſſe.*" REISKIVS. *Ibid.* μεγάλην. Mendoſe μεγάλης ed. 1. Reg. F. G. Veſont.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. βέλτιστον. ἄριστον habet Suidas, locum hunc citans in Πρέμνον, et in Χάραξ. — *Ibid.* μεγίστας, μεγάλας, idem Suidas utrobique.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ὁ δὲ πλείστας, ſcil. κεραίας ἔχων χάραξ. In ὁ δὲ conſentiunt cum ed. 1. libri ſcripti omnes; nec opus erat, ut inde diſcederetur. ὅ,τε δὲ monente Vrſino ſcripſit Caſaub. ex Livii præſcripto, qui ſic habet; *aut, quum plurimum, quatuor ramorum.* πλείστας vero recte iidem viri correxerunt, cum mendoſe πλεῖστος eſſet in ed. 1. & msstis. — *Ibid.* καὶ ταύτας (ſcil. κεραίας) ἔχοντες λαμβάνονται (nempe χάρακες) οὐκ ἐναλλάξ. — „Videntur puncta, lacunæ ſigna, delenda eſſe: nam ſi continuantur legendo verba, bonus ſenſus exiſtit, ut nil deeſſe

videa-

videatur. Livius partem hanc præteriit, forsitan quia jam ejus ætate Polybii codices h. l. maculæ nescio quid contraxissent, aut quod eum negatio [οὐκ] offenderet ante ἐναλλὰξ, quæ certo certius delenda." REISKIVS. — Vere utique vir doctus judicaverat, nihil hoc loco deesse; sed veremur, ne id minus recte, quod tollendam necessario negationem putavit, quæ necessitas sane haud adparet: immo quod sequitur, sic faciliores gestatu fuisse vallos Romanorum, confirmare videtur vulgatam lectionem, in quam consentiunt libri omnes. ἔχοντες recte edidit Casaub. monente Vrsino, et sic habet Aug. Mendose ἔχοντας ed. 1. Reg. F. G. Vesont.

Vers. 8. συνθεὶς ἐπ' ἀλλήλους. — „Malim ἐπαλλήλους uno verbo: non tamen multum interest." REISKIVS. — Nobis videtur adquiescendum in vulgata. Vers. 8.

Vers. 10. τὸ μὲν κρατοῦν, *id quod tenet, quod continet cetera.* Probum hoc videtur, in quod consentiunt libri. Sollicitavit autem Reiskius, κρατούμενον suspicans, quod etiam Scaligerum video maluisse, id est, *ea pars valli, quæ a terra continetur.* — *Ibid.* ἐν ὑπάρχῃ. Vulgo uno verbo ἐνυπάρχῃ dant scripti et editi. In duo divisimus, monente Reiskio. Vers. 10.

Vers. 11. ἐπαλλάξεις ingenio debetur Casauboni. ἐπαλλάξεις ed. 1. cum msstis. Vers. 11.

Vers. 12. ποίας εἰσὶν ἐκφύσεως τῶν ἐν τῇ γῇ κατωρυγμένων, *quemnam ad stipitem ex eis, qui in terram defossi sunt, pertineant.* — „ἔκφυσιν appellat Polybius h. l. et paulo post *sudem* ipsam, raro modo; *furcam* autem inde prognatam, κεραίαν." REISKIVS. — Vtique ambiguitas nonnulla inest sermoni. Supra (vers. 6 et 10.) ἐκφύσεις erant *rami ex stirpe enati;* nunc pro ipsis *stirpibus* usurpat vel *stipitibus*, aut saltem pro *majoribus ramis*, qui stipitum vice funguntur, e quibus *surculi* vel *minores rami* enati sunt. Vers. 12.

Vers. 13. ἐπιλαβέσθαι bene Casaub. cum Vrsino. Perperam ἐπιβαλέσθαι ed. 1. Aug. et Suidas in Παρείρανται Vers. 13.

ἐπι.

ἐπιβάλλεσθαι Reg. F.G. Vcſ. Tub. Sed verſu ſeq. in ἐπιλαβόμενον. et verſ. 15. in ἐπιλαβέσθαι conſentiunt omnes. *Ibid.* ἀπαξυμμένων τῶν κεραιῶν. — „Forte ἀπεξυμένων vel ἀπεξυσμένων, ab ἀπὸ & ξύω, *dedolatis*, *deglabratis*." REISKIVS. — ἀποξυμένων mendoſe dant mssti cum ed. 1. ἀποξυμμένων correxit Caſaubonus, conſentiente Livio.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. πάσας τὰς προσβολάς. προσβολὴ *adgreſſio*, et per metonymiam, *locus* vel *pars rei, unde rem adgredi poſſumus.* Itaque προσβολαὶ hic ſunt *loca, unde apprehendi et evelli ſtipites poſſint*, ut interpretatus eſt Reiſkius.

Verſ. 15. *Verſ.* 15. τὸ τὴν μίαν ἐπισπώμενον κεραίαν πολλὰς ἀναγκάζεσθαι πειθομένας ἅμα βαστάζειν. Non ſatis utique emendatus locus. Primo incommodum eſt τὸ, initio hujus phraſeos; aut enim διὰ τὸ oportebat, aut τῷ, ut a Scaligero correctum video; aut *plane abeſſe* poterat, quia illud διὰ τὸ, quod eſt ante πρῶτον μὲν pariter referri ad hæc verba poteſt, quæ ſequuntur poſt δεύτερον δὲ, atque ad ea, quæ ſtant poſt πρῶτον μέν. Deinde ad ἐπισπώμενον requiritur articulus τὸν, itaque aut τὸν μίαν, aut τὸν τὴν μίαν ſcribendum. Tertio, πολλοὺς, quod habet ed. 1. conſentientibus msstis, non debuerat mutari; nam ea quidem exigua difficultas eſt, quod qui unum ramulum trahit, ſimul cogitur plures ramulos loco movere: in eo ſita eſt difficultas, quod, qui unum attrahit ramulum, ſi quid proficere cupit, cogitur plures ſimul vallos movere et evellere, quia alii aliis ope ramulorum implicati ſunt. Reſtitue ergo πολλοὺς, nempe χάρακας, quod etiam ex oppoſitione patet, cum mox dicit δύο δὲ καὶ τρεῖς ἐπιλαβέσθαι ταὐτοῦ χάρακος. Eodem etiam refertur εἰς ἀλλήλους, in maſculino genere, quod intactum Caſaubonus reliquit, cum, ſi verum eſſet πολλὰς et πειθομένας, etiam εἰς ἀλλήλας requireretur, quemadmodum Scaliger ſcripſit. Itaque ſimul πειθομένους fuerit corrigendum; ut tota ῥῆσις ſic ſonet: δεύτερον δὲ, τὸν τὴν μίαν (vel τῷ τὸν μίαν) ἐπισπώμενον κεραίαν πολλοὺς ἀναγκάζεσθαι πειθομένους ἅμα βαστάζειν. Bene πειθομένους ceden-

cedentes, veluti *obſequentes.* Verbo βαστάζειν peculiarem quamdam vim tribuit REISKIVS, & ſignificare ait, *rem, quae infixa alicubi aut impacta eſt*, (veluti clavum parieti impactum, laterem in muro incluſum, arbuſculam ſolo infixam) *aſſidua vellicatione, laxatis continuo motu retinaculis, labefactare, ut vim aut revellentem aut impellentem tandem ſequatur.* Provocatque ad I. 48, 2. ubi verba illa, quibus vim vehementis venti deſcribit Polybius, ὥστε τοὺς προκειμένους πύργους τῇ βίᾳ βαστάζειν, perperam a Caſaubono converſa eſſe contendit, *ut ſtructas ante opera turres vi abriperet.* — „Non dicit hoc Polybius, (ait) ſed illud: *vim tantam venti fuiſſe, ut turrium mobilium ſumma faſtigia, tanquam culmina arborum nutantia, huc illuc ageret.* βαστάζειν eſt *librare, vibrare, motu oſcillatorio*, velut in cunis pueros, *jactare.*" Haec Reiſkius. Qui ſi pro adſtruendo iſto ſignificatu hujus verbi alia ſive argumenta ſive exempla protuliſſet, praeter iſta duo Polybii loca, & hunc Ariſtophanis in Theſmophor. vſ. 444. πάντα δ' ἐβάστασε φρενὶ, *omnia ponderavit mente;* audiendus fortaſſe fuerat. Nunc ſatis inter omnes conſtare videtur, βαστάζειν proprie nil aliud niſi latinum *tollere* ſignificare; idque duobus modis, ſive *ſublime tollere*, ut XV. 26, 3. ſive *ſublatam rem ferre, portare, loco movere, auferre.* A priori notione derivatur illa *ponderandi*, ſublime tollendo rem pondus ejus explorare; & deinde *mente ponderare, perpendere*, qua et Polybius uſus eſt VIII. 18, 4. Alterius notionis plena ſunt exempla, non ſolum ubi *portare* ſignificat, ſed etiam *de medio tollere, auferre, abripere.* Vide Polyb. XXXII. 25, 4. & (quem Erneſtus in Lex. Polyb. citavit) Ioſeph. Ant. Iud. I. 19, 10. X. 4, 5. Atque eodem ſane modo I. 48, 2. *abripere*, & hoc loco, in quo nunc verſamur, *tollere, evellere (vallos)* ſignificare commodiſſime poterit.

Verſ. 15.

Verſ. 16. κατακρατήσας. Sic ſcripti libri omnes. Operarum error, κατακραδήσας, qui in editionem primam irrepſit, notatus licet ab Vrſino, tamen in ceteras omnes Verſ. 16.

propagatus eſt. — *Ibid.* ἀνεπιγνώστως. — „Forte ἀνεπίγνωστον. Quanquam non neſcimus, Polybium haud raro adverbiis pro adjectivis uti.“ REISKIVS. — Nos vulgatum nullo modo defendere auſimus.

Verſ. 17. *Verſ.* 17. μεγάλης οὔσης διαφορᾶς. Sicut h. l. ab omnibus codicibus, ſic cap. 13, 5. a pleriſque aberat verbum οὔσης. Scaliger h. l. ὑπαρχούσης ſuppleverat. Reiſkius plura nonnulla intercidiſſe ſuſpicatus erat, in hanc ſententiam: διὸ καὶ μεγάλης οὔσης κατὰ τὸν ἀμφοτέρων χάρακα τῆς διαφορᾶς.

Cap. II.

CAPVT II.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. περὶ πεντήκοντα στάδια. Livius, *ſex fere millia.* Vnde errorem in numeris eſſe ſuſpicatus erat Reiſkius, nempe *ſex ſtadia* numerans pro *mille paſſibus*, cum tamen conſtanter *octo ſtadia* Polybius numeret. Sic mox verſ. 4. pro *XXX ſtadiis* idem Livius *quatuor fere millia paſſuum poſuit.*

Verſ. 2. *Verſ.* 2. κατοπτεύσοντας cum Scalig. correxit Caſaub. κατοπτεύοντας ed. 1. cum msstis, qui tamen mox in fut. διερευνησομένους conſentiunt.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. περὶ τὰς Θήβας. *Thebas Phthias* intellige.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Rectius *comma* ponetur *poſt* καταστρατοπεδεύσας, & ἐν ὥρᾳ ad ſequentia trahetur, deleto utroque commate, poſt ὥρᾳ & poſt πᾶσι. Hanc ſententiam jam in verſ. lat. cum Caſaubono expreſſimus, *ſuis edixit, ut mature omnes corpora curarent.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἐπιβάλλειν. Cum vulgo conſentientibus libris legeretur ὑπερβάλλειν ταῖς ὑπὲρ τὰς Φερὰς ἀκρολοφίαις, ad h. l. ſic commentatus eſt GRONOVIVS: „Lege τὰς ἀκρολοφίας. Sic enim ſingulis paginis, ὑπερβάλλειν Ἄλπεις, Ἀπέννινον, Καύκασον, Ὀρεικὸν, ὀρεινὴν, ὄρη, Ζάγρον, Ταῦρον, & alia. Sed & diſerte Suidas: ὑπερβάλλειν, αἰτιατικῇ, qui et ex aliquo veterum ὑπερβάλλειν λόφους. Mutarunt, quibus ὁμοιοτελεύτων ambiguitas nimia videbatur.“— Tum REISKIVS: „Aut ἐπιβάλλειν, ait, eſt legendum, aut

aut τὰς ἀκρολοφίας." — Nobis primum placuit, non enim voluisse Philippus censendus est, ut, qui agmen praecedebant, *superarent tumulos Pheris imminentes*, sed ut eos *occuparent*: quod etiam diserte Livius significat XXXIII. 6. Sic noster mox cap. 3, 9. συντάξας ἐπὶ τοὺς ἄκρους ἐπιβαλεῖν τῶν μεταξὺ κειμένων λόφον. Est autem idem, ἐπιβάλλειν τόπῳ, & ἐπιβ. ἐπὶ τόπον. vide XVI. 16, 3 sq. coll. vs. 6. Adde XVIII. 9, 9. Verſ. 6.

Verſ. 7. προειδόμενοι γάρ. Forsan δὲ, quam particulam saepe cum γὰρ per errorem commutant librarii. — *Ibid.* ὑπὸ τὴν ὄρφνην. Perperam vulgo ὀρφνὴν edd. & mssti; prorsus vero corrupte ὀρφανὴν Reg. F. G. Ves. Post hoc vocab. autem vulgo incidunt orationem, & verba ἐκ πάνυ βραχέως διαστήματος cum seqq. conjungunt, quae nobis cum Reiskio visa sunt ad praecedentia pertinere; quare comma delevimus post ὄρφνην, & post διαστήματος rejecimus. Est autem ὑπὸ τὴν ὄρφνην, ut idem Reiskius monuit, *adhuc obtinente nocturna quadam caligine*, vel simpliciter, *in caligine, per caliginem*; diciturque eodem modo ut ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν vers. 5. & c. 3, 7. saepiusque aliâs, aut sicut ὑπὸ τὸ ψύχος V. 56, 11. & id genus alia, de quibus diximus ad II. 19, 10. Quo minus opus fuit, ut nunc illud ὑπὸ τὴν ὄρφνην sollicitaret Reiskius, et ὑπὸ τῆς ὄρφνης maluerit, quo nimirum causa erroris significaretur, cur non procul sese, sed ex modico admodum intervallo, conspexerint. Verſ. 7.

Ibid. ἐκ πάνυ βραχέος διαστήματος. βραχέως rescribe. βραχέος operarum error est, qui ex editione Ernestina in nostram irrepsit.

Verſ. 8. — „Videtur haec ferme sententia deesse: οἱ δὲ (scil. ἀμφότεροι ἡγεμόνες) ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ μένειν ἔκριναν ἐπὶ τῶν ὑποκειμ." REISKIVS. — Livius: *& illo quidem die, nullo inito certamine, in castra revocati sunt.* Verſ. 8.

Verſ. 9. ἐμπειρίαν. Temere ἐμπειρείαν ed. 1. Verſ. 9.

Verſ. 10. ἐπὶ τάδε τῶν Φερῶν. Expeditior sane haec videtur emendatio, quam quae est ab Vrsino & Reiskio Verſ. 10.

 pro-

proposita, ut, deleto vulgato τὰ, ἐπὶ τῶν Φερῶν legamus; quod REISKIVS *coram Pheris, in oculis oppidi*, interpretatus est: — „aut aliâs legendum, ait, ἐπὶ τοῖς τῶν Φερῶν, scil. μέρεσι, τοῖς φέρουσιν ὡς πρὸς Λάρισσαν.“ —

Cap. III.

CAPVT III.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. περὶ τὰς Φερὰς τόποις. Perſpecte ſic Caſaubobonus. Corrupte ed. 1. cum msstis περὶ τὰ σαφέστερα τόποις. Hinc Vrſinus περὶ τὰ σφέτερα, minus feliciter.

Verſ. 2. 3. *Verſ.* 2. Σκότουσαν. Vide notata ad X. 42, 3. — *Ibid.* εὐτρεπὴς Caſaub. cum Vrſin. & Aug. εὐπρεπὴς ed. 1. cum cett. mss. — *Verſ.* 3. Σκοτουσαία. Sic codd. omnes cum ed. 1. Et rurſus Σκοτουσαίας verſ. 6.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Ταύτην μὲν οὖν. Paſſim voculam οὖν praetermiſſam perperam a librariis vidimus, ignorantibus vim miri ſcripturae compendii, qua eſſerri in vetuſtioribus nonnullis codicibus illa ſolet. — *Ibid.* Ἐρετρίαν τῆς Φθιώτιδος. Livius: *ad Eretriam Phthiotici agri.* Vrſinus τῆς Φεραίας aut Φαρσαλίας ſuſpicatus erat; quem ſequens Caſaubonus, *Eretriam Pheræa* ſcripſerat in latina verſione. — *Ibid.* Ὀγχηστὸν cum Vrſino corr. Caſaub. Ὀγχιστὸν ed. 1. cum msstis.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τὸ Μελάμβιον. Suſpicati eramus Μελάμπιον id eſt, Μελάμποδος ἱερὸν, quale Pauſanias commemorat Aegoſthenis fuiſſe in Megaride. lib. I. c. 44. p. 107. At ſic oportuiſſet puto Μελαμπόδων. Et in vulgatum conſentiunt libri: nec aliter apud Livium edunt, quamquam ibi vetus ed. Rom. *Melandium* habebat. Heſychius: Μελάμβιος· σκοτεινὸς τὸν βίον, ἢ μελανός.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἐξαισίων. Sic corrigere Vrſinus juſſerat. Optime. conf. II. 31, 10. XI. 24, 9. — *Ibid.* τὸν ἀέρα ἐκ τῶν νεφῶν &c. — „ἀὴρ non eſt omnis *aër*, ſed *ſubobſcurus* modo, *caliginoſus*, *turbidus*; cum quaſi fumus per auras fuſus obverſari oculis & lucis nitorem inquinare & offuſcare videtur. Hinc a poëtis dii dicuntur ἀέρα ἕσθαι, *indui veſte aërea*, h. e. *tenui nebula* naturam eorum velante: &, quem eripiunt diſcrimini, eum ἀέρι ἀμφιεννύουσιν, *aëre* amiciunt.“

REIS-

REISKIVS. — *Ibid.* ζόφον cum Scaligero correxit Stephanus. Mendose ψόφον ed. 1. cum msstis.

Verf. 8. κατανύσαι. Sic Aug. Reg. G. Vef. κατανῦσαι editum erat cum circumflexo, confentiente Reg. F. Sed brevis, apud Homerum certe, eft penultima fyllaba verbi ἀνύσαι. — *Ibid.* περιήει. — „Forte προήει. Livius: *nihil deterritus, figna ferri juffit.*" REISKIVS. — Sic utique corrigendum putemus. στρατείας ed. 1. cum msstis. *Ibid.* στρατιᾶς Cafaub. & feqq. Verf. 8.

Verf. 9. ἐπὶ τοὺς ἄκρους ἐπιβαλεῖν. conf. ad c. 2, 5. Verf. 9.

CAPVT IV.

Cap. IV.

Verf. 3. διεπέμψαντο δέ. δὲ caret ed. 1. invitis msstis. Verf. 3.

Verf. 5. τῶν παρ' αὐτοῦ χιλιάρχων. Præeuntem in hac emendatione Scaligerum habuit Cafaub. In παρ' αὐτοὺς confentiunt codd. omnes cum ed. 1. παρ' αὐτῶν aut παρ' αὐτῷ corrigere Vrfinus jufferat. Verf. 5.

Verf. 7. διπλασίως. Temere διπλασίους ed. 1. Eademque mox vf. fq. mendofe ἡμήνοντο cum Reg. F. G. pro ἠμύνοντο. Verf. 7.

Verf. 8. καταβαρούμενοι τοῖς ὅλοις, *ita preffi, ita laborantes, ut de fumma rerum periclitarentur; penitus, quam maxime, graviffime laborantes.* Sic folet illam dictionem τοῖς ὅλοις (fcil. πράγμασι) ufurpare Polybius: vide I. 33, 1. III. 48, 4. XVIII. 19, 6. XX. 10, 7. Itaque etiam mox cap. 5, 1. ὁλοσχερῆ κίνδυνον dicit, eâdem fententiâ. Ac fane de *armorum pondere* fermo effe non poteft, non magis quam verf. 5. ubi οἱ Ῥωμαῖοι κατεβαροῦντο ait. Eft autem καταβαρύνεσθαι idem quod δυσχρηστεῖσθαι vel πιέζεσθαι. — *Ibid.* πρὸς τοὺς ἄκρους, fcil. τόπους vel βουνούς, cf. cap. 3, 9. Sed & rurfus abfolute τοὺς ἄκρους dicit c. 7, 3. Quare fuum Polybio reftituendum eft III. 54, 1. περὶ τοὺς ἄκρους, quod ibi mutari non debuit. Verf. 8.

CAPVT V.

Cap. V. Verſ. 1. *Verſ.* 1. Verba διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, quæ in latina verſione ad ſequentia traxit Caſaubonus, ad praecedentia erant referenda, quemadmodum in græcis fecimus cum Erneſto, admoniti a Gronovio. Eadem ratione in verſione ſic ſcriptum oportebat: *Philippus*, *qui prædictas ob cauſſas* (nempe *propter craſſum & nubilum aërem & imbres*, ut ait Gronovius; *propter offuſam caliginem*, ſcribit Livius;) *minime futurum cogitaverat*, *ut* &c. — *Ibid.* ἀφεικῶς recte Caſaub. cum Scalig. ἀφηκὼς ed. 1. cum msstis.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τῆς ὁμίχλης ἤδη διαφαινούσης. — „Subaudi τὴν ἡμέραν, *tranſmittente nebula diem*, atque ſinente eum micare per caliginem." REISKIVS. — Sed & ipſa *dies* dicitur διαφαίνειν cap. 2, 5. — *Ibid.* τὸν Γυρτώνιον revocavit Gronovius, quum contra librorum fidem in Γορτύνιον mutatum fuiſſet a Caſaub. Stephanus: Γύρτων· πόλις τῆς Θεσσαλίας καὶ Περῥαιβίας. ὁ πολίτης Γυρτώνιος. Γυρτόνιον per *o* breve ſcribunt Reg. G. & Veſ. minus recte.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Αἰτωλοὶ γὰρ &c. Confer IV. 8, 10. — *Ibid.* πεζικοῖς. Nihili eſt πεδικοῖς, quod habent mssti cum impreſſis. Nec placet πεδινοῖς, quod conjecerat Gronov. Oppoſitum ἱππικοῖς docet, πεζικοῖς fuiſſe corrigendum, ut monuit Reiſkius, intelligendo ἀγῶσι. — *Ibid.* ἐλλιπεῖς ſua auctoritate ſcripſit Caſaub. Sic vero ex codd. noſtris dat unus Reg. F. Perpetuo in hoc vocab. variant libri. Vtrumque vero recte dici videtur, ἐλλιπὴς, & ἐλλειπής. Vide tamen Suidam, quam citavimus ad VI. 49, 6. *Ibid.* διαφέρουσι πρὸς τὸ βέλτιον. — „Nam poſſunt aliqui etiam διαφέρειν πρὸς τὸ χεῖρον. vid. p. 1062. [XVIII. 11, 1.] Præſtat homo homini, alius alii, in bonam aut in malam partem, virtutibus & vitiis." REISKIVS.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. συνηλάθησαν. Caſaubono hoc debetur. Poterat vero & altera forma συνηλάσθησαν, inſerta litera σ, ferri, qua & aliâs utuntur noſtri libri. Vide Notata ad VI. 22, 4.

Verſ.

Verſ. 9. *εὐδοκούμενον. εὐδοκάμενον* ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Tub. notando errore ob vocalium *α* & *ου* permutationem. *Ibid.* Verba *καλοῦνται μὲν* & ſeqq. usque *περικεκλασμένοι* deſunt Reg. F. G. Veſ. Tub. — *Ibid.* Κυνὸς κεφαλαί. Stephanus: Κυνὸς Κεφαλαὶ, λόφος τῆς Θεσσαλίας. Πολύβιος ἐννεακαιδεκάτῳ. Vix alium, atque hunc Polybii locum, in quo verſamur, reſpicere grammaticus, qui id ſcripſit, potuit. Itaque error utique in numero ineſſe videtur. Confer Adnot. ad init. libri XVII. — *Ibid. ἀνατείνοντες* Caſaub. cum Vrſin. & Aug. *ἀνατείναντες* ed. 1. Reg. F. G. Veſ. Tub. minus recte. Verſ. 9.

Verſ. 10. *προορώμενος ὁ Φίλιππος τὴν δυσχρηστίαν τῶν τόπων.* Caſaubonus: *Philippus difficultates locorum proſpiciens:* rectius fuerat, *cavens, reformidans;* id enim ſonat *προορᾶσθαι*. Vide c. 26, 2. V. 105, 8. et Adnot. ad VII. 17, 5. — *Ibid. τῶν ἀγγελλόντων. τῶν ἀγγελόντων* ed. 1. Reg. F. G. Veſont. Verſ. 10.

CAPVT VI.

Cap. VI.

Verſ. 1. *ἐφήδρευε τοῖς προκινδυνεύουσι, præſidio fuit eis qui pugnam jam ante capeſſiverant*, vel breviter *anteceſſoribus.* Mire vero Caſaubonus: *anteceſſores in ſtationibus collocabat.* Nempe (ut ex ora Baſ. intelligo) in mente habuerat *τοὺς προκινδυνεύοντας*, quod tamen non erat hujus loci. Verſ. 1.

Verſ. 3. *προκατέχοντας ἐν Μακεδονίᾳ τὰς εἰς τὴν Ἐορδαίαν ὑπερβολάς.* Vide Liv. XXXI. 39. Neſcimus vero, cur Reiskium offenderit illud *ἐν Μακεδονίᾳ*, qui — „ferrem, ait, ſi ſic dixiſſet, *προκατέχοντας τὰς ἐκ Μακεδονίας εἰς Ἐορδαῖαν ὑπερβολάς.*" — At id quidem nullo modo neceſſarium erat, quoniam *Eordæa* regio erat *Macedoniæ*, atque pars Macedoniae cenſebatur quemadmodum diſerte Livius docet XLV. 30. Taceo Plinium et Arrianum, citatos a Sigonio ad Liv. XXXI. 39. Neſcimus vero an eodem Stephanus etiam Byz. pertineat, apud quem vulgo ſic legatur, Ἐορ- Verſ. 3.

Verſ. 3. δαῖαι, δύο χῶραι Μυγδονίας, idem Sygonius ad Liv. l. c. Μακεδονίας pro Μυγδονίας legendum haud improbabiliter cenſuit. Nec vero diſſimulandum, ἐκ Μακεδονίας τὰς εἰς Ἑορδαίαν legi in Veſont. ſed id ex alia menda ortum, quæ in paulo vetuſtiores codices irrepſerat; ſcilicet ἐκ Μακεδονίᾳ (ſic) eſt in Reg. F.G. et ſic fuiſſe videtur in exemplo, unde derivata eſt ed. 1. quæ et ipſa ſic habet. Sed ἐν Μακεδονίᾳ, ut Caſaubonus edidit, habet Aug. puto et Med. et Vrb. Porro Ἑορδαίαν cum aſpero ſpiritu dant Aug. Reg. F.G. cum ed. 1. Lenem vero, quem prætulit Caſaubonus, (vt quidem ex verſione intelligitur, nam in græcis ad literas unciales non adpoſuit ſpiritus) habet Veſont. et ſic Stephanus Byz. cum aliis ſcriptoribus.

Ibid. Σουλπικίου cum Vrſino ſcripſit Cauſaub. Teneri vero Σολπικίου poterat, quemadmodum ſcribitur idem nomen XIV. 24. 1. (vbi de eodem *P. Sulpicio Galba* agitur,) et ſæpe alias. Sed id quidem perinde eſt. *Ibid.* βιασάμεναι Caſaub. cum Vrſin. et Aug. βιασόμενοι ed. 1. Reg. F.G. Vet. Tub.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. προκατέχοντας τὰς ἀπηλπισμένας ἐν Ἠπείρῳ δυσχωρίας. Vide Liv. XXXII. 12. δυσχωρίας recte dedit Aug. Perperam δυσχωρείας edd. cum cett. codd. *Ibid.* ῥίψαντας τὰ ὅπλα, τέως εἰς Μακεδονίαν ἀνεκομίσθησαν. Sic perſpicue et rectiſſime codices omnes: quibus invitis quum temere ῥίψαντες in ed. 1. expreſſum fuiſſet, Caſaubonus ſua auctoritate pronomen οἳ præponens, ſic edidit, quemadmodum ad hunc diem vulgo legunt, οἳ ῥίψαντες τὰ ὅπλα τέως εἰς Μακεδονίαν ἀνεκομίσθησαν, quaſi hoc dixiſſet Polybius, *qui arma abjicientes vſque in Macedoniam redierunt;* quod et frigidum eſt, connexionem orationis ſi ſpectes; et a graeci ſermonis vſu alienum, quoniam τέως certe non *vſque ad* vel *vſque in* ſignificat. quare, ſi cetera Caſauboniana teneantur, rurſus τέως vel in ἕως mutandum fuerit, quod jam Vrſinus voluerat, vel in ταχέως quod maluit Reiſkius; qui præterea pro οἳ ῥίψαντες, quod Caſaubonus poſuerat, ὅτε ῥίψαντες ſcribendum conje-

conjecit. Sed presso pede si scriptos libros sequamur, nil opus est his omnibus ambagibus. τέως idem valet ac τέως ἕως, vt apud Platonem, Demosthenem et alios, id est *tamdiu donec,* vel simpliciter *donec:* sententiam, græcis verbis, qualia ex msstis codicibus restituta exhibuimus, subjectam, rectissime in latina versione idem Casaubonus, a quo græca corrupta sunt, expressit: *projectis armis fugere tantisper donec, in Macedoniam sese recepissent, coëgistis.* Particula τέως, quæ hic occurrit, in memoriam revocat alium Polybii locum, ubi eamdem, licet scripti libri omnes cum editis in eam consenserint, nos, conjectura ducti, quoniam insolentiori notione ibi posita videbatur, ejecimus, et cum τελέως commutavimus: quod veremur ne præpropere temereque a nobis factum sit, & adsentimur docto Viro monenti, nihil fuisse novandum. II. 58, 8. τέως δ᾽ ἐκπεσόντος, *tum quidem, adhuc quidem, hac vice quidem expulsus est:* nempe alio deinde impetu capta urbs ab Achæis est, ut docet II. 53. Eadem ratione solicitari a nobis (Reiskii auctoritatem tunc sequentibus) non debuit eadem particula II. 15. 10. ubi de *summis Alpibus* loquens Polybius, τὰ δ᾽ ἄκρα, ait, ἀοίκητα τέως ἐστί. id est, ut Casaubonus vertit, *a nemine adhuc coluntur:* poterat paulo commodius dicere, *a nemine adhuc quidem coluntur.* Neque ita insolens, ut primo intuitu videri poterat, est iste usus hujus particulæ: nam et eis locis, ubi *antea* vulgo exponi solet, verum si quæris, eamdem vim habere videbis, *ad hoc usque tempus, adhuc, adhuc quidem.* Sed IV. 56, 9. haud dubie ex τελέως corruptum est id, quod ibi vulgo legebatur, τέως: sed ibi quoque scriptura vetustissimi codicis Vaticani, repetita in Florentino, veræ scripturæ vestigium satis clarum indicabat. Vers. 4.

Vers. 5. πρὸς τοὺς αὐτούς. Sic recte codices nostri omnes, Aug. Med. Reg. F. G. Vesont. Nescimus an & Vrb. Saltem eandem sententiam & Casaub. in versione expressit, *cum iisdem;* qui tamen in græcis editionem Ba- Vers. 5.

Verſ. 5. ſileenſem ſecutus eſt, in qua temere neglectus eſt articulus *τούς*. *Ibid. τί δὲ προορᾶσθαι τῶν γεγονότων*; Neſcimus quid h. l. deſiderari putavit Caſaub. quem non opus habuiſſe, ut lacunæ ſignum, puncta nonnulla, poſt hæc verba adjiceret, recte monuit Reiſkius. Ambagibus in verſione uſus eſt idem Caſaub. *Quid? an rerum præclare geſtarum recordatio ſigniores vos reddet?* cum ſatis fuiſſet, *quid vero cavetis,* vel *reformidetis, ex eis quæ ante acciderunt?* conf. ad cap. 5, 10.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *ταῦτα εἰπών.* Sic codd. noſtri. *ταῦτ' εἰπὼν* edd. *Ibid. καὶ τὰ θηρία.* Temere articulum *τὰ* neglexerunt editores, quem agnoſcunt ſcripti libri omnes.

Cap. VII. CAPVT VII.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *τοὺς ὑπερδεξίους.* Vtique adjiciendum videri poterat vocab. *τόπους*. Sane cap. 6, 4. in *τόπους ὑπερδεξίους* conſentiunt omnes. Vide adnot. ad III. 110, 2. Erunt tamen, qui ellipſin eſſe ſtatuant, a græci ſermonis uſu non alienam; quam in partem magnam exemplorum ſylvam protulit Lamb. Bos, & qui ad eum commentati ſunt, in vocab. Τόπος. Sic Reiſkius ſubaudiri h. l. poſſe nomen *τόπους* exiſtimavit. Atque eadem ratione dictum *τοὺς ὑπερδεξίους* videri poterit, ac mox *τοὺς ἄκρους*, de quo diximus ad cap. 4, 8. *Ibid. κατέλαβε* cum Scalig. correxit Caſaub. *κατέβαλε* ed. 1. cum msstis.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *παρεμβάλλοντος* recte Caſaub. cum Vrſino. *παρεμβάλλοντος* ed. 1. Reg. F. G. Veſ. *παρεμβαλόντος* Aug.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *κατὰ πορείαν* Caſaub. cum Vrſin. *κατὰ πορίαν* ed. 1. cum msstis. *Ibid. προσβαινόντων πρὸς τοὺς βουνούς. προσβαίνειν* h. l. non tam *accedere*, quam *adſcendere* debuiſſe verti, monuimus ad II. 67, 6.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *ſq.* — „*διπλασιάζειν τὸ βάθος, duplicare altitudinem*, h. e. duplo tot ordines phalangis facere, quam vulgo eſſe ſolent. Livius in hoc loco vertendo [XXXIII. 8.] non ſemel lapſus eſt. Primum *καταβαλοῦσι τὰς σαρίσσας* vertit *poſitis haſtis. Haſtis poſitis,*

quarum

quarum longitudo impedimento erat, gladiis rem gerere jubet. Alia omnia. Phalanx Macedonica rem numquam gladiis gerebat, fed femper haftis: deinde, ubi, aut quo ponerent haftas? quis ab iis acciperet? &, fi pofuerunt nunc haftas, qui potuerunt in fine pugnae (p. 1060, 38. [XVIII. 9, 6.] aut Livii XXXIII. 10.) repente erigere? καταβάλλειν τὰς σαρίσσας eft *projicere haftas;* non *ponere* feu *abjicere,* fed *coram fe in directum hofti objicere & protendere.* [Eundem errorem Cafaubonus in Præfatione ad Polyb. in Perotto notavit: confer fupra ad II. 69, 7.] Deinde, *fimul,* ait, *ne facile perrumperentur acies; dimidium de fronte demtum introrfum porrectis ordinibus duplicat, ut longa potius quam lata effet acies.* Nihil demptum eft de fronte, fed *additi funt ordines duplo tot, quot ante erant:* &, ut firmior effet acies, neve nimis magnum locum impleret, nimis laxa & diftracta effet, *imperatum eft, ut coirent uniufcuiufque ordinis milites inter fe arctius, facto coëundi initio & motu a finiftra ad dextram;* quæ congreffio in anguftum appellatur πυκνοῦν ἐπὶ τὸ δεξιόν. Similis motus, fed in contrariam partem, appellatur πυκνοῦν ἐπὶ τὸ λαιόν. Tandem illa, τοῖς δ' εὐζώνοις κερᾷν, Livius plane omifit." REISKIVS. — Fortaffe, quid effet hoc, quod κερᾷν Polybius dicit, haud fatis perceptum Romanus fcriptor habebat, & ob eam cauffam phrafin illam transfiliit. Eft autem rarum quidem utique hoc verbum in tacticis, & vix ufquam alibi lectum, a Lexicographis vero prorfus praetermiffum. Cafaubonus ex conjectura interpretatus eft: *expeditis (data teffera eft.) ut fupra Romanæ aciei cornua ordines porrigant.* In eamdem fententiam Erneftus in Lexic. Polyb. κερᾷν, *extendere aciem fuper cornu hofticum.* At id eft ὑπερκερᾷν XI. 23, 5. vel περικερᾷν XI. 1, 5. V. 84, 8. non nude κερᾷν: nec videtur ea notio hujus effe loci. Rectius, fi quid video, GVISCHARDTVS κερᾷν intellexit ἐν κέρασι στῆναι, *in cornibus ftare, cornua firmare.* „*Philippe marcha à l'ennemi*

Verf. 8. fq.

avec

avec ce qui ſe trouva de ſa phalange en bataille. Il en fit un ſeul corps, au quel il donna trente deux hommes de hauteur. Il le flanqua de ce qu'il avoit encore de troupes légeres, & il s'avança fièrement les rangs ſerrés & les piques baiſſées &c. *Memoires Militaires* Tom. I. cap. 13. p. 245. ſq.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. καὶ Τίτος. καὶ temere e Caſaub. & ſeqq. omiſſum, reſtituimus ex ed. 1. & msstis. *Ibid.* σημαιῶν. De errore librariorum noſtrorum in hoc vocab. ſæpe diximus.

Cap. VIII.

CAPVT VIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἐκτὸς τῆς. Perperam ἐκ τῆς Reg. F. Tub. Livius: *quique tum maxime in praelium veniebant:* ubi Reiſkius ex Polybio corrigendum ſuſpicatus eſt, *non veniebant;* parum feliciter, ut nobis videtur. Eos dicit Livius, qui nondum ad locum pugnæ venerant, ſed in eo adhuc erant, ut accederent. *Ibid.* παραστατικὸν ἀγωνίας. — „Id eſt οἷόν τε παραστῆσαι ἀγωνίαν, *quod poterat alicui formidinem & ſolicitudinem* de eventu coepti *injicere.*" REISKIVS.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. λαμπρῶς ἀπήλλαττε. Correxit Caſaub. cum Vrſ. ἀπήλαττε ed. 1. cum msstis. Et ἀπήλαυται Veſ. inter lineas.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. αὐτῷ bene habet, nec ſolicitari debuit: referendum eſt autem ad verbum ἦν, ἐν ἀποστάσει τῶν πολεμίων ἦν: quae conſtructio ut clarius eluceat, interſere comma poſt κινδυνευόντων.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τῆς τῶν πολεμίων. Sic codices ad unum omnes cum ed. 1. Quod cum indicio eſſet, intercidiſſe nomen ſubſtantivum ad articulum τῆς pertinens, ipſum articulum delere Caſaubonus, Vrſino obſequens, maluit, quam lacunam ſtatuere. Sed ne ſola quidam hæc lacuna eſt, et aliud præterea vocabulum intercidiſſe perſpecte REISKIVS monuit: „Poſt διαγωνιζομένοις excidit ἄπρακτα. Res ipſa monſtrat, & Livius confirmat, ſic reddens, luculenter id quidem, quamquam cetera, multo quam Polybius, obſcurius: *media acies, quæ propior*

dextrum

dextrum cornu erat, ſtabat ſpectaculo velut nihil ad ſe pertinentis pugnæ intenta. Proxime ſuperiora, *ſiniſtro tum cum maxime - - trepidabatur*, non intelligo." — In his, quæ ſe non intelligere ait Reiſkius, nihil nos quidem difficultatis videmus: & conſentiunt illa cum his Polybii (verſ. 4.) *ἐκπιζομένους τοὺς ἐπὶ τῶν εὐωνύμων.* Nempe hoc de *ſiniſtro cornu Titi* agitur, quod oppoſitum erat *dextro* Philippi. In græcis h. l. de quo agimus, ſic fortaſſe ſcripſerat Polybius: *καὶ συνθεασάμενος τῆς τῶν πολεμίων δυνάμεως ἄπρακτα μὲν τὰ συνεχῆ τοῖς διαγωνιζ.* &c. Verſ. 5.

Ibid. ἐκ τῶν ἄκρων. ἐκ τῶν ἄκραν ed. 1. & Med. imperite vocales ω & α (ut paſſim aliâs) confundentes. — *Ibid. τὰ δ' ἔτι.* Veriſſima haud dubie eſt Reiſkii hæc emendatio: *alios adhuc in tumulorum ſummitate ſtare.* Nil frequentius, iſta vocularum *ἔτι* & *ἐπὶ* confuſione. Livius: *phalanx, quæ venerat, - - vixdum in jugum evaſerat.*

Verſ. 6. *συστῆσαι.* — „*συστῆναι, conſtare.*„ REISKIVS. — Nobis viſum erat, activum verbum *συστῆσαι*, ſimul cum ſequenti verbo *λαβεῖν*, referri poſſe ad *τὸ τῆς Φάλαγγος σχῆμα.* Id ſi parum commode fieri poſſe videatur, utique *συστῆναι* malimus. Verſ. 6.

Verſ. 7. *χεῖρας ἔτι.* Poſt *χεῖρας* punctum poſuerat ed. 1. & *ἔτι* cum ſeqq. conjunxerat, *ἔτι δι' αὐτῶν δέ.* Interpunctionem, monente Vrſino, correxit Caſaub. & ſic habent libri noſtri Aug. Reg. F. G. Verſ. 7.

CAPVT IX. Cap. IX.

Verſ. 2. *εἷς δέ.* Temere & imperite *εἰς δὲ* ed. 1. — *Ibid. σημαίας ἔχων οὐ πλείους εἴκοσι.* Manipulus eis temporibus conſtabat 130 militibus: fuit igitur univerſus numerus militum 2600. Verſ. 2.

Verſ. 7. *βραχὺ γενόμενος ἐκ τοῦ κινδύνου.* — „Id eſt, *ἐπὶ βραχύ τι μέρος τοῦ χρόνου χωρισθεὶς* vel *ἀναχωρήσας ἐπὶ τόπον ἐλεύθερον ἐκ τοῦ ἀγῶνος.*" REISKIVS. — Fortaſſe *ἐκτὸς τοῦ κινδύνου* ſcripſerat Polybius. Verſ. 7.

Verſ.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. πρὸς Φυγὴν, ὅσους ἐδύνατο πλείστους. Poterat etiam brevius cum Reiſkio ὡς πλείστους ſcribi.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. τὰς μὲν ἀρχάς. — Ad vulgatum ταῖς μὲν ſequente lacunæ ſigno, hæc notavit REISKIVS: „Parum etiam hic videtur deeſſe. Forte ἀρχαῖς, *initio quidem;* quia ſequitur μετὰ ταῦτα δέ. aut αὐτὸς, quia ſequitur de alio, tribuno militum. Poſterius ſi optamus, erit ταῖς idem quod ταύταις. ἐπέστη eſt *inſtitit veſtigiis ſuis, fixit gradum.* Aliàs eſt *ſupervenit*, quod h. l. alienum eſt. Livius bene vertit: *repente conſtituit ſigna.*" — Prior Reiſkii ratio præferenda viſa eſt. Sed quoniam non ταῖς ἀρχαῖς, ſed τὰς ἀρχὰς in accuſativo uſurpare ſolet Polybius, hoc maluimus, præſertim cum τὰς daret unus e codd. noſtris. Nec tamen alterum præciſe ſpernamus. ἐν ταῖς ἀρχαῖς, cum præpoſitione, uſurpavit noſter paulo ante, hoc ipſo capite verſ. 6.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. παραδιδῶσιν αὐτούς. In αὐτοὺς conſentiunt ſcripti libri cum ed. 1. Sed perperam παραδίδωσιν dant iidem omnes, quod in παραδιδόασι mutatum voluerat Vrſinus. Rectius Caſaubonus.

Cap. X.

CAPVT X.

Verſ. 1 ſqq. *Verſ.* 1. συντέλειαν recte Aug. & ſic correxit Gron. συντελείαν ed. 1. 2. Reg. F. G. — *Verſ.* 2. Γόννους. Γόνους Med. Veſont. — *Verſ.* 3. ἐσκύλευον. ἐσκήλευον ed. 1. imperite & invitis msstis. — *Verſ.* 4. προεμπεπτωκότας bene edd. προσεμπεπτ. Aug. Reg. F. G. Veſ.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἠθροίζοντο τοὺς αἰχμαλώτους. ἤθροιζον Aug. ſicut verſ. 3. quod veriſſimum utique videtur, & receptum velimus.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τῶν Ῥωμ. Sic mssti omnes cum ed. 1. absque conjunctione. — *Ibid.* πρὸς τοὺς ἑπτακοσίους. Nil opus eſt, ut cum Scaligero περὶ pro πρὸς ponamus.

CAPVT

CAPVT XI.

Cap. XI. Verf. 1.

Verf. 1. Ἐγὼ δὲ κατὰ μὲν τὴν ἕκτην βίβλον &c. Nifi nos prorfus nunc fallit memoria, intercidit is locus libri fexti, ubi hanc *Comparationem armaturæ & aciei Romanæ cum Macedonica* promiferat Polybius. De Codicibus msstis Reg. D. & Reg. E. qui cum Reliquiis libri VI. & paucis aliis Excerptis hanc tractationem exhibent, quam ex libro XVIII. Polybii decerptam dicunt, diximus in Præf. ad Tom. II. p. 8 fq. & p. 13 feq. Alii Codices (de quibus ibid. diximus p. 10 fqq.) qui omnia Excerpta Antiqua, quæ ab aliis ad librum XVIII. referuntur, a nobis vero partim ad lib. XVII. partim ad lib. XVIII. relata funt, pro Reliquiis libri XVII. venditant, poftquam Comparationem hanc Romanæ aciei cum Macedonica fuo loco, in media narratione rerum a Flaminino geftarum, proxime poft pugnæ ad Cynofcephalas expofitionem exhibuerunt, eamdem rurfus deinde in extremo codice feparatim exhibent, veluti Eclogam ex libro XVIII. excerptam: qua de re in eadem Præfat. ibidem monuimus. Itaque in cod. Vefont. ad hunc locum, ubi in legitima connexione cum reliqua narratione primum hæc leguntur, notatur in margine, περιττὸν, id eft, fupervacanea hæc effe hoc loco & aliena; fic nempe putaverat is qui eam notam adjecit, quia eadem in extremo codice repetuntur, hoc titulo, Πολυβίου ἐκ τοῦ ιή. λόγου. In Reg. G. vero tota hæc tractatio hoc loco prætermiffa eft, & non nifi in fine codicis exhibetur, eodem titulo, ut in Vefont. & aliis.

Ibid. ἐπ' αὐτῶν τῶν πράξεων. Plus femel hac formula utitur. conf. mox cap. 11, 7. ἀπ' αὐτῶν Reg. E. perperam.

Verf. 2. διδοῦσα τὴν πεῖραν. Hoc unice verum, atque fic jam Reifkius ex conjectura corrigere jufferat. Verf. 2.

Verf. 4. χρήσιμον καὶ καλόν. Perperam χρήσιμος καὶ καλὸς ed. 1. cum Med. Reg. F. 1. Vef. 1. & Tub. 1. (ubi primum fuo ordine in his codicibus legitur hæc ecloga, ibi Verf. 4.

in

in designatione horum codicum numerum 1. adjicio; ubi repetitur in fine codicis, adjicio num. 2.)

Verf. 5. *Verf.* 5. τὴν Τύχην. Articulum τὴν, qui aberat vulgo, adjecimus cum Reg. D. Reg. F. 2. Reg. G. Vef. 2. Tub. 2. *Ibid.* λέγοντες μόνον. Post λέγοντες interserto commate, deinde μὴ μόνον habent ed. 1. Med. Reg. F. 1. Vef. 1. Tub. 1. μὴ cum Vrfino & ceteris codd. recte delevit Casaubonus, sed comma post λέγοντες tenuit. Idem comma delevit Ernestus; nos post μόνον reposuimus cum Aug. Reg. D.E. G. Reg. F.2. Vef. 2. putamus & Tub. 2. — *Ibid.* καθάπερ οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων. In eadem re I. 63, 9. ait καθάπερ ἔνιοι δοκοῦσι τῶν Ἑλλήνων. Et, in alia quidem re, II. 38, 5. δῆλον, ὡς, τύχην μὲν λέγειν, οὐδαμῶς ἂν εἴη πρέπον· φαῦλον γάρ.

Verf. 8. *Verf.* 8. τοῖς Ῥωμαίοις. τοῖς deest Reg. F. 1. Vef. 1. Tub. 1. *Ibid.* παραπλησίαν δύναμιν ἔχοντος Ἀννίβα. Haud dubie probarem Ἀννίβου, (qua forma in genitivo uti solet Noster) nisi ad vitandum concursum diversorum genitivorum commodior nunc videretur alius casus, quem pariter fert sermonis usus.

Verf. 9. *Verf.* 9. εἶτα καὶ αὐτός. εἶτ' ἐν αὐτοῖς ed. 1. Med. Aug. Reg. F. 1. Vef. 1. Tub. 1. εἴ τε καὐτὸς in suo msto fuisse ait Vrsinus, quod ille in εἴ γε καὐτὸς mutandum censuit. εἶτα καὐτὸς ed. Casaub. & seqq. εἶτ' οὖν αὐτὸς Reg. E. καὶ αὐτός, absque εἶτ' vel εἶτα, Reg. D. Reg. G. Reg. F. 2. Vef. 2. Tub. 2. — *Ibid.* Ἀννίβας ἀποδοκιμάσας τὸν ἐξ ἀρχῆς ὁπλισμὸν &c. Notavit Suidas in Ἀποδοκιμ. — *Ibid.* αὐτοῖς. Intell. Καρχηδονίοις. — *Ibid.* τὸν ἑξῆς χρόνον Casaub. cum Vrsin. Reg. D. Reg. G. Reg. F. 2. Vef. 2. Tub. 2. τὸν ἐξ ἀρχῆς χρ. ed. 1. Aug. Med. Reg. E. Vef. 1. Reg. F. 1. Tub. 1.

Verf. 10. *Verf.* 10. Ἰταλικαῖς Reg. E. Reg. G. Reg. F. 2. Vef. 2. Ἰταλικοῖς edd. Aug. Med. Reg. D. Reg. F. 1. Vef. 1. — *Ibid.* σημαίαν, *manipulum Romanum.* σημαίαν recte cum Casaub. dederunt Reg. F. 2. Reg. G. & Vef. 2. Ceteri σημείαν. σπεῖραν φαλαγγιτικήν, *manipulum in phalangis modum armatum.*

matum. σημαίαν & σπεῖραν in Romana acie promiſcue pro *manipulo* dici, ſæpe vidimus. Conf. ad VI. 24, 5. & XI. 23, 1. Nomen σπεῖρα in phalange aliâs proprium definitumque uſum, pro certo militum numero, non habuit. Generatim vero *parvam* quamdam *manum* vel *catervam* deſignat, quam vernacula *un peloton* diceres. Illyriorum morem fuiſſe aciem per σπείρας inſtruendi, docet Polyb. II. 3, 2. aliisque locis ibi citatis. In Pyrrhi acie, σπεῖρα φαλαγγιτικὴ intelligi poterit ea manus militum, quam σύνταγμα vocatam Tactici docent, (Aelian. c. 19. Arrian. p. 29.) quæ 256 viris conſtabat, ſedecim viros in longitudinem, totidem in altitudinem habens: aut, ſi mavis, hujus dimidium, quæ τάξις adpellabatur, in alteram directionem ſedecim, in alteram octo habens, cujus ſumma conſtabat 128 militibus, & numero fere par erat manipulo Romano. Verſ. 10.

Verſ. 11. αὐτοῖς ἀπέβαινε. — „αὐτῷ legas, & ad Pyrrhum ſolum referas, an αὐτοῖς ſerves, eique cum Romanis communices, non multum intereſt.“ REISK. — In αὐτοῖς libri conſentiunt omnes. Verſ. 11.

Verſ. 12. χάριν τοῦ μηδὲν ἀντεμφαίνειν ταῖς ἡμετέραις ἀποφάσεσιν. ἀνεμφαίνειν ed. 1. temere & invitis msstis. ἀντεμφαίνειν probum verbum, & analogiæ conſentaneum, licet a lexicographis neglectum, idem videtur valere atque ἀντιδοξεῖν & τἀναντία γράφειν, quibus in ſimili diſputatione II. 56, 1. utitur noſter, vel idem ac ἀντειπεῖν. Quam in partem etiam Erneſtus in Lexic. Polyb. ἀντεμφαίνειν τινὶ, *adverſari*, *contra diſputare*, interpretatus eſt. Sed hanc ſi vim illi verbo tribuamus, videtur μηδένα ἀντέμφ. aut μηδὲν μηδένα ἀντεμφαίνειν legendum. conf. XVI. 14, 4. VIII. 9, 3 ſqq. Si μηδὲν ſolum teneamus, hæc fuerit ſententia, quam Caſaubonus expreſſit, *ne quid eſſet quod ſententiæ noſtræ, vel in ſpeciem, repugnaret.* Verſ. 12.

CAPVT XII.

Cap. XIII. Verſ. 1. *Verſ.* 1. *ἐχούσης τῆς Φάλαγγος τὴν αὐτῆς ἰδιότητα.* De *Phalangis* ratione & inſtructione plura jam, obiter quidem, monuit Polyb. XII. 19-21. quæ cum his, quæ nunc ex profeſſo docet, conferri merentur.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *ἐν τρισὶ ποσί.* Eodem modo Aelian. c. 11. *πεπυκνωμένος ἀνὴρ κατέχει πήχεις δύο.* Et Arrian. c. 19. p. 35. ed. Blanc. *ἀνὴρ ὁπλίτης εἱστήκει αὐτοῖς κατὰ πύκνωσιν ἐν δύο πήχεσι μάλιστα.* Aequivalent enim *duo cubiti tribus pedibus.* Et rurſus ipſiſſimis pæne Polybii verbis Aelianus cap. 14. *ὁ γὰρ ἀνὴρ ἵσταται σὺν τοῖς ὅπλοις κατὰ τὰς ἐναγωνίους πυκνώσεις ἐν πήχεσι δύο.* Adde Leonis Imp. Tactica, cap. 6. ſect. 39.

Ibid. *κατὰ μὲν τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν.* Eadem modo Aelian. l. c. Leo vero: *τὴν σαρίσσαν* (vel *σαρίσαν*, ut apud eum editur, & ut ipſe fortaſſe ſcripſit) *ὥσπερ μέν τινες ἔφασαν, πηχῶν ις'.* — *Ibid.* *κατὰ δὲ τὴν ἁρμογὴν τὴν πρὸς τὴν ἀλήθειαν.* *τὴν* poſt *ἁρμογὴν* abeſt Reg. F. 1. Veſ. 1. *τὴν* ante *ἀλήθειαν* abeſt Reg. D. Reg. F. 2. Reg. G. Veſ. 2. Simpliciter *κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν ιδ'.* ſcribunt Aelian. & Leo. Arrianus non niſi *XVI. cubitorum* meminit: unde reliqua ejus ratio differt a Polybii ratione.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *τούτων δὲ τοὺς τέσσαρας ἀφαιρεῖ τὸ μεταξὺ τοῖν χεροῖν διάστημα, καὶ τὸ κατόπιν σήκωμα τῆς προβολῆς.* *τοῖν χεροῖν* Reg. E. & nunc, & mox iterum, & eodem modo Aelianus. At quamquam *τὼ χεῖρε* dicunt Græci, *τοῖν χεροῖν* tamen non eſſe in uſu monuerunt grammatici. Pro *σήκωμα* corrupte unus Reg. D. *σκήνωμα* habet. *προβολῆς* recte Caſaub. cum omnibus quotquot vidi codicibus. Mendoſe *προσβολῆς* ed. 1. cum Aeliano. Sicut *προσβολὴ* XVIII. 1, 14. eſt *ea pars rei qua rem adgredi & prehendere poſſumus*, ſic *προβολὴ* hoc loco eſt *rei pars ea quam προβάλλομεν* vel *προβαλλόμεθα*, adeoque nunc ea *pars haſtæ, quæ prætenditur, quæ projicitur, quæ extra manum prominet.* conf. ad I. 53, 10. Aelianus, nullam rationem *τοῦ σηκώματος* poſt manus habens, nonniſi *duos cubitos* ſtatuit, quæ dece-

decedant de longitudine partis prominentis, ut ex quatuordecim cubitis ſuperſit longitudo duodecim cubitorum, quæ ante corpus viri projiciatur; quare in eis, quæ apud eumdem ſequuntur, ratio diverſa eſt a ratione quam tradit Polybius. Arrianus autem, licet cum Polybio *quatuor cubitos* ponat, qui de longitudine haſtæ decedant, tamen in reliquis rationibus deinde cum Aeliano conſentit, quoniam Arrianus totius haſtæ longitudinem ſedecim pedum poſuit. Apud eumdem vero Arrianum cum vulgo legatur, *καὶ τούτων οἱ μὲν δεκατέσσαρες τὴν χεῖρά τε τοῦ κατέχοντος καὶ τὸ ἄλλο σῶμα ἀπετείνοντο, σῶμα* illud fortaſſe ex *σήκωμα*, quod Polybius habet, corruptum eſt; ante *τὴν χεῖρα* vero haud dubie *ἐς* præpoſitio intercidit. Verſ. 3.

Verſ. 4. *ὅταν ἴῃ quum progreditur.* Prætulimus hoc vulgato *εἴῃ*, atque etiam neceſſarium putavimus ob id, quod ſequitur, *ἐπὶ τοὺς πολεμίους, adverſus hoſtes.* — *Ibid.* *προβαλλόμενος. προβαλόμενος*, in aoriſto, voluit Reiſkius, quod non neceſſarium putamus. Prorſus vero aliena Arcerii conjectura videtur, ad Aelianum p. 134. *προβαλλομένῃ* legere jubentis. *προβάλλομαι* (non *προβάλλω*) *τὴν σαρίσσαν*, eſt, *haſtam prætendo.* Verſ. 4.

Verſ. 5. *δύο προπίπτειν πήχεις.* Ratio hæc ita perſpicua eſt, ut difficile dictu ſit, quo pacto obſcura videri Reiſkio potuerit. Pro *προπίπτειν* nunc *προβαίνειν* habet ſolus Reg. E. — *Ibid.* *πρωτοστατῶν* h. l. & verſ. 7. recte edd. cum Arriano & pleriſque noſtris codd. *προστατῶν* Reg. D. Reg. F. 2. Reg. G. Veſ. 2. Tub. 1. 2. & Aelian. Mendoſe priori loco *προτοστατῶν* habet Reg. E. altero loco *προστατῶν.* Quid interſit inter *προστάτης* & *πρωτοστάτης* explicuit Arcerius ad Aelian. c. 14. Verſ. 5.

Verſ. 6. *Ὅμηρος.* Iliad. XIII. 131 ſqq. — *Ibid.* *ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ'.* Perperam libri noſtri omnes *ἄσπις δ' ἄρ'* cum ed. 1. Conjunctionem delevit Caſaub. — *Ibid.* *ἱππόκομοι. ἱπποκόμοι* Reg. D. E. — *Ibid.* *Φάλοισι* correxit Caſaub. *Φαλοῖσι* ed. 1. conſentientibus msstis. Verſ. 6.

 Verſ.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *προπίπτειν.* *προσπίπτειν* unus Reg. D. Ceteri recte. — *Ibid.* *ἀλλήλων κατὰ μῆκος.* Sic recte Caſaub. cum Reg. E. Reg. F. 2. Reg. G. & Veſ. 2. Ceteri *ἀλλήλων καὶ κατὰ μῆκος* cum ed. 1.

Cap. XIII.

CAPVT XIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *τὴν τῆς ὅλης φάλαγγος ἔφοδον καὶ προβολήν.* Speciem habere videri poteſt *ἔφοδον καὶ προσβολὴν,* quod voluit Arcerius ad Aelian. p. 135. id eſt, ut ille interpretatur, *impetum & impreſſionem.* Sed tenemus vulgatum, in quod conſentiunt libri; & per figuram illam orationis ſatis uſitatam, & Polybio inprimis frequentatam, quam *ἓν διὰ δυοῖν* grammatici vocant, *impetum & projectionem haſtarum* intelligimus *impetum qui fit haſtis projectis.* Eamdem in ſententiam Caſaubonus: *cum porrectis ſariſſis in hoſtem (phalanx) incumbit.* — *Ibid.* *ποιάν τινα εἰκὸς εἶναι.* Neceſſario ſic oportuit, & familiaris eſt hæc dictio Polybio: ſic cap. 15, 6. & ſæpe aliàs. *εἰκότων* habent Reg. F. 2. Tub. 2. Ceteri *εἰκότως,* quod ferri non potuit. Neque vero opus eſt *εἰκὸς αὐτὴν εἶναι,* ut putaverat Arcerius. — *Ibid.* *ἔχειν.* *ἔχει* unus Reg. D. — *Ibid.* *ἐφ᾽ ἑκκαίδεκα.* conf. ad XII. 19, 7.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. *πέμπτον.* *τὸ πέμπτον* ſcribendum putaverimus. *Ibid.* *συμβαλέσθαι.* *συμβαλλέσθαι* ed. Caſ. operarum errore. *Ibid.* *οὐδὲ ποιοῦνται κατ᾽ ἄνδρα τὴν προβολήν.* Rurſus *προσβολὴν* voluit Arcerius, vertens, *non viritim impetum faciunt.* *προβολὴν ποιεῖσθαι* haud dubie idem eſt ac *προβάλλεσθαι τὰς σαρίσσας.* Sed quid nunc dicat *κατ᾽ ἄνδρα,* & quid ſit hoc *viritim nonprætendunt ſariſſas,* fatemur nobis non liquere. Sane & hi, de quibus nunc agitur, qui in poſterioribus ſtabant ordinibus, pariter *viritim*, id eſt, *quiſque per ſe*, prætendebant ſariſſas: id differebat, quod hi non *recta in hoſtes intentas*, ſed *ſurſum ſpectantes* tenebant ſariſſas. An ergo *κατ᾽ ἄνδρα* nunc ſignificat *recta in virum*, id eſt, *recta in hoſtem*, *recta contra hoſtem?* qua fere ratione *τὴν μάχην ποιεῖσθαι κατά τινα* eſt *contra aliquem*

quem in acie stare, alicui in acie oppositum esse, XII. 22, 2. XVIII. 15, 3. &c. An οὐδὲ ποιοῦνται κάτω τὴν προβολὴν scriptum a Polybio suspicabimur? ut κάτω ποιεῖσθαι τὴν προβολὴν idem sit ac καταβάλλειν τὰς σαρίσσας, quod est proprium in ea re verbum, de quo & aliâs dictum est, & haud multo ante ad cap. 7, 8 seq. Possis etiam suspicari οὐδὲ ποιοῦνται κάτω ὀρθὴν τὴν προβολὴν, quemadmodum ὀρθαὶ μάχαιραι sunt *gladii qui recta in hostem intenduntur*, II. 33, 6. Vers. 2.

Vers. 3. τὸν κατὰ κορυφήν. τὴν κατὰ κορ. ed. Ern. operarum errore. — *Ibid.* τῶν πρωτοστατῶν edd. Aug. Ves. 1. putamus & Med. προστατῶν Reg. D. E. Reg. F. 1. 2. Reg. G. Ves. 2. Tub. 1. 2. & Ursin. quod h. l. utcumque ferri poterat, ubi οἱ προστάται simpliciter opponuntur τοῖς ἐφεστῶσι, & intelligi possunt *quicumque stant ante alios*, licet non in primo ordine locati. Ceterum conf. ad c. 12, 5. Mox *vers.* 4. rursus in πρωτοστάταις consentit Aug. & Reg. F. 1. & Ves. 1. προτοστάταις Reg. E. προστάταις Reg. D. G. Reg. F. 2. Ves. 2. Sed πρωτοστάταις Aelian. & Arrian. Vers. 3.

Vers. 5. κατὰ μέρος οὔσης. Cum οὔσης perperam ab ed. 1. prorsus abesset, ex conjectura Ursinus Τοιαύτης οὔσης scribere jussit, cui obtemperavit Casaub. Nos istud participium h. l. post μέρος reposuimus, ubi illud habet Reg. D. E. Reg. F. 2. Reg. G. Ves. 2. Tub. 2. Ceteri illud utrobique ignorant cum ed. 1. Vers. 5.

Vers. 7. ἀεί. αἰεὶ Reg. D. E. — *Ibid.* πρὸς τὸν τῆς πληγῆς καιρόν. — „ὁ καιρὸς τῆς πληγῆς est *plagæ vel ictus ratio*, ut quoque tempore, aliâs alia, infertur." REISKIUS. — *Ibid.* τῇ μαχαίρᾳ δ' ἐκ καταφορᾶς καὶ διαιρέσεως ποιεῖσθαι τὴν μάχην, *gladio cæsim & punctim pugnare.* ἐκ καταφορᾶς recte Casaub. cum Reg. D. E. Reg. F. 2. Reg. G. Ves. 2. & Tub. 2. Confer II. 30, 8. II. 33, 3. & 5. III. 114, 3. ἐκ μεταφορᾶς ed. 1. cum Med. Aug. &c. Ceterum in explicando hoc loco mire in diversa abierunt docti viri. LIPSIUS de Milit. Rom. III. 3. ἐκ μεταφορᾶς Vers. 7.

 tenens,

Verf. 7. tenens, (quod nimirum tunc unice vulgatum erat) *punctim* interpretatur; contra *ἐκ διαιρέσεως*, *cæfim;* ad verbum (ait) *ex divifione*, quia ictus ille dividit fcilicet abjungitque. „Sufpicatus tamen erat, *ἐκ διάρσεως* fortaffe legendum, ut apud Polyb. II. 33, 5. quod proprie fonat, *e fublatione.* CASAUBONUS quoque, ad Theophr. Charact. 4. *ἐκ διάρσεως* conjecerat, quod etiam ad Polyb. h.l. in ora Bafil. adnotavit. Sed id quidem *punctim* denotare non poteft, quod recte idem in verfione Polybii pofuit; *cæfim* autem non eft hujus loci, quia diverfa ratio effe debet *ἐκ διαιρέσεως* ab *ἐκ καταφορᾶς*, hoc ipfum vero *ἐκ καταφορᾶς* haud dubie *cæfim* fignificat. Hinc SALMASIVS ad Solinum acu rem tetigiffe putavit, *ἐκ διέρσεως* corrigere jubens; cujus fententiam probavit GRONOVIVS, fic ad h. l. fcribens: „Non funt hæc diverfi pugnarum modi; (*ἐκ καταφορᾶς*, & *ἐκ διαιρέσεως*.) Nam *διαίρεσις* dicitur, *quum brachium in diverfum panditur & attollitur ad ictum* cæfim inferendum; *καταφορὰ* vero, *quum ex alto defertur enfis*, quod idem. Offendit & Lipfius. Sed legendum *καὶ διέρσεως*. *Δίερσις* enim eft *tranffixio*, *puncta*, ut docte Salmafius ad Solinum p. 1071." [p. m. 754.] — REISKIVS, rejecta Salmafii Gronoviique ratione: „Ego vero, inquit, malim, fi quid mutandum fit, cum Cafaubono facere, ad Theophr. Char. 4. legente *διάρσεως*. Sæpe tamen nomina ab *αἱρεῖν* deducta permutantur cum nominibus ab *αἴρειν*. quod dubito fitne femper librariorum errori imputandum. *ἐξαίρεσις* eft idem atque *ἔξαρσις*, *expromtio*, *exportatio mercium e navi*, apud Diod. Sicul. T. II. p, 96, 27. Apud Plutarch. Opufc. p. 134, 35. eft *fublatio fui ad exfurgendum*, vel *ftatio erecta*, *διανάστασις*. *ἀναίρεσις τῶν νεκρῶν* eft dictio perquam frequentata, *fublatio cæforum ex acie*. *ἀναίρεσις τῶν ἀγκυρῶν* eft apud Philoftratum p. 358, 20. Conf. Dion. Caff. p. 438, 54. Ipfum vocabulum *διαίρεσις* pro *δίαρσις* occurrit apud Diodor. Sic. T. II. p. 175, 70. *κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν διαίρεσιν τοῦ Ῥωσάκου*, *quum in eo ipfo effet, ut fublatum altius gladium ad alterum ictum deferret:* ubi non recte

recte interpres." — Iam ecce rurſus ERNESTVM, qui Verſ. 7.
in Lexico Polybiano, cum *ἐκ διαιρέσεως punctim* interpretatus eſſet, ſic pergit: „Sed aut ſcribendum *διέρσεως* cum Salmaſ. ad Solin. & Gron. ad h.l. quod probo; vel *διάρσεως* cum Caſaub. ad Theoph. Char. 4. ut ſit *cæſim.* Vulgatum tamen utcumque defendi poſſe, & analogia, & exemplo Diodori Sic. II. 175. *κατὰ τὴν αὐτὴν διαίρεσιν τοῦ Ῥωσάκου,* Cl. Reiſkius exiſtimat. Sed in loco Diodori *διαίρεσιν* eſſe *elationem manus ad feriendum*, non credo, nec ſinit contextus. Atque etiam in loco Polybii [hoc ipſo, de quo quærimus] *τὸ cæſim* jam per *καταφορὰν* expreſſum eſt, ut *διάρσει* & *ſublatione manus* non ſit opus." — Vtique & ex ipſa loci hujus connexione, & ex II. 30, 8. II. 33, 6. VI. 23, 7. & Fragm. hiſtor. 14. ſatis intelligi videtur, id hic dixiſſe Polybium, *Romanos & caeſim & punctim gladiis uti ſolitos.* Itaque, quum *ἐκ καταφορᾶς* haud dubie *cæſim* ſignificet, (nam *ἐκ μεταφορᾶς* manifeſte corruptum,) non eſt dubitandum, quin *ἐκ διαιρέσεως*, aut ſi quid aliud pro hoc Polybius ſcripſit, *punctim* denotat. Neque vero ratio ulla cogit, ut veritatem hujus ſcripturæ, in quam conſentiunt libri omnes, ſuſpectam habeamus; præſertim quum vocabulum *διαίρεσις* ipſa ſua origine idem fere atque *διάληψις* (*interceptio*) ſonet, & perinde uſus gladii *ἐκ καταφορᾶς* uſui *ἐκ διαλήψεως* opponatur II. 33, 6. atque hoc loco uſui *ἐκ διαιρέσεως.* Quare quemadmodum *ἐκ διαλήψεως*, ut ad II. 33, 6. & ad XVI. 33, 3. docuimus, *punctim* denotat, eamdem vim *ἐκ διαιρέσεως* habere debet. Eadem dictio *μάχεσθαι ἐκ διαιρέσεως ταῖς μαχαίραις* ex neſcimus quo auctore, quem Polybium eſſe Toupius ſibi perſuaſerat, Suidas ad vocem Πνεύσας citavit; quod fragmentum nos etiam, admodum licet de auctore dubitantes, in Polybii Fragmentis grammaticis num. CVII. exhibuimus, ubi quidem Lipſii (loco ſupra cit.) & Toupii (Emendd. in Suid. Part. III.) auctoritatem ſecuti, *ἐκ διάρσεως* ſcripſimus, (Porto etiam & Küſtero ita ſuadente,) ſed contra librorum fidem, & nulla ſatis idonea poſcente cauſſa. De Diodori

Verf. 7. Siculi loco, ad quem Reiſkius provocavit, recte Erneſtus monuit, non eam ibi eſſe vim vocabulo *διαίρεσις* ſubjectam, quam Reiſkius. Et ſane etiam reliqua orationis ſtructura adverſatur Reiſkii interpretationi: oportuiſſet enim *κατ' αὐτὴν τὴν διαίρεσιν*, non *κατὰ τὴν αὐτήν*. Neque ita male interpres ibi *διαίρεσιν hiatum* vertit; quod etiam Weſſelingius probavit, in indice græco monens, de *vulnere* ibi accipiendum hoc vocabulum.

Verf. 8. *Verſ.* 8. *καὶ κατὰ παραστάτην.* Caret h. l. *κατὰ* ſolus Reg. D. *Verſ.* 9. In *πρωτοστάτας* & *verſ.* 10. in *πρωτοστάταις* eadem in libris obtinet varietas, quae ſupra.

Verf. 10. *Verſ.* 10. *συμβάλλεσθαι.* *συμβάλεσθαι* Reg. F. I. Reg. G. *συμβαλέσθαι* ed. 1. invitis msstis. *Ibid.* *μήτε πρὸς τὴν βίαν, μήτε πρὸς τὴν τῶν μαχαιρῶν ἐνέργειαν.* — „Imo vero *πρὸς τὴν τῶν σαρισσῶν.* Nam *πρὸς* hic loci non eſt *ad*, in uſum & commodum vel emolumentum; ſed *adverſus*, *contra*, cum repugnantia & adverſatio ſignificatur. Pone ſtantes in acie Romana nihil poſſunt ante ſtantibus conferre aut prodeſſe, neque adverſus vim, impetum & impreſſionem corporum Macedonicorum, neque adverſus efficaciam ſariſſarum Macedonicarum.“ REISKIVS. — At gratuito hæc omnia ſumit vir optimus, velut conſulto dubia nectere voluiſſet. Perſpicua eſt Polybii ſententia, & clarus ſermo: *apud Romanos ii, qui pone ſtant, nihil conferunt prioribus ordinibus, neque ad vim*, (nempe *ad vim impreſſionis;* quemadmodum in Macedonum denſata phalange poſteriores ordines ſuo pondere priores premunt & vim eis addunt; quod apud Romanos, multo laxius & duplo majoribus intervallis ſtantes in acie, non obtinet;) neque *ad gladiorum efficaciam:* nempe in phalange, conſertæ ſariſſæ ſibi mutuo aliæ aliis vim & efficaciam addunt; apud Romanos, gladiorum nullus omnino uſus eſt, niſi in eorum manibus, qui in primo ordine ſtant.

Verſ.

Verſ. 11. ὡς οὐχ οἴονἰει ὡς perperam carent ed. 1. & cod. Med. *Ibid.* τηρούσης τὴν αὐτῆς ἰδιότηἰα. Sic recte Reg. F. 2. Reg. G. Veſ. 2. Tub. 2. ἢ τηρούσης Reg. D. E. Veſ. 1. ἢ τειρούσης ed. 1. Aug. Reg. F. 1. Tub. 1. Importunam particulam recte delevit Caſaub. ſed ad τηρούσης adjecit γε, τηρούσης γε τὴν αὐτ. ἰδ. citra neceſſitatem, & contra librorum fidem. *Ibid.* ὡς ἐκ ἀρχαῖς εἶπα. vide c. 12, 1. Verſ. 11.

CAPVT XIV. Cap. XIV.

Verſ. 1. Τίς οὖν αἰτία Caſaub. cum Reg. D. Reg. F. 2. Reg. G. Veſ. 2. Tub. 2. Τίς οὖν ἂν αἰτία Aug. Med. Vrſin. Reg. F. 1. Veſ. 1. Tub. 1. Τίς ἂν οὖν αἰτία Reg. E. Τίς ἂν αἰτία ed. 1. Τίς οὖν ἡ αἰτία malimus. Verſ. 1.

Verſ. 2. καὶ τοὺς καιρούς. Caret h. l. καὶ ſolus Reg. E. *Ibid.* ἕνα καιρὸν εἶναι καὶ τόπον, ἓν γένος. — Forte καὶ τόπον ἕνα. καὶ πολεμίων (vel πολέμων) ἓν γένος, ἐν οἷς δύναται." REISKIVS. — Nil opus interſerto vocab. πολέμων aut πολεμίων. Sed aut valde nos fallimur, aut ſic ſcripſerat Polybius, ἕνα καιρὸν εἶναι καὶ τόπων ἓν γένος. Verſ. 2.

Verſ. 3. μέλλοιεν. Perperam μέλοιεν ed. 1. Aug. Reg. F. 1. Verſ. 3.

Verſ. 4. καὶ τοῦτο ποιεῖν ῥαδίως. — „Aut ποιοῦσι ῥαδίως legendum, aut ποιεῖν ῥάδιον." REISKIVS. — Quidni ad τοῦτο ποιεῖν ῥαδίως ex præcedentibus referetur δυνατόν? *Ibid.* Φοβερόν. Perperam Φανερὸν F. 1. Veſ. 1. Tub. 1. Verſ. 4.

Verſ. 5. μηδὲν ἐμπόδιον. Temere μηδὲν ἔμπεδον Reg. D. *Ibid.* συναγκείας edd. cum Reg. F. 2. Reg. G. Veſ. 2. Tub. 2. συναγκίας Aug. Reg. D. E. συναγγίας Reg. F. 1. Veſ. 1. Ante hoc nomen vero particulam καὶ praeponunt Reg. D. & Veſ. 2. Verſ. 5.

Verſ. 7. ὑπάρχει cum Scalig. correxit Caſaub. Mendoſe ὑπάρχειν ed. 1. conſentientibus omnibus codd. Verſ. 7.

Verf. 8. *Verf.* 8. τόπους εὑρῆσθαι recte Cafaub. cum Aug. Reg. D. Reg. F. 2. Reg. G. Vef. 2. ἐσευρῆσθαι ed. 1. Reg. 1. Vef. 1. fyllaba ἐς per errorem ex litera σ, in quam definit præcedens vocabulum, ortum trahente. εὑρᾶσθαι Reg. E. et Vrfin. *Ibid.* συγκαταβαίνωσι. Perperam συγκαταβαίνουσι ed. 1. Reg. F. 1. 2. Reg. G. Tub.

Verf. 10. fq. *Verf.* 10. ἀκοντὶ ed. Gron. & Ern. cum Reg. D. Reg. F. 2. Reg. G. Vef. 2. ἀκονητὶ ed. 1. 2. cum cett. codd. *Verf.* 11. ἀπολιποῦσα Aug. Reg. D. Reg. F. 1. 2. Reg. G. Vef. 1. 2. Mendofe ἀπολειποῦσα ed. 1. Reg. E.

Verf. 12. *Verf.* 12. καὶ τὸν ἕνα καιρὸν codices noftri omnes: recte conf. verf. 2. κατὰ pro καὶ temere ed. 1. unde Cafaubonus accepit. *Ibid.* ὑποβάλῃ. ὑποβάλλῃ Reg. D. E. Vef. 2.

Cap. XV.

CAPVT XV.

Verf. 1. *Verf.* 1. Tolle comma poft τεκμαίρεσθαι, quod nefcimus quo pacto in contextum noftrum irrepfit.

Verf. 3. *Verf.* 3. προσβάλλοντες, fcilicet αὐτοῖς, *impetum in illos facientes.* Sic correxit Cafaubonus. προβάλλοντες ed. 1. Aug. Reg. E. Reg. F. 1. 2. Vef. 2. προβάλοντες Reg. D. προβάλλοντας Reg. G. Verbum hoc cum nonnullis præcedentibus prætermifit Vef. 1.

Verf. 4. *Verf.* 4. τοὺς προσκειμένους recte idem Cafaub. cum Reg. D. Reg. F. 2. & Vef. 2. προκειμένους ed. 1. cum cett. codd.

Verf. 6. *Verf.* 6. εἰκὸς εἶναι. εἰκὸς deeft Reg. F. 1. & Vef. 1.

Verf. 9. *Verf.* 9. παρέχεσθαι χρείαν. τὴν χρείαν malimus.

Verf. 11. *Verf.* 11. κατὰ σημαίαν Cafaub. cum Reg. D. Reg. F. 2. Reg. G. Vef. 2. Ceteri κατὰ σημείαν cum ed. 1. *Ibid.* ἄν τε καὶ κατ᾽ ἄνδρα. καὶ omittunt foli Reg. E. & Reg. G.

Verf. 13. *Verf.* 13. Περὶ μὲν οὖν τούτων. Particulam οὖν, perperam vulgo omiffam, inferuimus cum Reg. D. E. Reg. F. 2. Reg. G. Vef. 2. Tub. 2. *Ibid.* μνήμην. ποιήσασθαι τὴν μνήμην Reg. F. 1. Tub. 1.

CAPVT

CAPVT XVI.

Cap. XVI. Verf. 2.

Verf. 2. γράμματα. Perperam πράγματα Reg. D. Eadem vocabula & alibi inter fe commutata a librariis vidimus.

Verf. 4. ἴσως μὲν οὖν καὶ ἑτέροις &c. Hæc, & quæ fequuntur, habuit etiam codex Peirefcianus in Eclogis de Virtutibus & Vitiis. *Ibid.* εὐλαβῶς ἵσταθαι. Vide ad cap. 3, 2. *Verf.* 6. σαφῶς ἐδηλώσ. ἐδηλώσαμεν σαφῶς Reg. D. Verf. 4.

Verf. 7. μεταθέμενος τοῖς ἐκ τῆς τύχης ἐλαττώμασιν. μετατιθέμενος voluit Reifkius: putamus, ut Verf. 7.
fit paffivum, quod hic utique defiderari videtur, non medium. Eft enim fententia, *per fortunæ adverfitatem mutatus*, fcil. in *meliorem partem mutatus*, *refipifcens, fefe corrigens.* Cafaubonus: cujus interpretationem contextui fubjecimus, ita vertit, quafi effet συμμεταθέμενος, quod non neceffe erat. *Ibid.* εὐλογιστότατα. εὐλογιστότατον ed. 1. cum Reg. F. 1. & Vef. 1., minus recte. *Ibid.* καθ' αὑτόν. καθ' ἑαυτὸν Reg. D. Vef. 2. De fententiis nonnullis, quæ hoc loco infertæ funt in codice Reg. D. diximus in Præfat. ad Tom. II. p. 9 fq.

CAPVT XVII.

Cap. XVII Verf. 1.

Verf. 1. Καθόλου τῇ περὶ τὰ λάφυρα &c. Mira fortuna hoc loco ita colligi & in ordinem componi potuerunt difcerpta Hiftoriæ Polybianæ membra, quæ partim per Antiqua, quae vocamus, Excerpta, partim per Eclogas de Legationibus difperfa erant, partim per Eclogas de Virtutibus & Vitiis, ut nullus fere hiatus in narratione fuperfit. Quæ in extremo capite 16. leguntur, ea cum his, a quibus incipit fexta Legationum Ecloga, ita prope conjuncta funt, ut apud Livium XXXIII. 11. utraque res uno eodemque capite fit comprehenfa: *Quinctius, captivis prædaque venumdatis, partim militi conceffis, Lariffam eft profectus. - - Caduceator eo regius venit, fpecie ut induciæ effent; - - revera ad petendam veniam legatis mittendis. - - - Sed & fuccenfebat*

Verſ. 1. *cenſebat (Quinctius) non immerito Aetolis, ob inſatiabilem aviditatem prædæ, & adrogantiam eorum* &c. Vrſinus ait, *hanc de Pace cum Philippo facienda Titi & Græcorum conſultationem* expreſſam fortaſſe fuiſſe a Livio in ea libri XXXIII. parte, quae deſideratur. Scilicet in vetuſtis Livii editionibus deſiderabatur prior pars libri XXXIII. uſque ad cap. 17. quæ pars primum anno 1616. ex codice Bambergenſi Romæ eſt edita, ut docet Fabricius in Biblioth. latina, & Drakenborch. ad Liv. XXXIII. 1. & in Syllabo praecipuarum Editionum Livii Tom. VII. Livii Drakenb. p. 339. Dehinc Eclogam hanc Polybianam cum Livio ſtudioſe contulit Io. Frid. Gronovius in Notis ad Livium, & Perizonius in Animadverſſ. Hiſtoricis cap. 9.

Ibid. εἶτ᾽ οὐκ ἐβούλετο. Poteſt εἶτ᾽ ex εἶτα eſſe, *deinde*: Sed fortaſſe etiam εἴ τ᾽ ſcribi debuit, ex εἴτε, ut alterum εἴτε, ad quod hoc referebatur, initio Eclogæ interciderit, quæ fuit Reiſkii ſententia, ut ita olim fuerit: εἴτε καθόλου τῇ περὶ τὰ λάφυρα πλεονεξίᾳ τῶν Αἰτωλῶν προσέκοψε, quod verbum inſerendum Gronovius cenſuerat, vel δυσηρεστεῖτο, quod conjecit Reiſkius.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. τὰ δὲ προκείμενα. Conjunctionem δὲ inſeruimus ex codice Bavarico Eclogarum de Legationibus. Quam quum perperam omiſiſſet Vrſinus in ſua editione, Caſaubonus ex conjectura καὶ τὰ προκείμενα edidit,

Verſ. 4. *Verſ.* 4. δυσχρηστίας recte Caſaub. & cod. Bav. δυσχρηττείας ed. Vrſ. *Ibid.* Κυκλιάδας. mendoſe Κλυκλιάδας mssti. De *Demoſthene & Cycliade* vide XVII. 1, 2.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. πεντεκαιδεχημέρους una voce recte habet Bav. ut Caſaub. Perperam Vrſinus ſic edidit, μετὰ τῶν χιλιάρχων πέντε, καὶ δεχημέρους. *Ibid.* κοινολογησόμενος perſpecte ex conject. correxit Caſaubonus; *conſtituit etiam ſe cum Philippo conventurum, & de rebus præſentibus communicaturum, vel collocuturum.* In eamdem ſententiam Livius: *& cum ipſo rege conſtitutum conloquium.* Contra Vrſinus cum msstis: συνε-

συνετάξατο δὲ καὶ συμπορεύεσθαι τῷ Φιλίππῳ κοινολογησομένους. Quod qui primus ita fcripfit, nefciverat, συμπορεύεσθαί τινι Polybium ufurpare pro *convenire*, & figillatim *congredi cum aliquo ad colloquium*, ut XV. 5, 10. XXXIX. 1, 12. Itaque hoc dici a Polybio illo putaverat, *conftituit ut* (cum legatis Philippi) *fimul proficifcerentur, qui cum ipfo communicarent*: at fic oportuiffet συμπέμπειν, non συμπορεύεσθαι, & aut nomen eorum, qui cum Philippo communicaturi erant, edendum erat, aut adjiciendus faltem articulus τοὺς κοινολογησομένους. Verf. 1.

Verf. 6. ἐξεκάετο. ἐξεκούετο Bav. confufis vocalibus α & ου. Eamdem verbi formam, κατακάω, pro κατακαίω, notavimus ad XVI. 34, 9. Verf. 6.

Verf. 7. ἐπιπολαζούσης. Sic recte Bav. ut edidit Cafaub. & in ora notaverat Vrfinus, qui in contextu ex fuo codice ἐπιπελαζούσης pofuit. Etiam aliud nefcimus quid in fuo codice turbatum h. l. fuiffe Vrfinus ait; Bavaricus nil difcedit a noftro exemplo. *Ibid.* καὶ τοῦ χαρακτῆρος τούτου νομιστευομένου παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς. Bene Cafaub. *quum ea morum nota pro legitima obtineret apud Aetolos.* Et nomen & verbum e re monetaria tranflatum. χαράκτερ proprie eft *fignum monetæ impreffum.* νομιστεύειν, ut docent exempla a Suida citata, eft *monetam cudere, fignatam pecuniam facere:* fed νομιστεύεσθαι h. l. idem fere effe debet ac νομίζεσθαι, *pro legitimo haberi & judicari, in ufu effe:* quod ipfum verbum pariter de moneta ufurpatum vide apud Lucianum, eo loco quem Reifkius inferius citavit ad cap. 23, 3. Verf. 7.

Verf. 8. τὸν δὲ Τίτον. Conftanter & in Eclogis de legationibus & in Valefianis Eclogis Τῖτος & Τῖτον cum *circumflexo* accentu editum erat. Quod non improbamus nos quidem; fed cum in Antiquis Excerptis cum *acuto* conftanter efferatur idem nomen, eamdem rationem, quum adhuc fecuti fumus, porro tenendam putavimus Et in codice noftro Bav. quidem pariter Τίτος fcribitur. Verf. 8.

CAPVT

Cap. XVIII.

CAPVT XVIII.

Verf. 1. *Verf.* 1. Ἐγὼ δὲ κατὰ μὲν τοὺς ἀνωτέρω χρόνους &c. Totum hoc Caput prætermifit compilator Eclogarum de Legationibus, fed in fua fcrinia retulit alter compilator, qui de Virtutibus & Vitiis Excerpta fecit: ex verbis autem, quæ in eifdem Excerptis præmiffa funt huic capiti, & quæ ibidem fequuntur, didicimus, hoc ipfo loco illud effe inferendum. *Ibid.* καὶ κοινήν. Percommode hic ftat particula καὶ, quam nefcimus cur deletam Reifkius voluerit.

Verf. 4. *Verf.* 4. Αἰμίλιος. Sic recte Suidas in Λεύκιος Αἰμίλιος, ubi plura retulit ex hoc Polybii loco. — *Ibid.* κύριος. Καὶ κύριος γενόμενος Suidas. — *Verf.* 5. ἠβουλήθη. ἐβουλήθη idem.

Verf. 6. *Verf.* 6. — „Poft οὐδ' εἰς τέλος videtur διαλῦσαι deeffe, vid. p. 1454, 8. [XXXII. 8, 4.] nam ἀποδοῦναι e fuperioribus fubaudire velle, eft paulo durius." REISKIVS. — Nobis in vulgato adquiefcendum videtur, in quod & Suidas confentit. — *Ibid.* εἰ μὴ καὶ τὴν ἐνδουχίαν. Particulam καὶ, cum deeffet vulgo, ex Suida adjecimus. *Ibid.* ἔτι τινάς. καί τινας Suid. — *Ibid.* τῶν κτήσεων. Intellige ἐγγείων κτήσεων, quod diferte dicit XXXII. 8, 4.

Verf. 9. *Verf.* 9. Πόπλιος Σκιπίων &c. Hæc (ufque verf. 12.) in fcrinia fua retulit Suidas, ad vocab. Πόπλιος. — *Ibid.* Ποπλίου δὲ, τοῦ Μεγάλου κληθέντος. — „*Africanus major* cognominatur apud Ciceronem aliofque, ad differentiam *minoris Africani.* Eadem ratione *Cato major* eft dictus, quem Græci πρεσβύτερον dicerent. Sed Africanum *Magni* cognomen habuiffe, nemo ut opinor dixit." VALESIVS. — „τοῦ μεγάλου κληθέντος, non ex rebus geftis, fed ætate: quod idem in reliquis fimilibus ufu venit, ut in Conftantino M. Carolo M. μέγας & *magnus*, eft *vetuftior aliis cognominibus.* Sed latinitatis melioris auctores non hic *magnus*, fed *major* ufurpant, ut *Africanus major, Cato major.*" REISKIVS. — Conftantinum & Carolum Magnum cognomen hoc ab ætate, non a rebus geftis, obtinuiffe,

tinuisse, a nemine observatum meminimus, & ægre nobis persuademus: alios, veluti Alexandrum, Antiochum, Pompejum, idem cognomen non ab ætate, sed a rebus gestis, tulisse, compertum habemus. *Scipioni Africano*, ei qui secundo bello Punico finem imposuit, *majoris* cognomen dedisse Romanos, quo eum a *minore Africano* distinguerent, a quo eversa Carthago est, nemo ignorat: sed *Magni* cognomen eidem Scipioni tributum, quamquam Perizonius in Observatt. histor. cap. 1. ex Plutarcho etiam & Polyæno ei vindicat, apud neminem Romanum scriptorem legitur. μέγαν eum Polybius & hoc loco & XXXII. 13, 1. & cum Polybio Plutarchus & Polyænus locis a Perizonio citatis vocant, eadem prorsus ratione, eademque sententia, qua *majorem* Romani cognominarunt. Eodem modo Πτολεμαῖος ὁ πρεσβύτης, (in positivo, non ὁ πρεσβύτερος,) XXVIII. 19, 4. vocatur, qui erat *major natu* inter duos fratres, rursusque XXXI. 20. ubi nil opus erat cum Vrsino πρεσβυτέρου scribere pro πρεσβύτου, quod ibi codices dabant. Conf. notata ad IX. 22, 2. Vers. 9.

Vers. 10. μέτριος ὢν κατὰ τὴν ὕπαρξιν, ὡς Ῥωμαῖος. — Vers. 10.
„ Hæc verba ancipitis sunt & ambigui sensus. Vtrum enim, *Scipionis opes mediocres fuisse, ut reliquorum fere Romanorum*, voluit dicere? an potius, *mediocres ei facultates fuisse, si cum ceteris Romanis compares?* [Haud dubie posteriori hoc modo Polybius dixit: & ea ratione constanter accipiendæ sunt hujusmodi locutiones.] Eandem sermonis ambiguitatem meminimus nos in Thucydide notare, qui de Brasida Spartano scribit: ὅτι ἦν οὐκ ἀδύνατος εἰπεῖν ὡς Λακεδαιμόνιος. [lib. IV. c. 84.] quod ita explicat Aelianus lib. XII. Variæ Historiæ [cap. 50.] quasi dicere voluerit Thucydides, dicendi imperitos fuisse Spartanos, ac Brasidam fuisse, *ut inter Spartanos*, facundum: sic enim Latini dicunt. Livius lib. XXXII. [c. 33.] *princeps Aetolorum Alexander, vir, ut inter Aetolos, facundus.*" VALESIVS.

Vers. 11. οὐχ οἷον δὲ τῶν ἐξ αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος ἀπέσχετο μόνον. Post Καρχηδόνος in Suidæ editionibus infe- Vers. 11.

ritur

Verf. 11. ritur vocabulum νομισμάτων, quo tamen facile caremus: & a probato codice Parifino Suidæ pariter abeffe illud teftatur Küfterus. Satis eft, ex feqq. intelligere h. l. οὐδέν. — „οὐχ οἷον, fequente nihilominus μόνον, rarum & mirum eft, cum in οἷον jam infit illud μόνον. Mirifica certe & mihi nondum fatis perfpecta ratio illius οὐχ οἷον.“ REISKIVS. — Vtique abeffe poterat μόνον, ut I. 20, 12. III. 82, 5. XI. 19, 3. & per merum pleonafmum adjectum eft, nifi ex gloffa ortum ftatuamus.

Cap. XIX.

CAPVT XIX.

Verf. 4. *Verf.* 4. Ἀθαμᾶνας accentu circumflexo fcripfimus, ut eft apud Stephanum & alios. Sic & XXIII. 6, 3. edd. omnes. Ἀθαμάνας h. l. ed. Cafaub. & feqq. Corrupte Ἀθαγμάνας Vrfin. Ἀθαμονὰς Bav.

Cap. XX.

CAPVT XX.

Verf. 2. *Verf.* 2. οὐδενί. οὐδεσὶ Reifkius voluit, quia fequitur ἀναστάτους τούτους. Nec tamen aliâs paffim dedignatur Polybius a fing. numero ad pluralem fubito tranfire.

Verf. 3. *Verf.* 3. πίστιν δ' ἔχειν. Sic fcribendum monuit Gronov. ad oram fui exempli. — *Ibid.* ἔκ τε τῶν κατ' Ἀννίβαν. Præcedente ἔκ τε, requiri deinde videtur καὶ ἐκ τῶν κατὰ Καρχηδ. Sed fimul fupponit ifta particula τε, per fe diverfa effe hæc duo, κατ' Ἀννίβαν, & κατὰ Καρχηδονίους, nec effe inter fe conjuncta. Quæ quoniam re ipfa conjuncta funt, & eodem pertinent, incommode utique hic ftare illa particula videri poterat. At nimirum referri illa debebit ad id quod fequitur, de *Philippo*, quem & ipfum non penitus tollere fe velle jam antea fatis fignificaffent. Eodem modo Livius hæc connectit: XXXIII. 12. *Omittere fe Carthaginienfes. Cum Philippo ipfo quoties ventum in colloquium?*

Verf. 5. *Verf.* 5. τοῦ περὶ τῆς διαλύσεως συλλόγου. Nefcimus utrum ex codice fuo, an ex ingenio fic ediderit Vrfinus: perfæpe enim rationem non reddit mutationum, quas ex con-

conjectura ipſe adtulit. De re conſule, lib. XVII. c. 1 ſqq. ubi videbis, per *aliquot dies* continuatum eſſe colloquium, & *diverſis in locis* habitum: quare commode plurali numero uti Polybius potuit τῶν συλλόγων, *colloquiorum.*

Verſ. 7. Πολεμοῦντες γὰρ &c. Sententia hæc in earum eſt numero, quæ ex ora codicis Vrbinatis Caſaubonus, & ex alio ſimili codice, qui ſicut Vrbinas Excerpta Antiqua continebat, Vrſinus in Fragmentis Polybii retulit. Eadem ſententia etiam in codice Reg. D. conſignata eſt, ut monuimus in Præf. Tomo II. præfixa, p. 9. Verſ. 7.

Verſ. 9. τάχα γὰρ αὐτοὺς πεῖραν λήψεσθαι. Ab oratione recta, qua modo uſus erat, ſubito ad obliquam, quam vocant grammatici, tranſit. De vocab. τάχα vero bene monuit REISKIVS: „τάχα hic poſuit pro ταχέως, ut rurſus hoc pro illo p. 1133, 25. 1193. fragm. 46, 5. [XXI. 12, 7. XXIV. 1, 1. At his in locis ταχέως ita uſurpatur, ut Latinorum *continuo, facile.*] Ita quoque ταχὺ pro τάχα uſurpavit Aeſchines p. 26, 3. Et Lycurgus p. 156, 39. ταχέως pro τάχα, ubi male Taylor ſolicitat, & 166, 41. ταχὺ pro τάχα, *forſitan,* eſt apud Liban. epiſt. 1238, 3." REISKIVS. — Τάχα pro ταχέως poëtis aliâs utique, quam hiſtoricis, familiarius. — *Ibid.* τῆς Θρᾳκῶν. Codex Bav. in contextu τῆς Θράκης habet, ſed in marg. γρ'. τῆς Θρᾳκῶν. Verſ. 9.

Verſ. 10. καὶ τοὺς παρόντας. Temere particulam καὶ ſolicitavit Reiſkius, & κατὰ maluit. Livii locus XXXIII. 30. ad quem ille provocat, nil huc facit, ſed ad rem tempore poſteriorem pertinet. — *Ibid.* τὰ πρότερον, recte Vrſin. & ſeqq. edd. τὰ πρότερα Bav. — *Ibid.* βουλευομένους. — „Debetur id F. Vrſino, in cujus codice [ſicut in Bav.] fuit βουλομένους. recte. Sed deeſt aut πολεμεῖν aut διαλύεσθαι inter εἶναι & βουλομένους, quorum utrumvis etiam in ipſa illa vulgata deeſt: & præterea deberet βουλευσαμένους in aoriſto legi. Sed, ut diximus, βουλομένους probum eſt. *Aetolis licere & integrum eſſe, ſeorſim ſuo nomine atque periculo cum Philippo aut bellum continuare, aut* Verſ. 10.

Verſ. 10. *paciſci, prout ipſis viſum eſſet.*" REISKIVS. — Immo vero, quod ſæpe a librariis factum vidimus, ut verba βούλεσθαι & βουλεύεσθαι temere inter ſe permutaverint; (vide ad IV. 22, 2. V. 67, 8. &c.) id hoc loco eo facilius fieri potuit, ubi in proxima linea ſequitur ipſum verbum βουλομένου, ad quod aberravit fugitivus oculus. Et perſpecte hic utique βουλευομένους correxit Vrſinus. Neque vero quidquam amplius deſideraturus fuiſſet Reiſkius, ſi cogitaſſet, κυρίους εἶναι βουλευομένους idem prorſus valere ac κυρίους εἶναι βουλεύεσθαι. Sic ſane & aliâs illam dictionem κύριον εἶναι cum participio conſtruit Polybius, loco infinitivi, III. 85, 2. VI. 37, 8. Igitur perſpicua atque integra ſententia eſt: *Aetolis liberam poteſtatem eſſe pro ſe ipſis conſilium quodcumque voluerint capiendi.* Dixerat nempe proxime ante hæc verba Titus, ſe & reliquos Romanos, qui adeſſent, ex arbitrio ſenatus Romani pendere.

Cap. XXI.

CAPVT XXI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ὑπετέμετο τὰς πάντων ὁρμὰς, *omnium ſtudia* vel *impetum ſuccidit, inhibuit.* Eadem fere ſententiâ XX. 9, 8. ἐπιτεμὼν αὐτῶν τὴν ὁρμὴν ait.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Λάρισσαν. Λάρισαν ed. Vrſ. Prorſus vero mendoſe Λάρησον Bav. — *Ibid.* Θήβας τὰς Φθίας, Ἐχῖνον. — „Sine alea eſſe hanc maximi Caſauboni conjecturam judicavi, & protinus in contextum adſcivi. Vide lib. XVII. cap. 3. & eadem ſunt apud Livium. [XXXIII. 13.] Vulgo τὰς Φθίας ἔχειν." GRONOV. — „Recte recepit Gronovius e Caſauboni latinis Ἐχῖνον, auctore Livio. Natus error primum e permutatione ει cum ι, quæ ſolennis eſt; deinde ex omiſſione compendii in fine nominis, terminationem ον ſignificantis." REISKIVS. — Eodem errore codex Bav. tenetur, quo Vrſini liber.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τῶν μὲν ἄλλων οὐκ ἔφη δεῖν οὐδεμίαν, ſcil. παραλαμβάνειν Αἰτωλούς. Perſpicua ſententia, præſertim ſi conferas rationem hujus dicti, quam mox ſubjicit Titus. In

In verbo δεῖν sine causa hæsit Vrsinus, λαβεῖν aut aliud simile verbum pro δεῖν ponendum conjiciens.

Vers. 5. οὐ βουληθῆναι. — „Subaudi e præmissis, παρακληθῆναι. *Cum eos invitasset ad fidem Romanam,* (scil. *suscipiendam,*) *noluisse eos invitari*, vel, noluisse pati se ad eam blandis verbis adduci. Ad hunc modum potest locus defendi: &, ut verum fateamur, nihil videtur esse mutandum. Fuit tamen, cum παραδοῦναι vel similis infinitivus deesse videretur.“ REISKIVS. — Sic & Gronov. suspicatus erat, qui ad oram sui exempli adscripsit: „*an deest* διδόναι?“ — Ac nobis sane etiam nunc π α ρ α δ ο ῦ ν α ι deesse videtur. — *Ibid.* ὑποχειρίων. Mendose ὑποχωρίων Bav. — *Ibid.* ὡς ἂν προαιρῆται. προαιρεῖται idem Bav. Vers. 5.

Vers. 6. καθότι συνεπολεμήσαμεν νῦν. Cum inde ab Vrsini editione particula νῦν, interserto ante eam commate, vulgo separata esset a præcedentibus, & cum sequentibus conjuncta, bene monuit REISKIVS, comma post νῦν esse collocandum. Et — „Nescio, inquit, qui factum sit, ut locus hic, in se perspicuus, & Livio & Casaubono esset pæne fataliter obscurus. Huic quidem potuit interpunctionis vitium imposuisse; Livio quid offecerit, nil video. Aetoli duas rationes allegabant, cur suæ essent Thebæ. Primam, *quod in hoc Romanorum cum Philippo bello fidam ipsis operam socialem præstitissent; ob quam fidem in re præsente par esse, ut Romani sibi redderent urbes, quæ olim sui juris & ditionis fuissent*, seu, quæ olim Aetolo jure & ditione essent usæ. Argumentum erat hoc primum, ex officio & studio suo erga Romanos recentissimo ductum. Alterum erat e vetustate superiorum temporum & foederum repetitum; *quod ita esset illo primogenio foedere cautum, quæcumque oppida sociata opera expugnarentur, ut illorum præda cederet Romanis, ager & ædificia Aetolis.* Manifeste servat hanc distinctionem in sequente Titi Quintii responso: qui primum quidem ad posterius argumentum occurrit, ab antiquitate societatis Vers. 6.

Verf. 6. & foederis ductum, *quod dudum* ait *foedus esse ab Aetolis violatum.* Deinde redit ad primum Aetolorum argumentum, cujus vis est in opera nuperrime ab Aetolis præstita. *Fac*, ait Flamininus, *vos nobis in hoc bello utiles fuisse: non tamen vobis ideo tot urbes debentur, quot postulatis, immerito quidem. Nihil, ad summum, hac opera meruistis plus, quam Thebas: illas reliquas, Larissam, Echinum, Pharsalum, cur postulatis, in quibus expugnandis nulla fuit opera vestra? Vltro enim se nobis dediderunt.*" — Livii errorem in interpretando hoc Polybii loco ex professo jam notaverat Perizonius in Animadverss. historicis, supra jam laudatis, & ex eo Drakenborch. ad Liv. XXXIII. 13, 7. Casaubonus in versione latina, quam ad verbum fere tenuimus, pasum a Polybii sententia recessit: illa verba, καθότι συνεπολέμησαν νῦν, non satis adcurate interpretatus erat, *quia bellum una cum Romanis gesserant*, prætermissa prorsus vocula νῦν, quam nos his verbis expressimus, *quia in hoc bello Romanos adjuverunt.* Paulo rectius & propius ad græcorum verborum præscriptum reposueris: *quia nunc Romanos bello adjuvissent.*

Verf. 7. *Verf.* 7. κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς συμμαχίαν &c. Conf. IX. 39, 3.

Verf. 9. *Verf.* 9. εἴ τε καὶ μένειν ἔτι τὴν συμμαχίαν. Rara quidem & durior, sed ferenda tamen fortasse constructio; oratio infinita, præcedente conjunctione εἰ.

Cap. XXII.

CAPVT XXII.

Verf. 3. *Verf.* 3. ὅτε ἐπυνθάνετο. ὅτι caret Bav. — *Ibid.* ἥκειν μετὰ δυνάμεως. — „ἥκειν debetur Vrsino, [qui in ora suæ editionis hoc adscripsit] non male quidem excogitatum, præter fidem librorum tamen veterum, qui Polybium tradunt ἀφῖχθαι scripsisse. In libro Vrsini certe fuit ἧχθαι, quod ipsum ἀφῖχθαι subjicit." REISKIVS. — In ἧχθαι cum cod. Vrsini consentit Bav. quod utique mendosum est. Neque vero satis commodum ἀφῖχθαι videtur, quod voluit Reiskius: nam *egressus* quidem *e Syria erat* Antio-

Antiochus, nondum vero *advenerat*. Quare ἐξῆχαι malimus, aut etiam ſimpliciter ἦχαι, *copias eduxiſſe, profectum cum exercitu;* qua communi forma præteriti perfecti verbi ἄγω ſubinde utitur Polybius.

Verſ. 4. παραγενηθέντος correximus, monente Reiſkio. Verſ. 4.
Perperam vulgo omnes παραγεννηθέντος.

Verſ. 5. διακόσια τάλαντα. Perſpicue & h. l. & mox Verſ. 5.
rurſus notam numeralem σ'. habet Bavarius codex, quæ *ducenta* valet. Adeoque nullus inter Polybium & Livium diſſenſus eſt: cum utroque vero etiam conſentit Appianus, de Rebus Macedon. Hiſtoriarum lib. IX. eclog. 7.

CAPVT XXIII. Cap. XXXIII.

Verſ. 1. Τί δή ποτ' ἔστιν. Vulgo fragmentum hoc ab Verſ. 1.
his verbis incipiunt edd. & ſcripti noſtri libri: Ὅτι τοῖς αὐτοῖς &c. ſed eſſe illud quatuor verbis augendum, a Suida in Ῥᾳδιουργὸς conſervatis, monuit jam Gronovius in Fragmentis Polybianis. Quod vero idem Suidas ait, *de domeſtico proditore* (περὶ οἰκογενοῦς προδότου) *hæc ſcripſiſſe Polybium;* id quo pertineat, neſcimus. Nobis ſpeciem habere viſum erat, quod Reiſkius ſtatuit, atque etiam Caſaub. in ora Baſil. adnotavit, *de Aetolis* hic agi, hoſque ſignificaſſe Polybium, cum ait (verſ. 3.) παρ' οἷς ἡ πηγὴ τῆς τοιαύτης ὑπάρχει κακοπραγμοσύνης. Sententia hujus fragmenti, REISKIO judice, hæc eſt: „Aetolos, homines perfidos & inſidioſos, meritas luiſſe poenas & ſtultitiæ & cupiditatis ſuæ, quod a Romanis eſſent circumventi, quos temere & coeco impetu, quo haberent audaciae atque inſolentiæ ſuæ adminiſtros, in Græciam evocaſſent." — Quod vero porro idem Reiſkius ait, *Aetolos non cogitaſſe, Romanos multo, quam ipſos, nequiores eſſe orbis terrarum prædones*, &c. id profecto Polybius numquam dixerit, qui tantum abfuit, ut inviſos græcis ſuis lectoribus Romanos reddere vellet, ut potius quovis modo & quavis occaſione commendare illis Romanorum imperium ſtuduerit. Quare, ut dicamus quod ſentimus, prorſus etiam dubitare

 ſubit,

Verf. 2. an omnino de *Romanis* h. l. dixerit fcriptor nofter. Eos enim, a quibus deceptos alteros (quos Aetolos effe cum Reifkio fufpicati fumus) ait, *ῥᾳδιουργίας* accufat & *κακοπραγμοσύνης*, id eft, non folum *fraudis*, fed etiam *doli atque malitiæ;* quam culpam vel generatim Romanis, vel figillatim Tito Quinctio impingere voluiffe Polybium, ægre nobis perfuademus.

Ibid. *ἀπατώμενοι* recte Cafaub. cum Suida. Mendofe *ἀπαντῶμεν οἱ* ed. 1. cum msstis.

Verf. 3. *Verf.* 3. *διαχωρεῖν.* — „Subaudi *τοῦτο.* *διαχωρεῖν* h. l. eft *profpere fuccedere.* Sic ufurpat Dio Caffius p. 686, 98. Dicitur hoc verbum de rebus, quæ facile, fine mora, per media obftantia quæque tranfeunt, ut alimenta per inteftina, & nummi probi atque ufu recepti per manus hominum. Vide Lucian. T. II. p. 926, 7. [in libello de Luctu, cap. 10.] qui infignis cum fit locus ad hujus verbi vim & originem declarandam, operæ ejus adfcribendi non parcam. *Addunt*, ait, *mortuis obolum, Charoni reddendum,* *οὐ πρότερον ἐξετάσαντες, ὁποῖον τὸ νόμισμα νομίζεται* (fubaudi e fequentibus *παρὰ τοῖς κάτω*) *καὶ εἰ διαχωρεῖ παρὰ τοῖς κάτω, καὶ εἰ δύναται παρ' ἐκείνοις Ἀττικὸς ἢ Μακεδονικὸς ἢ Αἰγιναῖος ὀβολός.* [id eft, *non explorato prius, quod numi genus lege & ufu ibi receptum fit, &*] *num apud inferos commeet, currat*, difcurrat inter manus, admittatur reddaturque fine ulla reprehenfione, *hoc numi genus.* Sententia loci eft: *non valde mirandum eft, in aliis fraudem doloso profpere fuccedere: fed hoc mirandum, fraude circumveniri eum, a quo dolus malus tanquam a fonte manavit, feu qui primus coepit calliditate eum, a quo decipitur ipfe, appetere.* conf. Libanii Epift. 1472, 1. ubi *διέρχεσθαι* eft *fucceffu quocunque uti.*" REISKIVS.

Ibid. *οὐ θαυμάσιον.* Scribe *ἴσως οὐ θαυμάσιον.* Vox *ἴσως*, quam fcripti omnes cum editis agnofcunt, imprudentibus nobis per operarum errorem neglecta eft. *θαυμάσιον* ex Suida recepi, qui h. l. fic dedit pro *θαυμαστὸν*, quod habent codices noftri cum editis. Mox

vero

vero poſt κακοπραγμοσύνης cum eodem Suida vocabulum θαυμαστὸν, quod aberat vulgo, adjecimus, quum & aliàs deſideraretur, & præſertim quum abruptam ita orationem, ut vulgo abſque hoc vocabulo erat, non pateretur reliqua Polybii copia.

Verſ. 4. ἀλλ᾽ ἔστιν αἴτιον &c. Citavit Suidas in Νῆφε & in Πρόχειρον. — *Ibid.* Νᾶφε, dorica dialecto, (qua uſum eſſe conſentaneum eſt, Epicharmum, Siculum poëtam) edidit h. l. Caſaubonus, quum Νῆφε daret editio prima cum msstis, ut XXXI. 21, 14. ubi repetitur idem verſus. Sed nimirum h. l. eadem dialecto μέμνασο dabant omnes, præter Med. qui mendoſe μέμνητο habet, & Suidam, qui μέμνησο. Ceterum & apud Ciceron. ad Attic. I. epiſt. 19. vulgo Νῆφε, & deinde μέμνασ᾽ edunt; ubi tamen alii νᾶφε habent. Sed Νῆφε καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν citavit etiam Lucian. in Hermotimo c. 47. Tom. I. ed. Hemſterh. p. 788. Latine ſic convertit Tullius de Petit. Conſulat. c. 10. Ἐπιχαρμεῖον *illud teneto, nervos atque artus eſſe ſapientiæ, non temere credere.* Verſ. 4.

Verſ. 5. Μεδίων. *Medion*, Acarnaniæ oppidum, de quo copioſe dictum ad II. 2, 5. Hoc libro mentionem ejus fecit Polybius in expoſitione *belli Romanorum cum Acarnanibus*, de quo vide Livium XXXIII. 16 ſq. Verſ. 5.

CAPVT XXIV. Cap. XXIV.

Verſ. 1. Ἄτταλος ἐτελεύτησε τὸν βίον. Vide Liv. XXXIII. 21. In Eclogis Valeſianis ex codice Peireſciano ſic vulgo editum eſt: Ὅτι φησὶν ὁ Πολύβιος ἐν τῷ ιβ΄. λόγῳ, ὅτι Ἄτταλος ἐτελεύτησε τὸν βίον. Ad quæ verba hæc monuit VALESIVS: „In ms. exaratum eſt μ. ſic enim ſemper τὸ βῆτα in eo codice perſcribitur. [nempe figura, ea, quæ ſimilis eſt literæ μ, demta cauda quæ a ſiniſtra deſcendit.] Sed procul dubio legendum eſt ΙΗ΄. Hæc enim ſunt ex libro XVIII. hiſtoriarum Polybii, ad quem librum pertinent etiam, ni fallimur, duo illa fragmenta, quæ proxime antecedunt: [nobis XVIII. 16, 4 ſqq. & XVIII. 17, 7 ſeqq. & Verſ. 1.

 cap.

Verf. 1. cap. 18.] ut didicimus ex codice ms. bibliothecae regiæ; [is idem codex eſt, quem nota *Reg. E.* ſignavimus.] in quo excerpta ex libris hiſtoriarum Polybii leguntur, quorum initium eſt a libro VI. In eo codice ita reperimus: Ἐκ τοῦ ΙΗ'. τῆς Πολυβίου ἱστορίας. Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπὼν, & cætera, quæ vulgo inter eclogas lib. XVII. c. 23. cenſentur. [nobis XVIII. 11.] Noſtram ſententiam mirifice illud confirmat, quod Livius (quem Polybii ſimiam merito appellare poſſumus) eundem ordinem inſtituit: nam cum librum XXXII Polybianis ipſis verbis terminaſſet, mox a prælio ad Cynoſcephalas alterum orditur. Quare non dubitamus, deſcriptionem illam prælii ad Cynoſcephalas libro XVIII. Polybii adſignare." — Hæc Valeſius; quæ cum eis conferenda ſunt, quæ ad initium libri XVII. nos adnotavimus.

Ibid. Ὑπὲρ οὗ. — „Subaudi γεγονότος aut συμβάντος. Cave ad Attalum referas; nam ad eum pertinet ſequens καὶ περὶ τούτου." REISKIVS. — Nemini hæc viri docti admonitio injiciat ſcrupulum. ὑπὲρ οὗ haud dubie ad Attalum refertur, neque id obſtat quo minus deinde Polybius, verborum nuſquam nimis parcus, rurſus περὶ τούτου de eodem dicere potuerit.

Verf. 2. *Verſ.* 2. Ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἐξαρχῆς ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐφόδιον &c. Habet hæc Suidas in Ἄτταλος, uſque ad finem hujus capitis; ſed perperam ad Attalum Eumenis fratrem retulit, qui hujus filius fuit, ad quem revera pertinent ea quæ deinde idem Suidas habet, Οὗτος ὁ Ἄτταλος παραλαβὼν τὴν ἐξουσίαν &c. quæ habes apud Polybium in Reliq. libri XXXII. 23, 5. De primo Attalo, cujus memoriam hic celebrat Polybius, & de ejus ortu ac familia, vide Strabon. lib. XIII. p. 624.

Verf. 3. *Verſ.* 3. ὡς ἀληθῶς. ὡς caret Suidas.

Verf. 4. *Verſ.* 4. διαφθορὰν σωμάτων. σώματος Suidas; bene, quia & ψυχῆς in ſing. ſequitur. — *Ibid.* καὶ ψυχῆς. Vulgo τύχης edd. quod fere dubitare poſſis, utrum ex msto codice & volente Valeſio ſic expreſſum ſit, an per

per operarum errorem. Valesius sane, de græca scriptura nil monens, in latina versione *ad corporis animique perniciem* scripsit. Quare jam Gronovius in Notis editis monuit, *ψυχῆς* corrigendum; cui lubentes morem gessimus. Nam & res ipsa hoc poscere videbatur, & sic perspicue Suidas habet; & quod mox subjicit Polybius, *ὀλίγαι δέ τινες εἰσὶ ψυχαὶ, pauca sunt ingenia,* vocabulum *ψυχαὶ* commode ex superiori *ψυχῆς* repetiit. Vocabula autem *τύχη* & *ψυχὴ* jam sæpius commutata inter se a librariis observavimus. Vide ad III. 9, 7. — *Ibid. μεγίστας. μεγάλας* Suidas. Vers. 4.

Vers. 5. *ἐπεβάλετο χρῆσθαι. ἐπεβάλλετο χρήσασθαι* Suidas. *Ibid. τοῖς χορηγίοις.* Vide Adnot. ad I. 17, 5. *Ibid. πρὸς οὐδὲν τῶν ἄλλων - - ἀλλά. ἀλλ' ἢ* Suidas, commode, nec tamen damnandum vulgatum, nam & aliâs particula *ἀλλὰ* exceptive usurpatur, pro *ἀλλ' ἢ* vel *εἰ μή.* Sic IV. 29, 4. *οὐδὲν διαφέρει - - ἀλλὰ πλήθει μόνον.* Et X. 11, 5. *οὐχ ἑτέροις - - ἀλλ' οἷς.* — *Ibid. πρὸς βασιλείας ἀνάκτησιν. πρὸς βασιλικὴν ἀνάκτησιν* Suidas, mendose id quidem; sed fortasse aliud quid sub ista scriptura latet. Vers. 5.

Vers. 7. *Νικήσας γὰρ μάχῃ Γαλάτας.* — „Ab hac victoria dictus est. *Γαλατονίκης* apud Suidam in *Νίκανδρος.* [At juniori & postremo Attalo cognomen istud apud Suidam tribuitur.] Strabo lib. XIII. [p. 624.] *καὶ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς οὗτος πρῶτος, νικήσας Γαλάτας μάχῃ μεγάλῃ.* Meminit ejusdem victoriæ Pausanias in Atticis & Phocicis. [I. 8. p. 19. & X. 15. p. 833.] Porro notandum est, quod ait Strabo, primum hunc regium nomen adscivisse post victoriam de Gallis, id est, Olymp. CXXXIV. ann. 3. Certe Philetærus Spado, qui primus dominationem Pergamenorum constituit, avus Attali, rex in nummis veteribus dicitur, teste Goltzio in Thesauro; cui successit Eumenes, fratris filius, quem quidem regem quoque appellatum esse invenimus a Iustino lib. XXVII. (qui tamen regem Bithyniæ appellat magno errore) & a Diogene Laërtii filio, in vita Arcesilai: [IV. 39.] *ἐχορήγει αὐτῷ πολλὰ Εὐμένης, ὁ τοῦ Φιλεταίρου, διὸ καὶ τούτῳ* Vers. 7.

 μόνῳ

Verf. 7. μόνῳ τῶν ἄλλων βασιλέων προσεφώνει. Vbi notandum eſt, Eumenem dici Philetæri filium, qui revera erat fratris filius, teſte Strabone. Itaque rectius apud Athenæum ἀδελφιδοῦς dicitur, [lib. X. p, 445.] ubi ex ebrietate interiiſſe memoratur: ὑπὸ μέθης ἀπέθανεν Εὐμένης ὁ Περγαμηνὸς, ὁ Φιλεταίρου τοῦ Περγάμου βασιλεύσαντος ἀδελφιδοῦς, ὡς ἱστορεῖ Κτησικλῆς ἐν τρίτῳ χρόνων. Sed fortaſſe à Philetæro avo adoptatus fuit Eumenes." VALESIVS.

Verf. 8. *Verf.* 8. πρὸς γυναῖκα καὶ τέκνα. Vxor Attali, *Apollonias*, vel *Apollonis*, de qua conf. XXIII. 18. Filii quatuor: *Eumenes*, *Attalus*, *Philetærus*, *Athenæus*. Strab. l. c.

Verf. 9. *Verf.* 9. ἐναπέθανε δὲ ἐν αὐτοῖς τοῖς καλλίστοις ἔργοις. — „Eadem prope verba repetit Polybius in Excerptis Legationum cap. 25. [XXII. 3, 5.] Narrat Plutarchus in Flaminino, [p. 372,] Attalum regem, cum in gratiam Flaminini maximo impetu & concitatiore animo orationem habuiſſet ad Boeotos, ut eos ad ſocietatem populi romani perliceret, ſubito vertigine aut rheumate correptum in concione ipſa collapſum eſſe, atque inde navibus avectum paullo poſt expiraſſe." VALESIVS. Pertinet huc Fragmentum Polybianum apud Suidam conſervatum in περιβαλλόμενος, quod exhibuimus in Spicilegio Reliquiarum Polybii ex libro XVIII. T. V. p. 40.

Verf. 10. *Verf.* 10. παισὶ παίδων. — Id ſane prædictum ei fuerat oraculo, ut ex veteri auctore refert Suidas: Ὅτι Ἄτταλος, ὁ Ἀπολλωνιάδος [Ἀπολλωνίας vulgo apud Suidam perperam legitur] ἀνὴρ, βασιλεὺς Ἀσίας, μεταλλάττει τὸν βίον, πληρωθείσης ἐπ' αὐτῷ τῆς Πυθίας, ἥ τις χρηστηριαζομένῃ Ἀττάλῳ τῷ μεγάλῳ ἔφη.

Θάρσει, Ταυρόκερως· ἕξεις βασιληΐδα τιμὴν,

καὶ παίδων παῖδες· τούτων γε μὴν οὐκέτι παῖδες. Cujus oraculi meminiſſe videtur Pauſanias lib. ult. [X. 15.] cum ait: τὸν δὲ αὐτὸν τοῦτον Ἄτταλον καὶ Ταυρόκερων προσείρηκε τὸ χρηστήριον." VALESIVS. — Erraſſe Suidam, & Attalum avum cum nepote confudiſſe, ex Reineſii Var. Lectt. lib. III. p. 368. monuit Küſterus. Nempe Attalus,

talus, Apolloniadis vel Apollonidis maritus, fuit idem ille, cui id oraculum obtigerat.

Verſ. 11. Κωλύειν τὸν'Αντίοχον &c. Subjecimus hoc loco iſtud fragmentum, non quod ad Attalum ulla ratione pertineat, ſed quod ex ejusdem temporis hiſtoria decerptum intelleximus, quam proxime vel ante vel poſt illam de Attalo diſputationem, perſecutus Polybius erat. Teſtem Livium habemus, qui, cum in hujus temporis hiſtoria, ut jam monuimus, preſſo pede Polybium ſit ſecutus, lib. XXXIII. c. 20. proxime ante Attali laudes e Polybio repetitas, hæc ſcribit: *Multa egregia Rhodii, pro fide ergo populum romanum, proque univerſo nomine Græcorum, terra marique auſi ſunt: nihil magnificentius, quam quod ea tempeſtate - - legatos ad regem (Antiochum) miſerunt Nephelida: (promontorium Ciliciæ eſt:) ſi eo non contineret copias ſuas, ſe obviam ituros; non ab odio ullo, ſed ne conjungi cum Philippo paterentur, & impedimento eſſe Romanis Græciam liberantibus.* Licet græci fragmenti auctorem Polybium nominatim Suidas non citaverit, tamen & ex reliquo colore & ex ipſo verbi συνεπισχύσαι uſu, quod familiare Polybio eſt, (conf. mox cap. 26, 6.) perſpecte jam Caſaubonus (neſcius quidem, qua de re ageretur) viderat, Polybianum hoc eſſe, & de eo monuit in Polybii Fragmentis p. 1540. edit. Gron. (p. 262. ed. Ern.) Deinde Valeſius ex profeſſo in Polybianorum Fragmentorum numerum recepit. Perperum autem vulgo apud Suidam ſic expreſſum legitur: Συνεπισχύσας· συναγωνισάμενος. Δύναμιν παρασχὼν κωλύειν τὸν 'Αντίοχον &c. quæ ſic vertunt: *Copiis datis juſſit eum Antiocho præternavigaturo obſiſtere* &c. Scribe: Συνεπισχύσας· συναγωνισάμενος, δύναμιν παρασχών. Κωλύειν τὸν 'Αντίοχον &c. Verbum ὑφορώμενοι in plurali fuiſſe ſcribendum, ex Livio intelligebatur. Librarius, cum connexionem ſermonis neſciret, & συνεπισχύσας in ſingulari poſitum videret, nil mirum eſt ſi & ὑφορώμενος pariter in ſing. ponendum putavit.

CAPVT

CAPVT XXV.

Cap. XXV. Verf. 5. De argumento confer Liv. XXXIII. 24 sq. *Verf.* 5. βεβαιώσοντας correxit Casaub. βεβαιώσαντας Vrsin. & Bav.

Verf. 6. *Verf.* 6. Δαμόξενον τὸν Ἀιγιέα. Sic Casaubonus in vers. *a Damoxene Aegiensi*, quod merito probavit Reiskius. Nihili est Ἀττέα, quod habent codices: sed facilis ex ΑΙΓΙΕΑ in ΑΤΤΕΑ transitus; ac fortasse primo in Ἀττιέα fuerat corruptum, & deinde demum in Ἀττέα. Quod Ἀτταλέα vel Ἀτταλεέα suspicatus est Vrsinus, a vero prorsus aberravit. *Aegiensis* esse potuit legatus Achaeorum; *Attalensi* nullus hic locus.

Verf. 7. *Verf.* 7. Ἠλείους. Imperite ἡλίους Bav. *Ibid.* ὑπὲρ τῆς Τριφυλίας. Conf. Adnot. ad IV. 77, 5. — *Ibid.* In Μεσσηνίους consentit Bav. Μεσθηνίους Vrsin. operarum putamus errore. — *Ibid.* ὑπὲρ Ἀσίνης. Cum ὑπὲρ Ἀσίου consentientibus msstis VRSINVS edidisset, monuit idem primus Editor: „Opinor scribendum περὶ Ἀσίνης. Ita enim habet Strabo lib. VIII. [p. 359.] Et Stephanus, Ἀσίνη, inquit, πόλις Μεσσήνης, παρὰ τὴν Λακωνικὴν, οἰκισθεῖσα ὑπὸ Ἀργείων." — Quod περὶ voluit Vrsinus (nisi id operarum errori debetur) pro ὑπὲρ, nil necesse est: idem valet ὑπὲρ atque περί. De *Asine* vero res certa nobis visa est, quare adoptare Vrsini conjecturam non sumus veriti. *Asium*, Peloponnesi oppidum, nemini umquam auditum est. Nota *Asine Messeniaca*, maritima urbis cum portu, ex Strabone, Stephano, Pausania, & aliis, quos laudavit Cellar. Geogr. Antiq. II. 13. p. 1189. & Iosephus Wasse ad Thucyd. IV. 13. Non vero confundenda haec Messeniaca *Asine* cum Laconica est, cujus mentionem Polybius fecit V. 19, 5. ubi vide notata.

Ibid. Ἡραιέων ex ora & conjectura Vrsini recte recepit Casaub. Literae η & κ in cod. Bav. quidem saepe similes fere sunt, & nonnumquam prorsus inter se permutatae videntur. Vrsini conjecturam firmat Livii locus XXXIII. 34. ubi, ex T. Quinctii & decem legatorum senten-

ſententia, *Corinthum & Triphyliam & Heræam Achæis redditam* ait. Conf. eumd. Liv. XXXII. 5. Apud Polyb. paulo inferius, cap. 30, 10. ubi ejusdem urbis mentio fieri debuit, eo ipſo loco lacuna eſt in msstis codicibus. Eſt autem *Heræa* Arcadiæ oppidum, prope Eleorum fines: de quo vide Pauſan. VIII. 26. p. 652 ſq.

CAPVT XXVI. Cap. XXVI.

Verſ. 1. Τίτου παραχειμάζοντος ἐν Ἐλατείᾳ &c. Livius XXXIII. 27 ſqq. eamdem rem narrans, de qua hic agitur, perperam *Athenis* hiemaſſe Titum ait, ſive ipſius ſcriptoris, ſive librariorum errore, quem & Vrſinus ad hunc Polybii locum notavit, & Perizonius ad Livium in edit. Drakenb. Verſ. 1.

Verſ. 2. διὰ τὸ προορᾶσθαι τὸν Ἀντίοχον. Livius: *Antiocho rege jam ſuſpecto.* Hinc Vrſinus mendoſum verbum προορᾶσθαι putavit, & in ὑφορᾶσθαι mutandum cenſuit: temere; eſt enim προορᾶσθαι hoc ipſum, *ſuſpectum habere, timere, metuere, cavere;* (conf. ad c. 5, 10.) licet interdum etiam ſimpliciter *prævidere*, *proſpicere* verti poſſit, ut mox verſ. 5. hujus cap. Semper tamen in ſiniſtram partem, ni fallimur, accipitur. Verſ. 2.

Verſ. 5. Ζεύξιππον καὶ Πεισίστρατον. Mendoſe Εὔξιππον καὶ Πισίστρατον Bav. Et idem mox Ῥωμαῖοι φίλοι pro Ῥωμαίων φίλοι. Ac fortaſſe iidem errores codicem Vrſini obſederant, ſed ab eo non ſunt indicati. Fatetur enim ipſe VRSINVS: „In hoc fragmento, cum multa eſſent in exemplari male ſcripta, nos illa partim ex Liviana verſione, partim ex conjectura emendavimus." — Quod ab Vrſino factum laudans REISKIVS, illud reprehendit, quod ſcripturam codicum, qua ab ipſo mutata eſt, non indicaverit. — „Vtinam, inquit, quæ quidem dubia videbantur, indicaſſet. Haud raro enim in corruptis lectionibus alii alia veri veſtigia vident." — Nos æquo viri docti deſiderio ſatiſfacientes, omnia verba, Verſ. 5.

quibus

quibus ab impressis exemplis in diversum abit Bavaricus codex, fideliter diligenterque indicabimus.

Vers. 6. sq. *Vers.* 6. *μένῃ. μένει* Bav. Mox idem *ἀεὶ* cum jota subscripto pro *ἀεὶ*, & sic constanter. Nempe *αἰεὶ* voluit debuitve. *Vers.* 7. Ἐλατείαν. Ἐλατίαν idem. *Vers.* 8. λόγους. λόγοις idem. *Vers.* 9. Βραχύλλην. Βραχύλην h. l. idem. De re monuit REISKIVS, Zeuxippum ab eo facinore patria coactum aufugere, ad Romanos se contulisse, quod ipsum docet Polyb. XXIII. 2. adde Liv. XXXIII. 28.

Vers. 11. *Vers.* 11. Ἀλεξαμενῷ. — „Ἀλεξαμενῷ legendum, cum ex Livio XXXV. 34. tum ex analogia. Vt Δεξαμενὸς, mutato accentu, e participio fit nomen proprium, ita Ἀλεξαμενός." REISKIVS.

Vers. 13. *Vers.* 13. Οὐδεὶς γὰρ οὕτως οὐδὲ μάρτυς &c. Ad oram codicis Vrbinatis hæc sententiola scripta est eo loco, ubi definit cap. 30. Excerptorum Antiquorum ex libro XVII. (nobis XVIII. 23.) & ubi incipit caput 31. [nobis XVIII. 33.] Ac seriem rerum in Livii libro XXXIII. si spectes, intelliges, revera ex eadem narratione esse decerptum hoc fragmentum, quæ inchoata est in ea Ecloga, quam hoc capite exhibuimus. Ecce Livii verba, (XXXIII. 28.) ex Polybio expressa: *Zeuxippus - - nocte perfugit Tanagram, suam magis conscientiam, quam indicium nominum, nullius rei consciorum, metuens.* Eamdem gnomen habet etiam cod. Reg. D. ut monuimus in Præfat. T. II. p. 9. Vocabulum *σύνεσις* idem valet ac *συνείδησις*, ut apud Euripid. in Oreste vs. 387. & apud Herodian. Histor. IV. 7, 1.

Cap. XXVII.

CAPVT XXVII.

Argumentum hujus Eclogæ persecutus est Livius XXXIII. 27 sqq. Conferri autem meretur Appianus de Rebus Macedonicis Eclog. 7. Tom. I. nostræ ed. p. 512 seqq.

Vers.

Verſ. 1. οἱ δέκα. Caret οἱ Bav. *Ibid.* χειρίσεσθαι. Verſ. 1.
Mendoſe χειρώσασθαι Bav. neſcimus an & Vrſini codex. Id vero ex χειρίσασθαι corruptum, quod receptum malimus: nil enim opus eſt futuro tempore; & commodum indefinitum, cujus notio per verbum μέλλειν ſatis definitur. — *Ibid.* τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα. Poſtremum vocabulum, ad ſententiam neceſſarium, recte adjecit Vrſinus, cum abeſſet a msstis.

Verſ. 4. Πήδασα. Πίδασα Bav. Stephanus: Πήδασα, Verſ. 4.
πόλις Καρίας. — *Ibid.* Βαργύλια. Βάργυλλα contra codicum fidem Vrſinus maluerat, veterum Stephani editionum auctoritate niſus, temere: vide Stephani interpretes & qui ab his laudantur ſcriptores. *Ibid.* Ἰασσέων ex ora & emend. Vrſini recepit Caſaub. Ἰασέων Bav. ſimplici litera σ, qua ſæpius effertur id nomen, ut monuimus ad XVI. 12, 1. conf. XVII. 2, 3. Quod vero Vrſinus dicit, in ſuo codice Ἰαδέων fuiſſe, ſuſpicamur, (quod & ex aliis, quæ paſſim ex eodem codice adfert, intelleximus) ductus ſcripturæ in illo codice ſimiles fuiſſe eis, quibus uſus eſt ſcriba Bavarici noſtri codicis, in quo perſæpe ita ſimiles ſunt literæ σ, & δ, ut, utrum ſcribere voluerit ille homo, dubius hæreas. — *Ibid.* Μυρίναν ex edit. Erneſtina in noſtram tranſiit. Scribe Μύριναν, antepenacute, cum Vrſino & msstis. Sic & Stephanus: Μύρινα, πόλις ἐν Λήμνῳ. In editionibus Caſaub. & Gron. quadratis literis hæc formula foederis expreſſa eſt, abſque accentibus.

Verſ. 5. περὶ δὲ τῆς τῶν Κιανῶν. Particulam δὲ, quæ Verſ. 5.
aberat vulgo, adjecimus ex Bav.

CAPVT XXVIII.

Cap. XXVIII.

Verſ. 1. κατελάλουν τὸ δόγμα. Conf. ad III. 90, 6. Verſ. 1. ſq.
Verſ. 2. διασείειν. διασύειν in ſuo cod. fuiſſe ait Vrſinus, & διασείειν a ſe correctum. Ex cod. Bav. nullam diſcrepantiam ab impreſſo nos quidem adnotavimus.

Verſ. 4. ἐπ' ὀνόματος ex Bav. correximus. — *Ibid.* ὅτι Verſ. 4.
τὰς κατὰ τὴν Εὐρώπην. — „Poſt Εὐρώπην videtur aut εἶναι

συμβαί-

Verf. 4. συμβαίνει, aut faltem εἶναι deeffe: fæpe enim ὅτι cum infinitivo conftruitur.“ REISKIVS. — At fi fatis eft εἶναι, quod utique fatis effe puto; percommode poterit hoc verbum ex eis quæ præcedunt, ταύτας δ' εἶναι τὰς κατὰ τὴν 'Ασίαν, intelligi. Conf. Adnot. ad I. 41, 1. p. 140 fq. Quin etiam, fi ad ὅτι requireretur finitum verbum εἰσὶ, poffet & hoc fubintelligi, nec eo expreffo opus effet. — *Ibid.* 'Ωρεόν. Mendofe ὠραιὸν Bav.

Verf. 6. *Verf.* 6. τὰς 'Ελληνικὰς πέδας. conf. XVII. 11, 5. — *Ibid.* ταῦτα μὲν οὖν. οὖν, cum abeffet vulgo, adjecimus ex Bav.

Verf. 9. *Verf.* 9. τὴν τῶν 'Ελλήνων εὔκλειαν idem valet ac τὴν παρὰ τῶν 'Ελλήνων (vel παρὰ τοῖς 'Ελλησιν) εὔκλειαν. conf. ad X. 17, 14.

Verf. 10. *Verf.* 10. αὐτοῖς δεδόσθαι. αὐτοῖς fcribendum monuerat etiam Reifkius; neque aliter fuiffe videtur in Vrfini codice. Sane Vrfinus in Notis verba græca repetens, & cum Livianis conferens, αὐτοῖς legit. — *Ibid.* βουλεύωνται. βουλεύονται Bav. male.

Verf. 12. *Verf.* 12. τὸν μὲν Κόρινθον. Sic fere ufurpat Polybius. Vide verf. 7. Rarius in *foeminino*, quod tamen & ipfum *ferri poterat.* conf. Adnot. ad IV. 67, 8. — *Ibid.* In τὸν 'Ακροκόρινθον confentiunt libri. — *Ibid.* παρακατέσχε. Sic Bav. παρακατέσχεν vulgo ediderunt cum Vrfino, quod ex παρακατέσχον corruptum videri poterat, quod malimus nos quidem.

Cap. XXIX.

CAPVT XXIX.

Verf. 2. *Verf.* 2. Φασκόντων correxit Vrfinus. Perperam Φάσκειν Bav. & cod. Vrf.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἐπεδείκνυσαν αὐτοὶ καθ' αὐτῶν, διὰ τῆς &c. *defignabant ipfi, alii adverfus alios*, (id eft, *difceptantes inter fe, alius hæc loca, alius alia defignans,) pro ufitata ipforum loquacitate.* Perfpicua hæc fententia, cui nihil deeft. Neque magis probandus Reifkius videtur, quod poft καθ' αὐτῶν verbum φλυαροῦντες aut aliquod fimile adjectum

jectum voluit, quam vel Vrfinus, qui, commate interpofito poft *αὐτοὶ*, deinde fic edidit *καθ' αὐτῶν καὶ διὰ τῆς* &c. temere & invitis msstis particula *καὶ* inferta, vel Cafaubonus, qui, ab Vrfino deceptus, illa verba *καθ' αὐτῶν καὶ διὰ* &c. fic vertit: *tum apud fe quifque, tum in mutuis differtationibus.* De quo recte Reifkius monuit, *apud fe* græce non effe *καθ' αὐτῶν*, fed *καθ' αὐτούς*. — *Ibid.* *εὐρεσιλογίας* fcripfimus, veftigium fecuti fcripturæ cod. Bav. in quo quidem *εὐρεσιολογίας* fcribitur. Vrfinus in fuo codice *εὐρησιαλογίας* fuiffe ait, e quo ille *εὐρησιλογίας* fecit; prorfus vero temere in ora *συνδιαλογίας* pofuit, vocabulum græcis auribus inauditum. Scripturam noftram firmat Suidas, *Εὐρεσιλόγος* fcribens, quod *φλύαρος* interpretatur; citatque Polybii locum, in quo eft verbum *εὐρεσιλογεῖν*. Apud eumdem Suidam rurfus ipfum etiam vocabulum *Εὐρεσιλογίας* legitur, in omnibus editionibus fic per *ε* fcriptum, licet per errorem eo loco pofitum, ut ex literarum ferie intelligi videatur, *Εὐρησιλογίας* fcribi debuiffe. Neque vero ipfa forma vocabuli *εὐρεσιολογία* (quam codex nofter Bav. habet) auctoritate caret: fane apud Diog. Laert. in Stilpone (lib. II. fect. 113.) ita vulgo etiamnunc edunt, quamquam ibi in aliis codd. *εὐρεσιλογία* legitur, tefte Henr. Stephano. Verf. 3.

Verf. 4. *εἰς τὸ στάδιον.* Tenuimus hoc, ut ediderunt Gronov. & Erneft. Nempe fic & Bav. Sed *εἰς τὸν στάδιον* h. l. ediderat Vrfin. & cum eo Cafaub. quod ferri per fe poterat, quoniam perinde & *ὁ στάδιος* & *τὸ στάδιον* Græci dixerunt. Sed *τὸ στάδιον* h. l. pariter in Vrfini codice fuiffe videtur; certe Vrfinus in Notis repetens hæc verba, *τὸ στάδιον* fcribit: & mox verf. 8. in *τὸ στάδιον* confentiunt omnes. Verf. 4.

Verf. 5. *καὶ Τίτος Κοΐντιος.* Perperam *καὶ Τίτος καὶ Κοΐντος* Bav. — *Ibid.* *στρατηγὸς ὕπατος*, *fummus imperator*, vel *imperator Proconful* aut *proconfule.* Lib. I. 52, 5. & VI. 14, 2. *στρατηγοὺς ὑπάτους confules* dicit: nunc eodem nomine adpellat imperatorem qui fuperiori anno con- Verf. 5.

Verſ. 5. ſul fuerat, & prorogatum hoc anno pro Conſule habebat imperium. Eodem modo in eadem re Plutarchus in Flaminino p. 374. ſcribit: Ῥωμαίων ἡ σύγκλητος καὶ Τίτος Κοΐντιος στρατηγὸς ὕπατος. — *Ibid.* νόμοις. ἀνόμοις Bav. — *Ibid.* Περῤαιβούς. Corrupte Περῤαίους idem.

Verſ. 8. ſq. *Verſ.* 8. πᾶς τις. Ad vulgatum ὡς τις ſic notavit REISKIVS: „Lege πᾶς τις, aut ὡς εἷς τις ἀνὴρ, *clamabat tota multitudo, tanquam unus vir.*" — Prius prætulimus, quod & aliâs frequentat Polybius. — *Ibid.* προσάγειν· Rectius fortaſſe fuerit προάγειν, quod voluerat Reiſkius; & deinde *verſ.* 9. προελθὼν, pro vulgato προσελθών. Pro τὸν κήρυκα *verſ.* 8. Bav. in contextu τὸ κήρυγμα habet, ſed alteram lectionem in marg. ab eadem manu. Pro ὡς δὲ, initio *verſ.* 9. idem mendoſe ὁ δὲ habet. — *Ibid.* ὥστε καὶ μὴ ῥᾳδίως. Particulam καὶ, quæ aberat vulgo, inſeruimus cum Bav. — *Ibid.* τοῖς νῦν ἀκούουσι. Reiſkius: *lectoribus meis.* Ac ſane ſatis notum eſt, τοὺς ἀκούοντας ſæpe pro *lectoribus* uſurpari: ſed nunc magis generatim hoc dictum videtur, de omnibus quicumque hoc narratum vel legant vel audiant.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. καὶ κατέληξεν. καὶ caret h. l. Bav. — *Ibid.* οἱ μὲν ἀλλήλοις. Terminationes ους & οις in codicibus msstis, & præſertim in Bavarico noſtro, ſæpe perſimiles inter ſe ſunt; ſæpe etiam manifeſte inter ſe temere permutatæ. Idem obtinuiſſe videtur in Vrſini codice.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. οἱ καὶ μετά. ἢ καὶ μετὰ Bav. quod & ex ἢ corruptum videri poterat. — *Ibid.* ἐπιῤῥίπτοντες, ἐπιῤῥιπτοῦντες Bav. quod vulgato non deterius. — *Ibid.* παρ' ὀλίγον διέλυσαν τὸν ἄνθρωπον. — „In promtu quidem eſt, διώλλυσαν conjicere. Non auſim tamen ita ſimpliciter διέλυσαν damnare: *diſcerpſerunt, in minutas partes diſſolverunt.*" REISKIVS. — Nos vero nolimus diſſimulare, admodum ſuſpectum nobis id verbum eſſe; quod nuſquam notione aliqua, quæ huc conveniat, uſurpatum meminimus. Fuit cum διέλευσαν ſuſpicaremur,

obrue-

obruerunt eum (veluti lapidibus:) ſed hoc quidem urgere non auſimus.

Verſ. 14. καὶ τὸν ἡγούμενον αὐτῶν Τίτον. — Malimus αὐτὸν, *ipſumque ducem hujus belli.* Verſ. 14.

Verſ. 15. ἀντιπαίσαι. — „Forte ἀντιπέσαι, ab ἀντιπίπτειν. Nam ἀντιπαίειν pro ἀντιπίπτειν dici dubito; quamquam παίειν in compoſitis interdum locum obtinere τοῦ πίπτειν & τοῦ πταίειν non neſcio." REISKIVS. — παραπαίειν & παραπίπτειν perinde eadem notione uſurpat Polybius. Sic & ἀντιπαίειν pro ἀντιπίπτειν dicere potuit. — *Ibid.* ἐκδραμεῖν. — „Malim συνεκδραμεῖν. vid. v. 529, 8." [V. 33, 7.] REISKIVS. Verſ. 15.

CAPVT XXX.

Cap. XXX.

Verſ. 1. Cum καὶ πρὸς μηδένα πολεμεῖν vulgo inde a Caſaubono ederetur, ſic monuit ad h. l. REISKIVS: „Editioni Vrſini deeſt πρὸς, [ſic nempe & Bav.] & recte defuit: nam πολεμεῖν τινα pari jure dicitur atque πολεμεῖν πρός τινα. Videtur Polybius dediſſe καὶ μηδεμιᾷ πολεμεῖν." — Scilicet μηδεμιᾷ maluerat Reiſkius, nempe πόλει, quoniam & πόλεων præceſſit, & continuo ſequitur ὅσας, ſcil. πόλεις. Poterit tamen & μηδένα, id eſt, *neminem*, defendi. πολεμεῖν τινὰ eſt *bellum inferre alicui;* πολεμεῖν τινὶ vel πρός τινα, *bellum cum aliquo gerere*; ut monuimus ad I. 15, 10. Verſ. 1.

Verſ. 6. Ὀρέστας. Promiſcue & Ὀρέσται & Ὀρεσταὶ ſcribitur horum nomen. Vide Steph. Byz. in Ὀρέσται & Ὀρεστίαι. — *Ibid.* προσχωρῆσαι recte Caſaub. cum Bav. προειχωρῆσαι ed. Vrſin. operarum errore: nam in Notis ait Vrſinus, προχωρῆσαι fuiſſe in ipſius codice, a ſe autem emendatum προσχωρῆσαι. — *Ibid.* αὐτονόμους ἀφῆσαν. ἀφῆσαν ſua auctoritate edidit Caſaub. ἀφεῖσαν Vrſin. cum msstis. ἀφίεσαν, putamus, debuerant; aut ἀφῆκαν. *Ibid.* Περραιβούς. Rurſus Περραίους mendoſe Bav. Verſ. 6.

Verſ. 8. οἱ γὰρ Αἰτωλοί. Mendoſe οὐ γὰρ Αἰτ. Bav. — *Ibid.* καθάπερ εἶχον perſpecte correxit Vrſinus. Corrupte καθάπερ εἶπον mssti. Verſ. 8.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. *καὶ τὴν Ἡραιέων πόλιν* &c. Cum abeſſent hæc verba a msstis, ne in impreſſo quidem adjicere ea auſus eſt Vrſinus, nec reliqui editores. Sed, adpoſito in græcis aſteriſco in lacunæ ſignum, in Notis ſic monuit VRSINVS: „In exemplari Polybii deſunt quædam, quæ ſuppleri poſſunt ex Liviana verſione: [XXXIII. 34.] *Corinthus & Triphylia, & Heræa (Peloponneſi & ipſa urbs eſt) reddita Achæis. Oreum & Eretriam decem legati Eumeni regi, Attali filio, dabant.*" — Hinc Caſaubonus, in græco quidem contextu punctis nonnullis & ipſe lacunam indicans, in verſione latina verba iſta ponere non dubitavit: *Corinthum, Triphyliam, & Heræam, Achæis tradiderunt. Oreum & Eretriam plures Eumeni dabant.* Inde PALMERIVS græca verba ſic ſupplenda cenſuit: Κόρινθον *δὲ καὶ τὴν* ΤριΦυλίαν *καὶ* Ἡραίαν Ἀχαιοῖς *ἀπέδοσαν, καὶ* Ὦρεον, *προσέτι δὲ τὴν* Ἐρετριέων *πόλιν.* Nobis placuit Ὦρεον *δὲ*, tum *τὴν* Ἡραιέων *πόλιν*, ut cap. 25, 7.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. Τίτου *δὲ πρὸς τὸ συνέδριον διαστείλαντος.* Livius: *Diſſentiente Quinctio.*

Verſ. 12. *Verſ.* 12. Πλευράτῳ Λυχνίδα. *Pleuratus*, Surdilædi, Illyriorum regis, filius, pater Gentii. vide Adnot. ad II. 5, 6. p. 356 ſq. In *Λυχνίδα* cum Vrſini codice conſentit Bav. Eſt autem VRSINI ad h. l. adnotatio hujuſmodi: „Livius: *Pleurato Lingus & Partheni dati. Illyriorum utraque gens ſub ditione Philippi fuerat.* Opinamur autem, apud Polybium mendum ineſſe voci *Λυχνίδα*, & pro ea reponendum *Λυχνιδοῦντα*, ut eſt apud Strabonem lib. VII. [p. 327.] Ἐξ Ἐπιδάμνου, inquit, *καὶ* Ἀπολλωνίας *περὶ τὴν ἐπὶ* Κανδαονίας *ὁδὸν, αἵ τε λίμναι εἰσὶν αἱ περὶ* Λυχνιδοῦντα &c. licet ſupra [p. 323.] dixerit, *ἡ μὲν οὖν πᾶσα* Ἰγνατία *καλεῖται· ἡ δὲ πρώτη ἐπὶ* Κανδαονίας *λέγεται ὅρους* Ἰλλυρικοῦ *διὰ* Λυχνιδίου *πόλεως καὶ* Πυλῶνος, *τόπου ὁρίζοντος ἐν τῇ ὁδῷ τήν τε* Ἰλλυρίδα *καὶ τὴν* Μακεδονίαν. Stephanus certe habet *Λυχνίδος*, [rectius *Λυχνιδὸς*,] *πόλις* Ἰλλυρίας, ut videatur apud Livium omnino ſcribendum *Lychnidus*, pro *Lingus*." — Confer Caſaub. ad Strab. p. 327. tum

tum interpretes Stephani, & Livii interpretes ad XXXIII. 34, 11. in edit. Drakenborch. Λυχνιδίας λίμνης mentionem fecit Polybius noster V. 108, 8. Verf. 12.

Ibid. καὶ Πάρθον. Stephanus: Πάρθος, πόλις Ἰλλυρική. -- λέγεται δὲ καὶ ἀρσενικῶς, ὡς Πολύβιος. τὸ ἐθνικὸν Παρθηνός. Intelligitur, alibi præterea mentionem fecisse Polybium hujus urbis; nam ex hoc quidem loco non adparet, in masculino ne genere, an in foeminino usurparit istud nomen. De Παρθηνοῖς, Παρθινοῖς vel Παρθεινοῖς vide ad II. 11, 11. & ad VII. 9, 13.

CAPVT XXXI.

Cap. XXXI.

Verf. 1. ἐμέρισαν. Perperam ἔρισαν Bav. Verf. 1.

Verf. 2. Λέντουλος. Τεῦτλος habet Bav. quod ex Λέντλορ corruptum putamus; nam ita solent græci scriptores romanum istud nomen efferre, quemadmodum & Κάτλος pro *Catulus*, & id genus alia. Et sic, Λέντλος, habet Vrsinus in Notis, ubi verba Polybiana repetit: ex quo intelligitur, Λέντουλος in contextu h. l. ex ingenio Vrsini, vel ejus qui officinæ Plantinianæ præfuit, esse editum; temere id quidem, & præter rationem, quoniam *u* breve per diphthongum *ου* non recte effertur. Tenuimus tamen vulgatum, quoniam c. 33, 1. in Excerptis antiquis rursus consentientibus codicibus omnibus Λέντουλος editum erat. Sed XXXII. 1, 4. in Λέντλος recte consentiunt scripti & editi. Verf. 2.

Ibid. εἰς Βαργύλια. — „Βαργύλια retinui, quod hæc scriptura constans sit apud Polybium neutro genere, licet supra [c. 27, 4.] Βαργύλλα ex Stephano reposuerim; ut appareat, Livium *Bargylias* scripsisse muliebri genere, quæ scriptura in *Bargyllas*, propter literarum *i* & *l* similitudinem, facile mutari potuit." VRSINVS. — Rursus tamen h. l. ad marg. Βαργύλλα scriptum est in ejusdem Vrsini editione, ut supra. *Baryglia* Cariæ erat oppidum.

Ibid. Λεύκιος δὲ Στερτίνιος &c. — „Mirum quam foede hic locus in exemplari corruptus legebatur, quem nos ex majori parte, Livianam secuti versionem, emenda-

 vimus.

Verſ. 2. vimus. [Bavarici codicis diſcrepantias ab impreſſo exemplo adcurate indicavi, & porro indicaturus ſum: ubi nihil adnotatum inveniet lector, ibi intelliget codicem noſtrum cum vulgato exemplo conſentire.] Ita enim habet Livius: [XXXIII. 35.] *Dimiſſo conventu, decem legali, partiti munia inter ſe*, [hinc recte ἐμέρισαν ſupra emendavit Vrſin. pro mendoſo ἔρισαν, quod haud dubie etiam in ipſius fuerat codice] *ad liberandas ſuæ quiſque regionis civitates diſceſſerunt: P. Lentulus Bargyllas;* L. *Stertinius Hepheſiam* [ſic nempe mendoſe veteres libri] *& Thaſum, & Thraciæ urbes; P. Villius & L. Terentius ad regem Antiochum; Cn. Cornelius ad Philippum. &c.* Omnino *Stertinius* videtur legendum, quamvis alii ex Plutarcho [in Flamin. p. 375.] *Titilium* reſtituant. Nam & Polybii corrupta ſcriptura Στερέννιος, quæ erat in exemplari, [Στερεννίνος Bav.] ad *Stertinius* nominis ſimilitudinem propius accedit, & *Stertinia gens* nota eſt tum ex hoc Livii loco, tum ex Horatii Satyr. 3. lib. II. cum *Titilia* nuſquam, quod ſciam, reperiatur." VRSINVS. — Confer Livii interpretes in edit. Drakenborch. e quibus intelliges, ipſum nomen *L. Stertinii* non niſi ex Galenii conjectura a poſterioribus Livii editoribus eſſe adoptatum, cum in veteribus editionibus (ex uno aut duobus codicibus msstis, in quibus ſolis liber trigeſimus tertius Livii ad hunc diem repertus eſt) *L. Thermus* legeretur. Eſt vero ad eumdem hunc Polybii locum REISKII adnotatio, prolixa illa quidem, ſed digna, quæ tota huc tranſſcribatur: — „Maxima, inquit, hic oritur difficultas ex diſcordia Polybii, qualem hodie habemus, ipſius ſecum. Primum quidem, pro *Stertinio*, quem Fulvius Vrſinus e Livio ſumtum Polybio tribuit, (neſcio quam recte, nam in codice ejus fuit ϛερέννιος) appellat Plutarchus *Τιτίλλιον*, quod nomen Romanum non eſt; ſed leg. *Τιτίνιον, Titinium.* Lectio codicis Vrſini ϛερέννιος ducit ad *Serenium.* [At hoc non magis notum nomen, quum Titillius. S.] Hactenus Polybius cum aliis diſſentit. Nunc ſecum. In hoc fragmento, in quo nunc ſumus, affirmat, a Tito

Tito Flaminino imperatore *P. Lentulum* esse ad *Bargylia* Vers. 2.
missum, ad præsidia Philippi inde deducenda; tum *L. Titinnium*, seu *L. Serenium*, seu *L. Stertinium*, ad *Thasum* & in *Thraciam*, eandem ad rem exsequendam; *P. Villium* & *L. Terentium* ad *Antiochum*. Fragmento autem, quod cap. 31. lib. XVII. legitur, [nobis XVIII. 35.] tradit, convenisse apud Antiochum regem ad Lysimachiam *L. Cornelium* (quem Livius XXXIII. 39. inter paucos versus modo *Cajum*, modo *Lucium* appellat) ad Antiochum a senatu missum, ad litem, quæ ipsi cum Ptolemæo Epiphane erat, dirimendam, & legatos a T. Quintio Flaminino missos ad exsequendas leges pacis Philippo Macedoni datæ. *Publium* itaque *Lentulum illuc venisse a Bargyliis*, *P. Villium & L. Terentium e Thaso*. Pugnant hæc, quæ Livius fideliter l. c. latine reddidit verbotenus, cum superioribus, ubi diserte affirmabatur, *Titinium* aut Serenium aut *Stertinium* (quisquis fuit) *ad Thasum & Thraciam præsidiis Philippi liberandam*, *P. Villium autem cum L. Terentio ad Antiochum isse*. Nullo modo possunt hæc inter se conciliari, nisi affirmetur, alterutri loco Polybii vitium inesse. Hoc tamen adparet liquido, fragmentum, quod in Vrsininis numero est decimum, [Legat. X. Nobis lib. XVIII. cap. 32, 3 sq.] oportere capiti 31. libri sextidecimi [septimi decimi scribere voluit; nobis est XVIII. 33.] præponi, & ita quidem cum eo copulari, ut nulla intercapedo intercedat, sed statim post verba Ἀντιόχου καὶ Πτολεμαίου, una continua serie succedant verba Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἧκον &c. Tota res ita esse acta colligitur ex omnibus recte pensitatis. L. Cornelius, ad Antiochum a senatu missus, appulit ad Selymbriam, & ibi substitit per aliquot dies. Interim eodem convenere L. Terentius, P. Lentulus, P. Titinnius, P. Villius. Ad hos, Selymbriæ congregatos, misit Antiochus legatos Hegesianactem & Lysiam, qui eos ad se Lysimachiam & invitarent & tuto perducerent. Paucos itaque post dies omnes hi apud Lysimachiam inter se convenere." — De eadem difficultate ad Liv. XXXIII.

Verſ. 2. 39, 1. ſic ſcripſit DVKERVS: „Non invenio, quomodo hoc expediri poſſit, niſi putandum eſt, eos [Villium & Terentium, ex Titi Flaminini & decem legatorum decreto ad regem Antiochum miſſos] quum in itinere audiſſent, Antiochum ex Aſia in Cherſoneſum trajeciſſe, omiſſo itinere quod ad eum ingreſſi fuerant, Thaſum veniſſe."

Ibid. εἰς Ἡφαιστίαν. Stephanus: Ἡφαιστία, πόλις ἐν Λήμνῳ. — *Ibid.* ἐποίησε τὸ παραπλήσιον. Perperam τὸν παραπλησ. Vrſin.

Verſ. 3. 4. *Verſ.* 3. Οὐίλλιος h. l. Vrſinus cum msstis. Sed ſimplicem λ habent omnes cap. 33, 1. — *Verſ.* 4. περί τε τῶν ἄλλων. Mendoſe περί τε τὴν ἄλλην Bav.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. ἧκον ἐπὶ τὴν τῶν Θερμικῶν σύνοδον. Livius: *Cornelius Thermopylas, ubi frequens Græciæ ſtatis diebus eſſe ſolet conventus (Pylaicum adpellant) venit.* Eumque ſequens Caſaubonus, Polybii verba ita vertit: *Cornelius Thermopylas ad Græcorum conventum venit.* Quos toto coelo erraſſe, primus perſpecte IACOBVS PALMERIVS docuit; monens 1. Repugnare rationem grammaticam, nec pati, ut a voce Πύλαι vel Θερμοπύλαι dicatur Θερμικὸς σύνοδος vel τὰ Θερμικά. Nam Θερμὰ non eſt nomen proprium, ſed πρόθεσις ad differentiam. Numquam *Therma* vel *Thermæ* dictæ ſunt *Thermopylæ*, ſed proprium ejus loci nomen eſt Πύλαι, tum ad differentiam aliarum Pylarum Θερμοπύλαι cognominabantur, a vicinis aquis calidis. Strabo lib. IX. [p. 428.] τὴν μὲν πάροδον Πύλας καλοῦσι, καὶ Στενά, καὶ Θερμοπύλας· ἔστι γὰρ καὶ θερμὰ πλησίον ὕδατα. Herodotus lib. VII. [c. 201.] καλέεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος ὑπὸ μὲν τῶν πλεόνων Ἑλλήνων Θερμοπύλαι ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων Πύλαι. Sic Thucydides, Iſocrates, Pauſanias, alii. Hinc *conventus Græcorum ad Thermopylas* vulgatiſſimo ac proprio nomine ἡ Πυλαία σύνοδος, vel nude ἡ Πυλαία, dicebatur, (quemadmodum etiam ipſi Amphictyones, qui ibi conveniebant, Πυλαγόραι vel Πυληγόραι ſunt dicti,) numquam ἡ Θερμικὴ σύνοδος aut τὰ Θερμικά. Strabo lib. IX. [p. 420.] τὴν δὲ σύνοδον Πυλαίαν ἐκάλουν, ἐπειδὰν ἐν Πύλαις συνή-

συνήγοντο, ἃς καὶ Θερμοπύλας καλοῦσι. Confer Hefychium, Harpocrat. & Suidam in Πυλαία." 2o. „Ex verbis Polybii (verf. 6.) παρελθόντες εἰς τὰ πλήθη &c. patere, *Cornelium egiffe cum populo Aetolorum*, ut univerfis fuaderet, ut manerent in Romana focietate. Sed in Pylaico conventu non aderat populus Aetolorum, fed foli duo legati Aetolorum Pylagoræ: nam ad Pylas folebant convenire ex pluribus Græciæ populis triginta tantum viri, quod ait Paufanias in Phocicis." [lib. X. c. 8. p. 816. At id quidem, de numero XXX Amphictyonum, de fua tantum ætate dicit.] 3o. „Aetolorum concilium, (quod *Panætolicum* vocabant, tefte Livio XXXI. 29. XXXV. 32.) quo quotannis, ftatis diebus, frequentiffimas nundinas ludofque agebant, & magiftratur populi creabant, legitime in urbe Aetolica, cui *Thermum* vel *Thermus* nomen, celebrabatur; tefte Polybio noftro lib. V. c. 8. & Strab. lib. X. [p. 463.] Adde Polyb. Legat. 74." [nobis XXVIII. 4, 1.] — Hæc PALMERIVS; cum quibus conferenda quæ ad Livium XXXIII. 35, 8. notavit DVKERVS. — Porro de ipfis verbis ἐπὶ τὴν τῶν Θερμικῶν σύνοδον fic monuit REISKIVS: „Poteft hæc lectio defendi, & ad Θερμικῶν fubaudiri ἱερῶν aut ἀγώνων, *ad conventum ad Thermicos ludos.* Poteft quoque brevius legi ἐπὶ τὴν Θερμικὴν σύνοδον. Cum ejufmodi conventibus alicujus populi fecum, aut cum fociis fuis, in quibus caufæ ad rempublicam pertinentes agebantur, ludi etiam fæpe conjuncti erant, h. e. facra folennia cum epulis & exercitiis corporum coram toto coetu exhibendis, qui ἀγῶνες adpellantur." — Immo vero nullo modo folicitanda vulgata fcriptura. τῶν Θερμικῶν eft a τὰ Θερμικὰ, quemadmodum omnium fere nomina feftorum & πανηγύρεων, ftatis temporibus apud Græcos celebratarum, in plurali neutrius generis efferri folent, intelligendo utique τὰ ἱερὰ, quia omnia iftiufmodi folennia in deorum vel dei alicujus honorem inftituta & deo alicui confecrata habebantur.

Verf. 5.

Verf. 6. *Verf.* 6. ἐπὶ τῆς ἐξαρχῆς αἱρέσεως. Mendofe Bav. ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐρέσεως. — *Verf.* 7. μὴ κοινωνικῶς. Corrupte idem Bav. ac forte etiam Vrfini codex μὲν κοιν. Correxit Vrfinus. — *Verf.* 10. τοῦ πρὸς Φίλιππον πολέμου. Poftremum vocabulum aberat ab Vrfini codice & Bav. Ex ingenio adjecit Vrfinus.

Cap.XXXII Verf. 1.

CAPVT XXXII.

Verf. 1. Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς πάνυ ὠρέγετο τῆς Ἐφέσου &c. Licet Fragmenti hujus auctorem *Polybium* nominatim non defignaverit Suidas, nulli tamen dubitavimus, cum Cafaubono in Polybii Fragmentis, & cum Valefio in Adnot. ad XVI. 40, 2. huic auctori illud tribuere. Et pofuimus quidem hoc loco, ubi de reliquis Antiochi rebus hujus temporis agebatur; quamquam intelligimus, rectius ad annum fuperiorem fore relatum, quandoquidem Livio tefte XXXIII. 38. jam initio hujus anni ab V.C. 558. (quo deinde in Cherfonefum tranfiit) Ephefi hiemaverat Antiochus. *Ephefi*, poft alias Afiæ minoris & Ciliciæ præfertim ac Lyciæ urbes, quæ prius a Ptolemæi partibus tenebantur, *captæ ad extremum ab Antiocho*, meminit Hieronymus in Comment. ad Danielis prophetæ cap. XI.

Verf. 3. *Verf.* 3. Προχωρούσης τῷ Ἀντιόχῳ κατὰ νοῦν τῆς ἐπιβολῆς. De *rebus profpere ab Antiocho* primum in Afia, tum in Europa, fcil. in Cherfonefo Thracica *geftis*, ubi *Lyfimachiam* urbem reftituere eft adgreffus, vide Livium XXXIII. 38. — *Ibid.* οἱ περὶ Λεύκιον Κορνήλιον. *Lucium* hunc *Cornelium*, *a fenatu miffum* ait *ad pacem inter Antiochum & Ptolemæum conciliandam:* diverfumque facit a *Cnaeo Cornelio*, uno ex decem legatis ad Flamininum miffis, quem ex decreto concilii legatorum & Flaminini, ad Philippum profectum effe docuit cap. 31, 3. conf. Liv. XXXIII. 35. Quod vero idem *Lucius Cornelius* apud Livium initio cap. 39. in plerifque editionibus vulgo *Caji* prænomen habeat, id nonnifi operarum ex errore, in ultima Gruteriana editione commiffo, ortum docet Drakenborchius; quare & paulo

paulo post eodem etiam capite & mox rursus cap. 41. recte *Lucius* idem adpellatur. Apud Appianum vero, de Rebus Syriacis cap. 3. perperam *Lucius* hic cum *Cnæo* illo, de quo paulo ante diximus, permutatus est. Ceterum, quanam ex *Corneliorum* familia vel hic Lucius fuerit, vel ille Cujus, nusquam adnotatum reperimus. Verf. 3.

CAPVT XXXIII.

Cap. XXXIII. Verf. 1.

Verf. 1. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἧκον &c. Hanc Eclogam, quæ in Excerptis Antiquis conservata est, proxime cohærere cum Legat. X. quam superiori capite posuimus, paulo ante a Reiskio monitum vidimus ad cap. 31, 2. & manifeste adparet ex Liv. XXXIII. 39. ipso initio. — *Ibid.* καὶ τῶν δέκα restituimus ex msstis nostris Aug.Reg.F.G.Ves. Tub. quibus invitis temere μετὰ τῶν δέκα editum erat. Non *cum decem legatis* hi advenerunt, sed ipsi *ex decem legatorum numero* erant. — *Ibid.* Λέντουλος. De nominis scriptura vide quæ ad cap. 31, 2. notavimus. — *Ibid.* Λεύκιος δὲ Τερέντιος &c. De difficultatibus, quæ huic loco inesse videri possunt, dictum pariter est ad c. 31, 2. Nox vero non tam miramur, quo pacto legati ad Antiochum missi, qui eum in Chersoneso versari ex legatis ejus (cap. 30, 1-4.) cognoscere potuerant, *Thaso* in Thraciam advenerint; (quandoquidem consentaneum erat, primum cum eo collega, qui ad liberandam Thasum missus est, Thasum, quæ prope Thraciam est, navigasse, & inde porro ad Antiochum profectos;) quam quod eodem tempore, quo hi Selymbriam in Thraciam venerunt, advenerit etiam *P. Lentulus*, qui in partem oppositam, longissimeque hinc remotam, *Bargylia in Cariam* erat missus, ad Græcos ejus regionis a Philippi dominatu liberandos. — *Ibid.* Οὐΐλλιος. Ὄϊλιος h. l. erat in ed. 1. & msstis; & ὁ Ἴλιος in Reg. G. Οὐΐλλιος vero monente Vrsino edidit Casaub. Conf. cap. 31, 3. — *Ibid.* Θάσου recte editum erat cap. 31, 2. consentientibus msstis.

Verf.

Verf. 2. *Verf.* 2. Λυσιμάχειαν tenuimus, editum a Cafaub. Λυσιμαχίαν ed. 1. cum msstis, quod fervari poterat, ut XVII. 3, 11. & XVII. 4, 5. Sic & meliores codices V. 34, 7. Sed alteram formam Λυσιμάχεια unice agnofcit Stephanus. Ceterum nil admodum differt.

Verf. 3. *Verf.* 3. οἱ περὶ τὸν Ἡγησιάνακτα καὶ Λυσίαν. conf. c. 30, 4.

Verf. 4. 5. *Verf.* 4. ἀλλοιοτέραν correximus; quod grammatica ratio pofcebat. Vulgo ἀλλοιωτέραν. — *Verf.* 5. ὅσας νῦν ex msstis reftituimus, quibus invitis ὅσα νῦν perperam erat editum.

Cap. XIV. CAPVT XXXIV.

Verf. 1. *Verf.* 1. τοῦτο ποιεῖν. τοῦτο ποιεῖ Aug. male.

Verf. 2. *Verf.* 2. Verba οὐδὲ γὰρ & feqq. ufque ἁπλῶς οὐδὲν defunt Reg. G. & Vefont. — *Ibid.* περιεργάζεται. Præcedens oratio obliqua videri poterat περιεργάζεσθαι hic pofcere; at fic folet Polybius ab oratione obliqua ad rectam, & viciffim, fubito tranfire. conf. ad I. 79, 12.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἀνακτησάμενος. Sic fcripti & edd. & ferri fane hoc poteft. ἀνακτησόμενος in fut. voluerat Reifkius.

Verf. 4 fq. *Verf.* 4. Σελεύκου δὲ πολεμήσαντος &c. Simillimam de poffeffione Coelefyriæ difputationem vide lib. V. c. 67. *Ibid.* δορίκτητον. Sic XXIV. 8, 6. δοριάλωτον communi confenfu editum erat. Eodem modo δορίληπτος recte fcribitur apud alios auctores, a tertio cafu δορὶ, unde etiam feparatim legitur δορὶ λαβὼν, δορὶ ἐλάβομεν. De quibus monuimus ad Appiani lib. III. T. I. p. 54, 40. (Adnot. p. 159.) — *Verf.* 8. Ῥωμαίοις τὰς χεῖρας. Cum Vrfino merito correxit Cafaubonus. Mendofe Ῥωμαίους ed. 1. cum msstis.

Verf. 9. *Verf.* 9. τυγχάνειν. Perperam τυγχάνει ed. 1. cum folis Reg. F. & Tub.

Verf. 10. *Verf.* 10. διεξάξειν Cafaub. cum Vrfin. & Aug. διεξάζειν Tub. Vef. & Reg. F. fed in hoc prius fuerat διεξάγειν, quod habet ed. 1. cum Med. & Reg. G. in Vef. vero διεξ-

διεξάγειν inter lineas fcriptum. — *Ibid.* ἀναγκαιότητα recte Cafaub. cum Vrfin. Mendofe ἀναγκαιότητα ed. 1. cum msstis, quod ex perperam accepto fcripturæ compendio ortum. De re fic Livius XXXIII. 40. *Sibi cum Ptolemæo & amicitiam effe, & id agere fe, ut brevi etiam adfinitas jungatur.* Eodem modo Appian. Hiftor. Syriac. c. 3. Πτολεμαίῳ δ' ἔφη καὶ συγγενὴς εἰμι, καὶ ὅσον οὔπω καὶ κηδεστὴς ἔσομαι. Verf. 10.

CAPVT XXXV.

Cap. XXXV. Verf. 1 fq.

Verf. 1. οἰομένων. Temere οἰωμένων ed. 1. — *Ibid.* τοὺς Σμυρναίους.. τοὺς Σμυρναίας eadem, cum Reg. F. — *Verf.* 4. ἀλλ' ἐπὶ fcripfimus cum ed. 1. & codd. ἀλλὰ ἐπὶ ed. Cafaub. & feqq. — *Ibid.* Ῥοδίων. Ῥωδίων ed. 1. perperam & invitis msstis.

Verf. 6. Ἐὰν τὸ δὴ λέγομενον &c. Abfque Polybii nomine fragmentum hoc citavit Suidas, Polybio vero illud vindicat codex Vrbinas, qui, ut Cafaubonus in Polybii Fragmentis docuit, in ea regione, ubi fcriptum Excerptum eft, quod cap. 33-35. exhibuimus, hæc verba in ora habet τὸ δὴ λεγόμενον τρέχωσι τὴν ἐσχάτην. Eadem verba ex ora fimilis codicis protulerat etiam Vrfinus. De dictione τρέχειν τὴν ἐσχάτην diximus ad I. 87, 3. Verf. 6.

CAPVT XXXVI.

Cap. XXXVI. Verf. 1.

Verf. 1. Τῶν μὲν παραβόλων &c. Sententia hæc, quæ primo verfu continetur, præter reliquos codices msstos, qui Excerpta Antiqua comprehendunt, inferta etiam cum aliis nonnullis fententiis eft in cod. Reg. D. ut monuimus in Præfat. T. II. p. 9. nota *p*.)

Verf. 2. Σκόπας. Bene huic Fragmento Cafaubonus titulum infcripfit hunc: *Quomodo Scopas Aetolus, ut aliquanto prius Cleomenes Spartanus, Alexandriæ perierit, fed non pariter atque ille gloriofe.* Nempe *fortiter* certe mortem oppetierat *Cleomenes*, de cujus fine vide lib. V. c. 38. Verf. 2.

c. 38. sq. Hac parte historiarum suarum *exitum avaritiae & rapinarum Scopae* exposuit Polybius, de quo pauca praedixerat lib. XIII. c. 2.

Vers. 3. *Vers.* 3. δυνατός. ἀδύνατον solus Tub.

Vers. 7 sqq. *Vers.* 7. οἱ περὶ τὸν Ἀριστομένην. De *Aristomene* conf. XV. 31, 6 seqq. — *Vers.* 8. Εὐμένους. Εὐμενοῦς ed. 1. cum msstis nostris. Accentum mutavit Casaub. ut fert usus Graecorum in nominibus, quae ex adpellativis propria fiunt. — *Vers.* 9. εἰς Πτολεμαῖον. Repone εἰς τὸν Πτολεμαῖον, ut habent ed. 1. & 2. cum msstis. Temere omissa est propositio in ed. Gron. unde error in Ernestinam & in nostram propagatus.

Cap. XXXVII.

CAPVT XXXVII.

Vers. 2. *Vers.* 2. συνεδρεία. συνεδρία ed. 1. cum msstis. — *Vers.* 3. τῶν ἔξωθεν τῶν πρεσβευτῶν. Alter articulus delendus videtur, scribendumque τῶν ἔξωθεν πρεσβευτῶν.

Vers. 4. *Vers.* 4. Ὁ δ' Ἀριστομένης ὅτε &c. Ὁ γὰρ Ἀριστ. legendum putemus nos quidem. Et persaepe particulae δὲ & γὰρ inter se permutatae a librariis sunt. — *Ibid.* καὶ τοὺς παρὰ τῶν Αἰτωλῶν δὲ πρεσβεύοντας. Particula δὲ solicitari non debuit: referenda est ad praecedens καί. καὶ δὲ, *& vero, & nimirum, & praesertim.* διαπρεσβεύω in activo non tam in usu est, quam διαπρεσβεύομαι in verbo medio.

Vers. 5. *Vers.* 5. διὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀλογίαν. Correxit Casaub. cum Vrsino. ἀναλογίαν ed. 1. cum msstis; quod vocab. saepe pro illo imperite posuerunt nostri librarii.

Vers. 8. *Vers.* 8. ἐφ' Ἑλλησπόντου. Et hoc cum Vrsino correxit Casaub. Sic vero voluerant debuerantque certe Aug. Reg. F. G. & Ves. in quibus terminatio ου, quae extremae voci superscribenda fuerat, omissa est, ut saepe factum. Perperam ἐφ' Ἑλλήσποντον ed. 1. & Med. ἐφ' Ἑλλήσποντι Tub.

Vers. 10. *Vers.* 10. οὐ γὰρ ὁρμίσειε τὰς ναῦς. οὐ ex msstis restituimus: sic certe prorsus Aug. & Tub. οὐ γὰρ Reg. F. G. Vesont. ὡς γὰρ temere edd. ὁρμίσειε vero recte Casaub.

Desi-

Desiderabatur enim verbum activum. Mendose ὁρμήσεις. *Ibid.* καθαπερανεί. Et hoc recte curavit Casaub. praeeunte Vrsino, qui divisis vocibus (quod perinde est) καθάπερ ἂν εἰ proposuerat. Corrupte καθάπερ ἂν εἰς ed. 1. cum msstis.

Vers. 11. τὸν αὐτοῦ βίον. Rursus Casaub. cum Vrs. τὸν αὐτὸν βίον ed. 1. cum msstis. Vers. 11.

CAPVT XXXVIII. Cap. XXXVIII.

Vers. 1. ἐγενήθη. Perperam ἐγεννήθη ed. 1. cum msstis. Vers. 1. *Ibid.* διὰ τοῦ πλήθους bene habet, nec mutari a Casaubono debuerat.

Vers. 2. λαβὼν γὰρ συνεργὸν τὴν ἀχαριότητα τὴν χαριμόρτου καὶ τὴν μέθην. Vers. 2. Casaubonus ante ἀχαριότητα *asteriscum* posuit, ut corruptelae signum; in latina vero versione sic scripsit: *Propositum namque ipsius adjuvantibus .... & temulentia;* verba τὴν ἀχαρ. τοῦ χαριμ. exprimere non audens, & pro iis spatium vacuum relinquens. Quo nomine eum reprehendit VALESIVS in Praef. ad Excerpta de Virt. & Vitiis, his verbis: „Quid quod mendum esse putavit (Casaubonus) in his, λαβὼν γὰρ συνεργὸν τὴν ἀχαριότητα τὴν Χαριμόρτου. At locus est planissimus: alludit enim ad *Charimorti* nomen.“ — Nempe per figuram eam sermonis, quam παραγραμματισμὸν vel παρήχημα grammatici vocant, intelligenda haec existimavit Valesius: cujus sententiam probans GRONOVIVS in Notis ineditis, provocavit ad Suidam in Παραγραμματίζων, & ad illud Athenaei lib. VII. p. 338. καλοῦ Καλλιθένους, tum illud Scholiastis Luciani T. I. p. 6. [ad Timon. c. 55. T. I. edit. Hemsterh. p. 172.] διὰ τοῦ Θρασυκλέους θρασύτητα. — Consentit REISKIVS, ἀχαριότητα exponens *saevitatem, crudelitatem, immanitatem, inhumanitatem,* ab ἄχαρις. Denique de eodem vocabulo haec monuit ERNESTVS in Lexico Polybiano: „εὐκαιριότητα corrigit Valkenar. ad Euripid. Phoeniss. p. 665. At non male, ut opinamur, defendit vulgatum Valesius. Alluditur ad nomen Χαριμόρτου, eritque ἀχαριό-

ριότης Χαριμόρτου in *ingenio* [illius hominis] *inepto ad res gerendas & ſtupore.*" —

Ibid. ἐξετοιχωρύχησε Caſaub. cum Vrſino. Corrupte ἐξετοιχώρησε ed. 1. cum msstis.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Ἀνακλητήρια. Temere Ἀνακλιτήρια ed. 1. τὰ Ἀνακλητήρια malimus, cum articulo. — *Ibid.* οὐδέπω μέν. Particulam μὲν, temere omiſſam in editis, reſtituimus ex msstis.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἀξίως τοῦ τῆς βασ. Temere omiſſa vox ἀξίως in ed. 1. & cod. Tub.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. κατὰ τὸν πατέρα, *regnante patre*, ſc. juvenis regis, *Ptolemæo Philopatore.* — *Ibid.* ἐ δ ό κ ε ι. Poterat fortaſſe teneri δ ο κ ε ῖ in præſente (*dicitur, fertur, perhibetur,*) intelligendo ſequentem infinitivum δευτερεύειν in notione temporis præteriti, ut ſæpe aliâs. Pro δευτερεύειν, mendoſe δευτέραν habet ed. 1. cum cod. Med. Hæc, & quæ ſequuntur, inſerta etiam erant Eclogis Valeſianis, ubi Eclogæ initium ab his verbis fecit compilator: "Ὅτι Πολυκράτης ὁ τῆς Κύπρου ἄρχων ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ παιδὸς, ut retulit Valeſius.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Πιστευθεὶς γὰρ τῆς Κύπρου. Ex ed. 1. & librorum manu exaratorum conſenſu reſtituimus hoc, de quo diximus ad VI. 56, 13. Vrſinus ex ingenio aut πιστευθείσης τῆς Κύπρου legendum cenſuerat, aut πιστευθεὶς τὴν Κύπρον. Priorem rationem adoptavit Caſaubonus, & tenuere poſteriores editores. — *Ibid.* Πτολεμαίῳ τῷ Μεγαλοπολίτῃ. De hoc confer lib. XXVII. 12. *Ptolemæum*, Ageſarchi filium, *Megalopolitanum*, (haud dubie eumdem hunc, qui Cypro, regum Aegypti nomine, fuit præfectus) hiſtoriam ſcripſiſſe *de rebus Ptolemæi Philopatoris*, refert Athenæus lib. VI. p. 246. & alii quos ibi laudat Caſaubonus, & Voſſius de Hiſtoricis græcis lib. I. c. 18.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. βίον ἀσυρῆ. βίον ἀπρεπῆ Suid. in Πολυκράτης. Sed ἀσυρῆ recte contra Valeſium defendit Reiſkius, quo vocab. & aliâs uſum eſſe Polybium ſcimus, IV. 4, 5. ἀσυρὴς, *homo foedus, impurus, improbus.* cf. Heſych. h. v.

Verſ.

Verf. 8. In Ἀγησάνδρου consentiunt nostri codices cum editis. Sed ex eis auctoribus, quos ad vers. 6. diximus, ex Athenæo, Clemente Alexandrino, Arnobio, intelligitur Ἀγησάρχου legendum; certe in hoc nomen hi consentiunt, & apud Athenæum quidem, præter locum supra citatum, bis etiam alibi idem nomen habes, lib. X. p. 425. & lib. XIII. p. 577 sq. Nescimus an idem hic fuerit *Ptolemæus*, cui cognomen *Macron* fuisse ait auctor libri II. Maccab. c. 10, 12. qui, cum sub Ptolemæo etiam Philometore Cypro fuisset præfectus, deserto Aegypti rege ad Antiochum Epiphanem, Syriæ regem, transit. Vers. 8.

Verf. 9. ὀκνήσομεν. Perperam ὀκνήσωμεν ed. 1. Reg. F. G. Vef. — *Ibid.* τὰ παρακολουθήσαντα ταῖς ἐξουσίαις αὐτῶν ἀπρεπῆ. Postremam vocem deletam voluit Valesius ex præscripto codicis Peiresciani. Temere: nempe ibi sua auctoritate nonnihil mutaverat compilator istarum Eclogarum. Confer ad vers. 7. Vers. 9.

Hic desinunt *Excerpta Antiqua.* Quæ enim in nonnullis Codicibus msstis posthæc adjecta sunt, ea ex superioribus libris repetita esse docuimus in Præfat. T. II. p. 8 sqq.



ADNOTATIONES
AD
POLYBII HISTORIARVM
LIBRI XIX.
RELIQVIAS.

Lib. XIX. Ex *libro XIX. historiarum Polybii* nihil diserte adfertur, præter illud quod apud Stephanum Byz. vulgo legitur: Κυνὸς Κεφαλαὶ, λόφος (nisi λόφοι ibi ex Polybio scribi debuit) τῆς Θετταλίας. Sed ibi erratum esse in numeris, & *librum XVIII.* non *XIX.* citari debuisse, monuimus ad XVIII. 5, 9. & ad init. lib. XVII. Quæ ex Libro XX. nominatim citantur Fragmenta, ea pertinent ad res A. V. 562 & 563. gestas. Quare cum liber XVIII. desierit in rebus anni 558; intelligitur, res anno 559. & uno aut duobus sequentibus gestas *libro XIX.* fuisse comprehensas. Ex quorum annorum historia nullum, quod sciam, Polybianum fragmentum superest, præter duo. Primum hoc, quod Plutarchus in Catone Maj. p. 341 sq. ex Polybio retulit, *de rebus ab ipso Catone Cos. A. V.* 559. *in Hispania gestis;* de cujus fragmenti argumento confer Liv. XXXIV. 17. & Appian. de rebus Hispan. c. 41. Alterum, quod in narratione rerum A. V. 560. gestarum ex Polybio Livius adfert XXXIV. 50. quod exhibuimus in *Spicilegio Reliquiarum Polybii ex lib. XIX.* Tom. V. p. 40 seq.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XX.

RELIQVIAS.

CAPVT I.

Nominatim *ex vicesimo Polybii Libro* citantur Fragmenta, quae exhibemus cap. 4 seqq. (conf. Adn. ad c. 4, 1.) tum cap. 8. denique cap. 11, 11 seq. Porro in cod. Peiresc. post illa verba, ἦγον αὐτὸν εἰς τὰς Θήβας, (nobis cap. 7. extr.) scriptum erat: Τέλος τοῦ κ'. λόγου τῆς Πολυβίου ἱστορίας, unde intelligitur, proxime sequens fragmentum Valesianum (nobis XXI. 5, 5, sqq.) non amplius pertinere ad librum XX. adeoque librum XX. non ultra res anno 563. gestas progressum esse. Fragmentum hoc *de Aetolorum Apocletis, cum Antiocho consultantibus*, decerptum est e rebus exeunte anno ab V. C. 562. gestis, ut intelligitur ex Liv. XXXV. 45 extr. & seq. ubi ait: *triginta principes, cum quibus, si qua vellet, consultaret, delegarunt Aetoli... Rex postero die cum Apocletis eorum, unde bellum ordiretur, consultabat.* De Aetolorum Apocletis conf. IV. 5, 9. & ibi not. Lib. XX Cap. I.

CAPVT II.

Cap. II.

Ἀντιόχου πρεσβεύσαντος πρὸς Βοιωτούς. Ἀντιόχου pro vulgato Φιλίππου esse restituendum, monuit REISKIVS, cujus ad hanc Eclogam hujusmodi est Adnotatio: „Inter Fragmenta X. & XI. [de Legat.] magnus est hia-

 tus:

tus: omnia enim desiderantur Excerpta Legationum earum, quas e Polybio Livius libris XXXIV. & XXXV. retulerat, unicum *Fragm. XI.* si excipis, quod Livius XXXV. 50. retulit, ex quo constat, non ad *Philippum* id pertinere, sed ad *Antiochum*. Casaubonus a librario aberrante se passus est in erroris communionem abripi. Verba Livii sunt: *Ab Achæis quidem legatio* (Antiochi) *cum tristi responso ad regem rediit:* (h. e. renuncians, Achæos in societate Romana manere, & nolle ab ea ad Antiochum desciscere.) *Boeoti nihil certi responderunt: quum Antiochus in Boeotiam venisset, tum, quid sibi faciendum esset, se deliberaturos esse.* Vides pæne totidem Livii, quot Polybii, & eadem verba." — De eisdem Boeotis confer mox rursus cap. 4 seqq.

CAPVT III.

Cap. III. Vers. 1. *Vers.* 1. Ἀντιόχου διατρίβοντος ἐν τῇ Χαλκίδι &c. Eadem habet Livius XXXVI. 5. Χαλκίτιδι pro Χαλκίδι est in Bav. — *Ibid.* τοῦ χειμῶνος καταρχομένου, *incipiente hieme*, nempe exeunte anno 562. & ineunte 563. At Livius hanc rem ad annum 563. retulit, quum novi consules ejus anni magistratum jam iniissent; sed hieme tamen etiamnum hæc gesta esse significat; *ne cessaret*, inquit, *per hibernorum tempus.*

Vers. 2. *Vers.* 2. μὴ προεκβιβάζειν σφᾶς εἰς τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον. Mendose προεβιβάζειν Bav. quod ex προσβιβάζειν corruptum videri potest, quandoquidem E & C sæpe inter se permutantur a librariis. Sed commode προεκβιβάζειν Vrsinus, sive suo e codice, sive ex conjectura edidit, id est, ut Casaubonus vertit, *ante tempus in bellum adversus Romanos conjicere.* Sic ἐκβιβάζειν εἰς τὸν πόλ. XXVII. 6, 8. Possis vero perinde προεμβιβάζειν legere, quemadmodum ἐμβαίνειν εἰς τὸν πόλεμον passim usurpat scriptor noster, & ἐμβιβάζειν εἰς ἀπέχθειαν XVI. 38. Quod vero προσεμβιβάζειν voluit Reiskius, ut sit *una secum in caussam deducere*, nil necesse est.

Vers.

Verſ. 4. πράττειν. Mendoſe πράττει Bav. Sic & *vſ.* 5. πέμπει pro πέμπειν. — *Verſ.* 6. διότι πέμψει. διότι πέμπει Bav. in contextu; ſed in marg. eadem manu γρ'. πέμψει. Verſ. 4 ſq.

Verſ. 7. Εὐφάνῃ. Ἐμφανῇ cod. Vrſin. & Bav. Εὐφάνῃ edidit Vrſinus, Livium ſecutus, idque tenuere ceteri Editores. Nobis retrahendus viſus eſt accentus, ut diſtingueretur nomen proprium ab appellativo. Verſ. 7.

CAPVT IV. Cap. IV.

Verſ. 1. Βοιωτοὶ ἐκ πολλῶν ἤδη χρόνων &c. Eclogam hanc *ex libro XX.* hiſtoriarum Polybii eſſe decerptam, docet Athænæus lib. X. p. 418. his verbis: Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης ἐν τῇ εἰκοστῇ φησὶ τῶν Ἱστοριῶν, ὡς Βοιωτοὶ, μεγίστην δόξαν λαβόντες μετὰ τὰ Λευκτρικὰ, κατὰ μικρὸν ἀνέπεσον ταῖς ψυχαῖς, καὶ ὁρμήσαντες ἐπ' εὐωχίας καὶ μέθας, συνέθεντο καὶ κοινώνεια τοῖς φίλοις. πολλοὶ δὲ τῶν ἐχόντων γενεὰς ἀπεμέριζον τοῖς συσσιτίοις τὸ πλέον τῆς οὐσίας, ὥστε πολλοὺς εἶναι Βοιωτῶν, οἷς ὑπῆρχε δεῖπνα τοῦ μηνὸς πλείω τῶν εἰς τὸν μῆνα διατεταγμένων ἡμερῶν. Διόπερ Μεγαρεῖς, μισήσαντες αὐτῶν τὴν τοιαύτην κατάστασιν, ἀπένευσαν εἰς τοὺς Ἀχαιούς. Quæ verba, nonnihil quidem corrupta, manifeſte ducta ſunt ex his quæ habemus cap. 4, 1 ſq. & cap. 6, 5 ſqq. Conf. Adnot. ad c. 6, 6. Qua occaſione hanc *de Boetorum moribus* digreſſionem fecerit Polybius, docet cap. 7, 3 ſqq. & Liv. XXXVI. 6. Verſ. 1.

Verſ. 2. κατὰ τὸ συνεχὲς ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις. Valeſius: *paullatim deinceps.* Rectius, *continuo inſequentibus temporibus.* — *Ibid.* Ἀμφιόκριτος. Apud alium ne ſcriptorem mentio occurrat hujus *prætoris Boeotorum*, aut quidnam potiſſimum eo prætore geſtum ſit, non habemus compertum. Verſ. 2.

Verſ. 4. Rurſus κατὰ τὸ συνεχὲς minus recte, *adſidue*, interpretatus eſt Valeſius. Scribe in verſione: *deinde ſtatim bellum geſſerunt cum Aetolis.* Et paullo ante, ἐκπολεμω- Verſ. 4.

λεμνσάντων, rectius sic: *Cum enim Achæi ad bellum cum Aetolis eos concitassent.*

Cap. IV.

CAPVT V.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τοὺς περὶ τὸν 'Ασκώνδαν καὶ Νέωνα, τοὺς Βραχύλλου προγόνους. De *Brachylla* vide supra, XVIII. 26. & mox XX. 7, 3. ad quem locum Valesius, *Brachyllam*, ait, *Neonis filium* fuisse, nescimus an alio indicio usus præter hæc Polybii verba. Si Neonis fuit filius, fuerit fortasse *Neon* filius *Ascondæ*. Pro Βραχύλλας apud Plutarch. in Flaminin. p. 372. vulgo Βραχύλλελιν mendose scribi, monuit idem Valesius.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. πλέων πρὸς τὰ ἔσχατα τῆς Βοιωτίας. Quid sit hoc, nescire nos profitemur. In *Asiam* tenuit cursum, ut intelligitur ex verſ. 11. & in eo cursu *præter extremitatem Boeotiæ*, nempe præter Boeotiæ oram, navigavit. Ferremus πρὸς τοῖς ἐσχάτοις; sed cum accusativo, τὰ ἔσχατα, requiri utique putamus παρά. — *Ibid.* πρὸς Λαβρύναν. Primum erratum haud dubie in oppidi nomine est. VALESIVS: „*Larymnam*, ait, alii vocant, oppidum in ora Boeotiæ situm, ad ostra Cephissi amnis, cui nomen dedit Larymna, Cyni filia, teste Pausania in Boeoticis. [IX. 23. p. 756.] Meminit ejusdem oppidi Strabo ac Plinius.“ — Nempe ex Λάρυμναν, quæ vera scriptura est, primum Λάμρυναν fecerat librarius; deinde alius solenni errore μ cum β commutavit. Porro ferri posset πρὸς Λαρύμνᾳ in dativo casu, *apud Larymnam;* sed cum accusativo Λάρυμναν necessario περὶ fuerit scribendum. His scriptis, denuo relegentes verba prouti vulgata sunt, intelligimus, teneri utroque loco præpositionem πρὸς posse, si *deleamus comma quod est post* Βοιωτίας, *illudque post* Λάβρυναν *ponamus*, hac sententia: *navigans negotii cujuspiam caussa ad extremam Boeotiæ oram ad Larymnam urbem.* Nempe, dum cursum in Asiam tenebat, potuit obiter *negotium aliquod* Larymnæ habere, nempe cum hominibus, qui *spem aliquam proditionis* ipsi ostenderant: hac enim notione voca-

vocabulo *πρᾶξις* & *πράξεις τινὲς* uti solere Polybium, jam sæpius vidimus. — *Ibid. ἐκάθισαν αἱ νῆες αὐτοῦ.* Cum præcedat *Ἀντίγονος* & *πλέων*, monuit REISKIVS: „Anacoluthum hoc est, qualia multa sunt, inprimis apud Aelianum & Philostratum, qui hoc in genere nimii sunt, & affectant putidam elegantiam, nominativum pro genitivo consequentiæ usurpantes.“ Verf. 7.

Verf. 11. *ἐτέλει τὸν πλοῦν εἰς τὴν Ἀσίαν.* — „Forte *εἰς τὴν Εὔβοιαν.* Nam qui in Asiam e Macedonia tendit, ad Boeotiam non adnavigat.“ REISKIVS. — At non dixit Polybius, quonam ex portu solverit, aut quamnam in Asiæ partem navigarit. Præterea aliquid negotii habuerat in illa Boeotiæ ora, ut significat scriptor verf. 7. Verf. 11.

Verf. 13. *ὁτὲ μὲν - ὁτὲ δέ.* Sic scribendum putavimus pro vulgato *ὅτε μὲν - ὅτε δέ.* Verf. 13.

CAPVT VI. Cap. VI.

Verf. 2. *ἐξέκοπτον ἀεὶ τὴν δικαιοδοσίαν.* Vide ad XXIV. 1, 2 & 12. Verf. 2.

Verf. 4. *πρὸς τὴν τοιαύτην.* VALESIVS: „Deest *καχεξίαν*, aut quid simile, qua voce utitur in hoc fragmento Polybius non semel, [vide cap. 4, 1. & c. 6, 1.] eique *εὐεξίαν* opponit. Ejusdem originis verbum est *καχεκτεῖν*, unde *καχέκται* dicti apud Polybium, legat. 38. [lib. XXIII. c. 2.] quo in loco de prava administratione reip. Boeotorum eadem repetit, quæ hic dixerat. Tacitus alicubi dicit, *& quod in urbe ægrum erat.*“ — Verf. 4.

Verf. 6. *ἀπεμέριζον τοῖς συσσιτίοις.* VALESIVS: „In msto legebatur *τοῖς οὖσι τοῖς*, absque sensu: sed correximus ex Athenæo, qui hæc adducit ex lib. XX. Polybii. [Vide Adnot. ad cap. 4, 1.] Quemadmodum autem ex Athenæo hunc Polybii locum emendavimus, sic vicissim Athenæus ex nostro codice emendandus videtur. Nam pro *κοινώνεια τοῖς φίλοις*, legendum videtur *κοινὰς τοῖς φίλοις τὰς οὐσίας ἐποίουν.* Sed tolerari potest fortasse *κοινώνεια*, ut sint quasi *collegia* ac *sodalitia*. Quod autem in Athe- Verf. 6.

næo δειλινὰ legitur, non præferimus nostræ lectioni δεῖπνα, quamquam, ut ingenue fateamur, in exemplari nostro erat διπλᾶ." —

Vers. 8. *Vers.* 8. ὅτε δὲ Κλεομένης εἰς τὸν Ἰσθμὸν προεκάθισε. — „Sic emendavimus, cum in msto esset προσεκάθισε. Est autem προκαθίζειν Polybiana vox. Livius eleganter interpretatur *præsidere.* Quod enim Polybius in Legat. 12. dicit, [lib. XX. 3, 3.] ἀλλ' εἰ μὲν αὐτὸς δύναιτο προκαθίσας τῆς Ἠπείρου παρασκευάζειν σφίσι τὴν ἀσφάλειαν, id Livius lib. XXXVI. [cap. 5.] *sed si ipse posset terrestribus navalibusque copiis præsidere Epiro.* Vide fragmenta Polybii in Ἐπίνειον & Προκαθίσαι apud Suidam." — Vide Fragm. hist. LXVII. T. V. p. 73. Apud Suidam vero verbum activum Προκαθίσαι non reperimus. Ceterum insolentior utique verbi constructio εἰς τὸν Ἰσθμὸν προεκάθισε, sed æque insolens εἰς τὸν Ἰσθμὸν προσεκάθισε. προσκαθίζειν τόπῳ, non τόπον, nec εἰς τόπον dicunt Græci. Ad προεκάθισε intellige προεκάθισε τῇ Πελοποννήσῳ δυνάμεις εἰς τὸν Ἰσθμόν. De re vero confer II. 52. ubi docet Polybius, post alias Peloponnesi urbes Corinthum ad extremum occupasse & præsidio tenuisse Cleomenem, quo scilicet impediret Macedonum in Peloponnesum cum exercitu adventum. Cf. Plutarch. in Arato p. 1042.

Vers. 11. *Vers.* 11. Quum vulgo sic legeretur, οὐδένα δὲ ποιούμενοι λόγον τῶν Μεγαρέων, τῆς παρουσίας αὐτῶν οὕτω θυμωθέντες &c. inter παρουσίας & αὐτῶν *asteriscum* posuit VALESIUS, & hæc adnotavit: „Hunc locum ita emendavi, τῆς παρουσίας τῶν Ἀχαιῶν οὐκ ἐνθυμηθέντες." — Nempe istam emendationem ad marginem etiam contextus adscripserat, & in versione sic posuerat: *cumque illos* (scil. Megarenses) *valde spernerent, neque ante prævidissent, Achæos auxilio adfore, confestim obsidionem urbis atque oppugnationem instituerunt.* Contra REISKIUS: „Aberravit, inquit, a vero Valesius in emendando & interpretando hoc loco, qui sic est legendus & distinguendus: οὐδένα δὲ ποιουμένων λόγον τῶν Μεγαρέων τῆς παρουσίας αὐτῶν.

[id

[id eſt:] *quod autem Megarenſes impreſſionem a Boeotis in agrum ſuum factam magni non faciebant; οὕτω θυμωθέντες πολιορκεῖν ἐπεβάλλοντο* &c. *ita, (ideo, tum tandem) Boeoti, eo contemtu ſui irritati, coeperunt Megaram oppugnare.*" — Eodem modo etiam Salmaſium olim in ora ſui exempli Eclogarum Valeſianarum correxiſſe, intelleximus ex notulis nonnullis a venerando Ruhnkenio mecum ex eo libro, quo uſus olim Salmaſius eſt, communicatis. Verſ. 11.

CAPVT VII.

Cap. VII.

Verſ. 2. ἔν γε τοῖς ἑξῆς. — „Belli Perſici tempora intelligit, quo tempore Boeoti in maximas calamitates inciderunt, ut narrat Livius lib. XLII." [cap. 43 ſq.] VALESIVS. Verſ. 2.

Verſ. 3. Οἱ πολλοὶ πρόφασιν &c. Hæc vulgo, ut ſeparata Ecloga, exhibentur, & pro more, quem initio cujuſque Eclogæ tenuit compilator, particula ὅτι præponitur, ſic: Ὅτι οἱ πολλοὶ &c. Quare aſteriſcos nonnullos inter lineas interpoſuimus. Attamen oppido parum eſſe videtur, quod hic prætermiſit compilator: ac fortaſſe nihil, niſi conjunctio οὖν, deſideratur. De re confer Liv. XXXVI. 6. Verſ. 3.
Ibid. τὴν ἐπαναίρεσιν τὴν Βραχύλλου. Vide lib. XVIII. c. 26.
Ibid. στρατείαν ἣν ἐποιήσατο Τίτος ἐπὶ Κορώνειαν &c. Vide Livium XXXIII. 29.

Verſ. 4. καχεκτοῦντες. De hoc verbo dictum eſt ad cap. 6, 4. Hoc vero loco REISKIVS aut ἐκαχέκτουν legendum ait, aut deeſſe contendit aliquod verbum in imperfecto tempore poſitum. Forte ſatis commode ex præcedentibus ſubintelligere licet verbum ἀπηλλοτριωμένοι ἦσαν, *alienati erant a Romanis*, aut aliquid ſimile. Verſ. 4.

Verſ. 5. οἱ τῶν Βοιωτῶν ἄρξαντες. ἄρχοντες maluerat Valeſius: ſed & illud ferri poſſe faſſus eſt. Verſ. 5.

Cap. VIII.

CAPVT VIII.

Verf. 1 fq. *Verf.* 1. συνετέλει γάμους &c. conf. Liv. XXXVI. 11. & Appian. Syriac. cap. 16. & c. 20. — *Verf.* 4. ἔθετο δὲ καὶ τῇ παιδὶ ὄνομα Εὔβοιαν. Conf. quæ a Weffelingio ad Simfoni Chronicon adnotata citavimus ad Appiani Syriaca c. 20. — Ex ea parte hiftoriæ deperditæ, quæ hoc loco inter caput 8. & 9. reliquiarum hujus Libri olim interjecta erat, decerptum eft id quod ex Polybio refert Livius XXXVI. 19. de *decem millibus militum, quos Antiochus fecum in Græciam trajecit.* Vide Spicileg. Reliquiarum Polybii, Tom. V. p. 41.

Cap. IX.

CAPVT IX.

Verf. 1. *Verf.* 1. Οἱ περὶ τὸν Φαινέαν &c. De Argumento hujus Eclogæ conf. Livium XXXVI. 27 feqq. Livii narrationem cum Polybii narratione ex profeffo contendit H. Stephanus in Schediafm. lib. IV. n. 11 & 12. in Gruteri Thef. Crit. T. V. fuppl. p. 136 fqq.

Verf. 4 fqq. *Verf.* 4. περισπώμενος. Temere περισπάμενος ed. Vrf. *Verf.* 5. ἐκέλευσε. ἐκέλευε Bav. bene. — *Verf.* 7. προφερόμενοι recte dedit Bav. Et fic corrigendum monuerat Henr. Stephanus. Eodem modo Reifkius.

Verf. 9. *Verf.* 9. πρὸς τὸν ἀξιωματικὸν λόγον. Aut ἱκετικὸν pro ἀξιωματικὸν reponendum cenfuit Stephanus, aut legendum τρέπεσθαι μὴ πρὸς τὸν ἀξιωματικὸν, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἱκετικὸν λόγον. Scilicet putaverat, nil aliud fignificare poffe τὸν ἀξιωματικὸν λόγον, nifi *orationem dignitati ejus, qui loquitur, convenientem; orationem qua quis utens fuam dignitatem fervat.* Qui fi Suidam faltem evolviffet, & loca ab illo prolata confideraffet, ubi ἀξίωμα non modo idem valet quod βούλημα, fed & idem quod ἱκετεία, defiturus erat mirari, quid cogitans Vrfinus, verba hæc, τὸν ἀξιωματικὸν λόγον, id ipfum effe dixerit quod apud Livium legimus *totam in preces orationem verfam;* nec hanc notionem vocabuli ifti fubjectam prorfus præteriturus erat in Græcæ Linguæ Thefauro.

Ibid.

Ibid. συγγνώμην τυχεῖν ἐν τοῖς ἡμαρτημένοις. Non cunctari debueramus, importune insertam pronunciare præpositionem ἐν, quam adeo *deletam* utique velimus. Sæpenumero eadem prorsus ratione, post verbum in ν literam exiens, imperite insertam illam voculam vidimus. Conf. Adn. ad IV. 68, 4. V. 35, 6. &c. Vers. 9.

Vers. 11. τίνα δύναμιν ἔχει. Sic recte & perspicue Bav. In Vrsini codice erat τὴν δύναμιν ἔχει. Vnde ἣν δύναμιν ille edidit, & in Notis monuit, aut sic esse legendum, aut τὴν δύναμιν ἥν. Acute Reiskius ex conjectura jam viderat, τὴν illud, quod in Vrsini erat codice, ex τίνα fuisse corruptum. — *Ibid.* ὡς ἂν διὰ τοῦτο λ ε ι ο τ έ ρ ο υ σφίσιν ἐ λ έ ο υ ὑπάρξοντος. REISKIVS, cum & lectionem ab Vrsino adoptatam, & ex Notis Vrsini scripturam codicis, quo is usus erat, retulisset, hæc porro adnotavit: „Margini (Vrsinus) pro Λευκίου adscripsit Μανίου. Et sane *Manii Glabrionis* nomen rei aptius, quam *L. Valerii Flacci.* Sed quum perinde erat, ad mutationis quidem culpam, utrum nomen optaret, præstabat certe aptius nomen præferre, *Manii*: parum enim in L. Valerio momenti erat, in Manio summa rei. Mihi videtur Polybius dedisse ὡς οὖν διὰ τοῦτα ἑτοιμοτέρου (aut προχειροτέρου) σφίσιν ἐλέου ὑπάρξοντος, *ac si ob illam formulam pronunciatam paratior ipsis esset futura venia & commiseratio;* aut ὡς διὰ τοῦτο λειοτέρου σφίσι τοῦ ζυγοῦ τῆς δουλείας ὑπάρξοντος.“ — ὡς ἂν nos quidem, sicut ab Vrsino correctum est, tenendum utique duximus. ἐλέου, quod suasit Reiskius, verissimum visum est: in eamdemque cogitationem incidisse olim Gronovium, ex schedis ejus intelleximus. Ceterum λειοτέρου utique suspectum manet, & προχειροτέρου malimus. Vrsinus in ora ex sua conject. ἠπιωτέρου posuit, ad Λευκίου vel Μανίου referens. Vers. 11.

Vers. 12. περὶ αὐτοῦ. περὶ αὐτοῦ Vrsin. & Bav. non male. Vocem hanc cum præcedentibus Casaubonus literis quadratis excudi curans, spiritum cum accentu omisit. Eodem modo Gronov. Asperum spiritum adjecit Ernestus. Vers. 12.

CAPVT

CAPVT X.

Cap. X. Verf. 3. *Verf.* 3. *μεταλαβών.* Nil opus eſt ut cum H. Stephano *μεσολαβών* corrigamus. — *Ibid.* *οὕτως ἔχει.* *ἔχειν* cum Vrſini codice etiam Bav. habet, quam lectionem ferri pariter poſſe ait Vrſinus in Notis. Nobis in contextu recte ab Vrſino *ἔχει* poſitum videtur.

Verf. 4. *Verf.* 4. *μήτε μετὰ κοινοῦ δόγματος.* Sic XX. 4, 6. Lectio codicis Bav. *κατὰ κοινοῦ δόγματος* præſidium invenire videri poteſt in XI. 30, 3. ubi vide notata. Henr. Stephanus *ἀπὸ κοινοῦ δόγματος* ſcribere juſſerat, quod & Reiſkio placuit.

Verf. 5. *Verf.* 5. *Δικαίαρχον.* Hic olim legatus ab Aetolis fuerat Romam miſſus, (XVII. 10, 9.) occaſione pacis cum Philippo componendæ: poſthac ab eiſdem ad Antiochum erat miſſus, ut ad bellum adverſus Romanos eum concitaret. Liv. XXXV. 12. — *Ibid.* *Μενέστρατον.* — „Videtur legendum eſſe *Μενέσταν*, ſi Livianam verſionem ſequi velimus, quæ confirmatur Polybii alio loco, qui eſt in fragm. [Legat.] 28. [lib. XXII. 14, 13.] in quo *Μενέστας* hic nominatur, qui *Meneſtas* idem eſt in libris manuſcriptis Livianis." VRSINVS. Ad hæc REISKIVS: „Dubitat, inquit, Vrſinus de bonitate hujus lectionis, propterea quod idem infra *Μενέστας*, & apud Livius *Menetas* appellatur. Sed ea dubitandi cauſa idonea non erat: nam *Μενεστᾶς* (ut exarandum eſt, non *Μενέστας*) idem eſt atque *Μενέστρατος*, ut *Ἀλεξᾶς* idem atque *Ἀλέξανδρος*, *Φιλᾶς* idem atque *Φίλανδρος*, *Ἀπελλᾶς* [neſcio an *Ἀπολλᾶς* ſcribere vir doctus voluerit] idem atque *Ἀπολλόδωρος*, & alia talia. Poteſt etiam lectio *Menetas* defendi: nam ut *Philetas* nomen fuit virile, ita quoque *Menetas*." — In numero formarum decurtatarum nominum virilium poterat hic commemorari etiam *Ἀμύνας* vel *Ἀμυνᾶς*, quo uſus eſt Polybius noſter IV. 16, 9. pro *Ἀμύνανδρος*, tum *Τιμόλας* XVII. 14, 4. pro *Τιμόλαος*, niſi ibi a librario peccatum. Apud Livium XXXVI. 28. & XXXVIII. 10. codices nonnulli non *Menetas*, ſed *Meneſtas* & *Meneſtes* habent. — *Ibid.*

εἰς

εἰς Ναύπακτον. Mendofe nonnihil in hac regione fcriptum in fuo exemplari fuiffe ait Vrfinus, idque a fe correctum. Putamus *εἰς Ἀνάπακτον* in Vrfini codice fuiffe, ut in Bav. Cetera quidem omnia recte exhibet Bav. — *Ibid. συναποχωρήσαντας πρὸς αὐτούς.* — „*qui a fe* (Romanis) *defeciffent ad ipfos*, Aetolos puta." REISKIVS. Verf. 5.

Verf. 7. *εἰς ἔννοιαν αὐτὸν ἀγαγεῖν.* Perperam *αὐτοῦ ἀγαγεῖν* Bav. & Vrfini codex. *ἔννοιαν* vero recte Bav. Mendofe *ἄνοιαν* cod. Vrfini. — *Ibid. ἔτι γὰρ ὑμεῖς ἑλληνοκοπεῖτε.* Livius: *nec hercule magnopere nunc curo, quid Aetoli fatis ex more Græcorum factum effe cenfeant.* — *Ibid. ποιεῖσθε λόγον.* Mendofe *ποιεῖσθαι* Bav. Ceterum aut *λόγον* in *λόγους* mutandum cenfuerat Henr. Stephanus, (admodum probabiliter, ut videtur,) aut delendam præpofitionem *περὶ* ante *τοῦ δέοντος* vel *πρέποντος.* — *Ibid. εἰς τὴν πίστιν.* — „Poft *τὴν* deeft aut *ἐμὴν*, aut *ἡμετέραν*, aut *Ῥωμαίων*." REISKIVS. — At poterat haud incommode *Ῥωμαίων* fubintelligi. Verf. 7.

Verf. 8. *σκύλακα σιδηροῦν.* Perperam *σκύλακας σιδηροῦν.* Pollux lib. X. fegm. 167. *δεσμὸς μέντοι σιδηροῦς καὶ σκύλαξ.* Vbi monuit IVNGERMANNVS: „Sic apud Latinos *canis, catulus* vel *catellus ferreus*, ut docuit Turnebus VII. Adverf. 12. & Marcilius Interpretamento legis XII. tabul. c. 18." — *Ibid. περιθεῖναι.* Sic bene Vrfinus edidit, nefcimus an ex fuo codice. Nofter Bav. quidem mendofe *περιθῆναι* (fic) habet. Verf. 8.

Verf. 9. *ἕστασαν*, per fyncopen pro *ἑστάκεσαν.* Sic *προέστασαν* V. 5, 8. *καθέστασαν* I. 71, 2. & fimilia. Aut *ἵσταντο* aut *ἔστησαν* voluerat Reifkius. Ceterum de eodem verbo ifto confer quæ notavimus ad IX. 3, 7. — *Ibid. ἀπαντωμένων.* Mendofe *ἀπατωμένων* Bav. Verf. 9.

Verf. 10. *Ὁ δὲ Λεύκιος.* Corrupte *ὁ δὲ λάριος* Bav. & Vrfini codex. — *Ibid. βουλεύσασθαι* ex Bav. adoptavimus. *βουλεύεσθαι* edidit Vrfinus, nefcimus utrum ex ingenio, an ex fuo codice. Verf. 10.

Verf.

Verf. 14.15. *Verf.* 14. διὸ γράφειν ἔδοξεν. ἔδοξαν malimus. — *Verf.* 15. ἀπαντᾷν. ἀπατᾷν Bav.

Verf. 16. *Verf.* 16. τὴν τοῦ βασιλ. Caret τὴν Bav. male. — *Ibid.* εἰς αὐτόν. Ferri hoc poteſt, *in ſe*, ſc. Nicandrum. Sed magis placet εἰς αὐτοὺς, quod in latina verſione expreſſit Caſaubonus: *propenſum regis animum in Aetolorum gentem.* — *Ibid.* μηδὲν γενέσθαι πέρας ὑπὲρ τῆς εἰρήνης. Vocem πέρας corruptam in ſuo exemplari ait Vrſinus; quid vero in illo fuerit ſcriptum, non declarat: de qua negligentia hujus editoris, præſertim cum unicus ille fuerit codex, e quo eclogæ de Legationibus editæ ad hunc diem erant, conqueritur hoc loco, ut ſæpe aliâs, Reiſkius. Nunc quum nos Bavarico ſimul uſi ſimus codice, ſciat lector, nil in eo quidem corruptum eſſe hoc loco.

Cap. IX.

CAPVT XI.

Verf. 1. *Verf.* 1. περιτετείχς. Temere & mendoſe περιπατείας ed. Vrſini. Recte Caſaub. & ſeqq. cum Bav.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἀφ' ἧς ὡρμήθη ἡμέρας. Ita oportuit. Pari ratione cap. præc. verſ. 16. dixerat, ὅθεν καὶ τὴν ὁρμὴν ἐποιήσατο.

Verf. 3. *Verf.* 3. τοὺς Μακεδόνας ἀφεστῶτας μέν. Neceſſario poſt Μακεδόνας requirebatur conjunctio δὲ, nec vero ſuperflua erat μὲν, quæ ad ſequens δὲ in οὐ μακρὰν δὲ refertur.

Verf. 4. *Verf.* 4. εἰς τὴν Λαμίαν. conf. ad IX. 29, 2. Hunc Polybii locum reſpexiſſe videtur Steph. Byz. cum ſcripſit Λάμια, πόλις τῆς Θεσσαλίας τῶν Μηλιέων, ὡς Πολύβιος. Conf. eumdem in Φάλαρα, & Polyb. XX. 10, 16. — *Ibid.* ἐπεβάλετο caſu (puto) irrepſit in edit. Gronovii, e qua in noſtram eſt propagatum. ἐπεβάλλετο in imperf. dant ed. 1. & 2. cum msſtis, non male, licet præceſſerit διεκόμισε in aoriſto.

Verf. 5. *Verf.* 5. εἰς τοὺς προκοίτους τῶν Μακεδόνων. προκοίτους pro vulgato προκρίτους ad oram ſui exempli adnotaverat Gronov. Et REISKIVS: „imo vero προκοίτους, inquit, *in ſtationem* (ut Livius vertit) *incidit Macedonum.*" —

Sui-

Suidas: Πρόκοιτος· ὁ προφύλαξ. Vocabulo προκοιτία, *excubiæ*, usus est Polyb. II. 5, 6. & VI. 35. 5. — *Ibid.* Nescimus quid scabri habent verba πρὸς τὸ πείσεσθαί τι. Suspicati sumus προσδοκῶν ἢ πείσεσθαί τι &c.

Vers. 6. τοὺς ἐπὶ τούτων ὄντας. — „In notis citat Vrsinus ἐπὶ τοῦτον. Vtrumque male. Lege ἐπὶ τούτῳ, & sic quoque p. 1119, 2. Livius, aut errore, aut licentia, male hic reddidit sententiam auctoris sui, *accumbere eum epularique jussit:* non certe cum ipso Philippo." REISKIUS. — Quod ἐπὶ τοῦτον in Notis Vrsini est, haud dubie operarum errori debetur. Cur vero ἐπὶ τούτων damnaret Reiskius, hoc quidem loco, nulla idonea caussa fuit: nihil enim frequentius ista constructione præpositionis ἐπὶ cum genitivo hac notione, *præesse, præfectum esse alicui rei, curam rei habere.* vide III. 35, 4. IV. 87, 7. V. 71, 11. &c. Sunt autem hoc loco οἱ ἐπὶ τούτων ὄντες *illi ex regiis famulis vel ministris, qui hoc munus, hanc curam habebant, ut exciperent regis hospites.* Altero loco, quem Reiskius designat, (nempe mox *Vers.* 8.) recte monuit, legendum τοῖς ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοις, & sic ibi etiam Bav. perspicue dedit, ubi de singulari aliquo negotio & mandato agitur, nempe de mandato comitandi deducendique Nicandrum. *Ibid.* μετὰ προπομπῆς ἱκανῆς. Vrsinus in Notis, aliud putamus animo agens, citat μετὰ σπουδῆς ἱκανῆς. προπομπῆς habet Bav. ut est in Vrsini contextu. Vers. 6. sq.

Vers. 9. τελέως ἀνελπίστου καὶ παραδόξου φανείσης. Sic perspecte scribendum viderat Reiskius, & ante eum Casaubonus, qui vertit, *plane contra spem suam atque opinionem omnium.* Sane prorsus nullam tolerabilem sententiam ex vulgata scriptura τελέως ἀνελθὼν extricaveris. Vocabula ἀνέλπιστος καὶ παράδοξος sæpe copulat scriptor noster. — *Ibid.* ἀπὸ ταύτης τῆς ἐνστάσεως. Ferri hoc potest, *ab hoc initio.* Sed τῆς συστάσεως perspicue dat Bav. quod verissimum videtur, *ab hac notitia, ab hac familiaritate, cum rege contracta.* cf. XXVII. 13, 8. XXIX. 8, 7. &c. Vers. 9.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. εἰς ὑποψίαν. εἰς ὑποψίας Bav. non male, ac fortaſſe rectius. — *Ibid.* ἐμπεσὼν ex emendatione Vrſini eſt, qui ἐμπέσαι fuiſſe ait in ſuo exemplari. In cod. Bav. eſt ſcripturæ compendium, quod non ſatis extricamus: videtur fere eſſe ἐν πᾶσι, ſed facile credimus ex ἐμπεσὼν corruptum. — *Ibid.* μετήλλαξε. μετήμαξε ed. Vrſ. operarum errore.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. Κόραξ &c. Livius XXXVI. 30. *Vt ad Coracem eſt ventum, (mons eſt altiſſimus inter Callipolin & Naupactum,) ibi & jumenta multa* &c. Adde Appian. de Rebus Syriac. cap. 31.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. Ἀπεράντεια, &c. Liv. XXXVI. 33. *Inde Dolopiam, & Aperantiam, & Perrhæbiæ quaſdam civitates* (Philippus) *recepit.* Ceterum Ἀπεράντεια, an Ἀπεραντία ſcribas, perinde eſt. conf. XXII. 8, 3.

CAPVT XII.

Cap. XII. Verſ. 1. *Verſ.* 1. συνέβη καὶ τὴν ἐκ τῆς Ῥώμης πρεσβείαν, ἣν ἀπέστειλαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, παραγενέσθαι. — „Locus ſuſpectus. Primum ratio linguæ græcæ poſtulabat ἐκ τῆς Ῥώμης τὴν πρεσβείαν, non τὴν ἐκ τῆς Ῥώμης. Non enim Roma miſſam legationem veniſſe Spartam ſignificatur, ſed Roma rediiſſe Spartam. Deinde aliud fuit in codice Vrſini: quid fuerit non ſatis intelligo: forſitan ἐκ τῶν Ῥωμαίων. [ἐν τῆς Ῥωμαίων perperam eſt in Bav. neque aliter fuerat in Vrſini exemplari.] Vulgata Vrſino debetur; ſed ea vitioſa eſt. Nam, quod tertium & idem graviſſimum eſt, hæc legatio neque Romæ fuit, neque Roma rediit, neque Romam miſſa eſt, ſed Aegium ad concilium Achæorum, ad quod Manius Acilius Glabrio Coſ. cum T. Quintio Flaminino convenerat: id quod patet ex Livii XXXVI. 35. *Conſul cum T. Quintio ad Achaicum concilium Aegium trajecit. Ibi de Eleis & exſulibus Lacedæmoniorum reſtituendis actum, & neutra perfecta res.* Hæreo in loco. Neque ἐκ τῆς Ῥώμης, neque ἐκ τῶν Ῥωμαίων placet. Fragmentum hoc cum illo Livii comparare debere, ordo narrata-

ratarum rerum apud Polybium Liviumque idem docet. Vt enim huic fragmento [Legationi XIV.] ſtatim ſubjicitur aliud [Legat. XV.] de benignitate ſenatus erga Philippum, ita quoque Livius eodem capite eadem de re narrat: *& Philippi legati ſub idem tempus in ſenatum introducti.*" REISKIVS. — Vtique turbas h. l. ciet atque dubitationem movere poteſt Livii a Polybio diſſenſus, præſertim cum in rerum græcarum hujus temporis narratione preſſo pede græcum ſcriptorem ſequi romanus conſueverit: ſi modo ea diſſenſio eſt, neque hoc ſolum, quod partem narrationis Polybii præterierit Livius. *Legationem a Lacedæmoniis Romam miſſam* ſilentio præterit Livius; *apud T. Quinctium in concilio Achæorum actum eſſe*, ait, *de exſulibus Lacedæmoniorum reſtituendis.* Hæc non pugnant inter ſe, ſed mirifice conſentiunt. Polybius ſcribit: *rediiſſe hoc tempore* (in cujus hiſtoria verſatur Livii narratio l. c.) *legationem a Lacedæmoniis Romam miſſam:* ſimul docet Polybius, *ſenatum Romanum reſpondiſſe Lacedæmoniorum legatis, ſe de eis rebus, quas petiiſſent Lacedæmonii, mandata daturum legatis Romanis in Græciam mittendis,* vel *miſſis.* (nam utroque modo intelligi verbum ἀποστελλομένοις poteſt.) Atqui in illorum legatorum numero *T. Quinctius* erat, ut docet Livius XXXV. 23. Igitur conſentaneum erat, ut in concilio Achæorum, cui tunc intererat T. Quinctius, eiſdem de rebus ageretur; præſertim quum & Lacedæmonii recens tunc (anno ſuperiori) occiſo ab Aetolis Nabide, (Liv. XXXV. 35.) ſocietati Achæorum intercedente Philopoemene eſſent adjuncti, (Liv. ib. c. 37.) & quum ceteroquin etiam ea, quæ poſtulaverant Lacedæmonii, ad Achæos nonnihil pertinerent, ut mox videbimus. Ceterum incommodat utique, quod non τῆς Ῥώμης habent libri mssti, ſed τῆς Ῥωμαίων. Sed ſatis jam vidimus, mendis ſcatere hos codices: & in promtu erat vel ἐκ τῆς Ῥώμης corrigere, ut fecit Vrſinus, vel ἐκ τῆς Ῥωμαίων πόλεως. Nam *de legatione Romam ad ſenatum a Lacedæmoniis miſſa* hic agi, dubitare nos non ſinunt ea

Verſ. 1.

Verſ. 1. quæ ſequuntur: in quibus illud quidem non magnopere urgebimus, quod ἡ σύγκλητος tantum non conſtanter de *ſenatu Romano* dicatur: nam interdum etiam, quamquam rarius, de alio concilio idem nomen Polybius noſter uſurpat, velut de concilio Achæorum Sicyonem convocato, XXIX. 9, 6. ac fortaſſe etiam de Acarnanum concione XXVIII. 5, 6. (ubi tamen dubitare licet, annon ſenatus Romanus ſit intelligendus.) Sed quemadmodum capite ſeq. XX. 13, 1. (in legatione XV. cujus argumentum Livius eodem capite cum eis rebus, de quibus hic agitur, conjunxit) ἡ σύγκλητος *ſenatus Romanus* eſt, ſic nulla eſt ratio cur dubitemus, hoc loco pariter σύγκλητον *ſenatum Romanum* dici.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. At manifeſta fit etiam res ex ipſis mandatis, quæ habebant legati Lacedæmoniorum (*Verſ.* 2.) Ἐπρέσβευον μὲν γὰρ περὶ τῶν ὁμήρων. *Miſſi erant legati, ut peterent de obſidibus.* Sunt nempe hi obſides, qui in pace anno 559. a T. Quinctio Nabidi data imperati erant Nabidi: *obſides daret* (Nabis) *quinque, quos imperatori Romano placuiſſet; filium in his ſuum.* Liv. XXXIV. 35. coll. cap. 40. Horum obſidum redditio nec ab Achæorum concilio, nec a T. Flaminino petere Spartani potuerunt: ad ſenatum Romanum ea res pertinebat. Et reſpondet ſenatus, *de obſidibus ſe amplius deliberaturum:* mox vero, ut docet Polybius cap. ſeq. *remiſerunt Spartanis obſides, excepto Nabidis filio.*

Ibid. καὶ τῶν κωμῶν. Alterum petitum erat *de pagis* vel *de vicis.* Poſſis etiam *de oppidis* vertere, nam oppidum non munitum κώμην Græci dicunt. conf. II. 17, 9. ſed id quidem non moramur. Quinam vero ſint hi *vici,* & quid de illis petierint a ſenatu Romano legati Lacedæmoniorum, intelligitur ex eis quæ poſt facta anno 556. tradit Livius XXXVIII. 30 ſeq. Scilicet *T. Quinctius, quum* in bello cum Nabide anno 559. *maritimæ oræ oppida omnia,* quæ ditionis Lacedæmoniorum fuerant, *partim metu aut vi cepiſſet,* (Liv. XXXIV. 29.) *& Gythium etiam,* portum Lacedæmoniorum, *in deditionem accepiſſet, caſtella omnia &*

& vicos ejus oræ in fidem tutelamque Achæorum tradiderat, quibus vicis atque castellis abstinere ex foedere Lacedæmonii deberent. Eam conditionem pacis a Flaminino proconsule Nabidi datæ prætererat quidem Livius XXXIV. 35. sed ex XXXVIII. 31. res satis adparet. Receperat quidem interim anno 562. Nabis Gythium, sed a Philopoemene, Achæorum prætore, rursus inde pulsus, & debilitatis ac prope fractis viribus in urbem Spartam inclusus erat. Liv. XXXV. 25-30. Eodem vero etiam anno, interfecto ab Aetolis Nabide, Lacedæmonii quidem, Philopoemenis oratione commoti, (qui tunc magistratu abierat,) societati Achæorum se adjunxerunt; (Liv. XXXV. 35-37.) sed vici atque castella oræ maritimæ, quæ in tutela Achæorum erant, eis non sunt reddita. Idcirco Romam legatos miserunt Lacedæmonii, qui peterent a senatu, ut, quoniam occisus erat Nabis tyrannus, & ipsi foederi Achæorum essent adjuncti, imperaret senatus reliquis Achæis, *ut vicos & castella oræ maritimæ*, a Romanis olim Nabidi ademta, & in Achæorum fidem tutelamque tradita, *sibi* (Lacedæmoniis) *nunc restituerent.* In eadem vero petitione *de vicis* agebatur fortasse etiam de exsulibus Spartanis, qui sub Achæorum tutela ibi habitabant. Vide notata ad vers. 3 & 4. Vers. 2.

Vers. 3. Respondit senatus, *de vicis illis mandata se daturum legatis Romanis, qui in Græciam essent missi,* (conf. notata ad vers. 1.) quorum in numero T. Quinctius erat, idem qui bellum cum Philippo ante aliquot annos confecerat. Ea de re haud dubie deinde actum est in eodem concilio Achæorum de quo Livius XXXVI. 35. loquitur, quamquam hujus rei non memorat Romanus scriptor, qui in Græciæ rebus Polybium quidem presse secutus, sed non omnes res ad Græcos pertinentes ita minutatim, ut a græco scriptore factum, persecutus est. At in illo Achæorum concilio nihil de ea re novi decretum est: vici illi, de quibus agebatur, cum tota ora maritima, Lacedæmoniis olim ademti, his non sunt restituti, sed manserunt in tu- Vers. 3.

tela Achæorum, magnam partem habitati ab exſulibus Spartanis, ægre id patientibus ceteris Lacedæmoniis. Liv. XXXVIII. 30 ſq. — *Ibid.* τοῖς παρ᾽ αὐτῶν ἀποστ. αὐτῶν reſtituimus ex msstis. Temere παρ᾽ αὐτῆς edidit Vrſinus, quod tenuere poſteriores editores.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. περὶ δὲ τῶν Φυγάδων τῶν ἀρχαίων. Mendoſum eſſe vulgatum Ἀχαιῶν, dubitari non debet. Non de *Achæorum exſulibus* agi, ſed *Lacedæmoniorum*, res ipſa docet, & conſentit Livius XXXVI. 35. conf. Plutarch. in Philopoem. p. 366. & Pauſan. lib. VIII. c. 51. p. 704. apud quem corrigendus eſt error in nomine Romani conſulis, & Μανίου pro Μανιλίου legendum. Scilicet agitur de illis civibus Spartanis, qui a Nabide, Lacedæmoniorum tyranno, & partim etiam ab eis, qui ante hunc tyrannidem Lacedæmone occupaverant, in exſilium fuerant pulſi; de quibus vide Polyb. XIII. 6, 3. & Liv. XXXIV. 26. Magna horum pars habitabat vicos oræ maritimæ Laconicæ, ut modo ad verſ. 3. ex Livio vidimus. In pace a Tito Nabidi data reſtituendorum in urbem exſulum illorum nulla fuerat mentio facta; (Liv. XXXIV. 36.) modo mandatum Nabidi, ut liberos & conjuges, quæcumque voluiſſent, exſulibus remitteret. (ibid. c. 35.) Nunc, liberata Lacedæmone a Nabidis tyrannide, & ſocietati Achæorum adjuncta, ſpem redeundi in patriam ceperant hi exſules, non invitis Achæis, ſed quam maxime invitis ipſis Lacedæmoniis, ut ſatis adparet ex Liv. XXXVIII. 34. Spartani legati de ea re ad ſenatum retuliſſe videntur Romanum, ubi de vicis agebant, quos habitabant exſules, ut monuimus ad verſ. 2. Quid reſponderit de Exſulibus ſenatus, perſpicue hic docet Polybius. In concilio deinde Achæorum, de quo Livius loquitur XXXVI. 35. & Plutarchus l. c. conſul Manius Acilius una cum T. Quinctio legato ab Achæis poſtulavit, ut exſules Lacedæmoniorum in patriam urbem reſtituerent: ſed res tunc non perfecta eſt, non quod id nollent Achæi, ſed quod ita rem factam vellent, ut non populus Romanus, ſed ut ipſi gratiam beneficii ferrent. Itaque dilata

res

res est, & demum anno 565. decreto in concilio communi Achæorum facto restituti in urbem exsules sunt a prætore Achæorum Philopoemene, ut Livius docet XXXVIII. 34. Iam iidem hi exsules Lacedæmoniorum, a Philopoemene in patriam restituti, diserte a Polybio οἱ ἀρχαῖοι Φυγάδες, id est, *veteres exsules*, vocantur lib. XXIII. 11, 7. XXIV. 4, 1. & XXV, 1, 10. Quare nullum dubium esse debet, quin & nostro hoc loco, pro τῶν Φυγάδων τῶν Ἀχαιῶν, quod vulgo consentientibus msstis legebatur, τῶν Φυγ. τῶν ἀρχείων fuerit scribendum. Ratio nominis satis intelligitur, non solum ut ab aliis nuperius in exsilium pulsis distinguerentur, (vide XXIV. 4, 2 & 5.) verum etiam quoniam revera jam diu erat ex quo in exsilium fuerant pulsi, ut docet Polybius loco supra citato, XIII. 6, 3. in rebus anni 550. & Livius XXXIV. 27. ubi ait: *Ipsorum quoque Lacedæmoniorum exsules permulti, tyrannorum injuria pulsi, spe recuperandæ patriæ in castra Romana convenerant. Multi autem erant, jam per aliquot ætates, ex quo tyranni tenebant Lacedæmonem, alii ab aliis pulsi* &c. Latius hæc & enucleatius exponere placuit, cum ut emendationis nostræ firmaremus veritatem, tum ut Livium cum Polybio conciliaremus, & alterum ex altero illustraremus; denique quod commoda visa hæc expositio est ad plura Polybii loca, quibus deinde & horum eorumdem & aliorum exsulum Lacedæmoniorum fit mentio, planius intelligenda. Eodem errore, qui hoc loco codices nostros foedaverat, libri omnes Ἀχαιοὶ pro ἀρχαῖοι dabant XIII. 3, 2. & vicissim XXIII. 11, 8. pro Ἀχαιοὶ, ἀρχαῖοι dedit Bav. Vers. 4.

CAPVT XIII.

Cap. XIII.

Vers. 1. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς &c. Vid. Livius XXXVI. 35. & confer notata ad cap. 12, 1. Vers. 1.

Vers. 3. τὸν μὲν υἱὸν Δημήτριον ἀπέλυσε. Livius l. c. *Non responsum solum benigne legatis est; sed Philippi quoque filius Demetrius, qui obses Romæ erat, ad patrem reducendus legatis datus est.* Fatemur, defendi ut- Vers. 3.

 cum-

Verf. 3. cumque particulam οὖν posse quæ pleonastice nonnumquam in apodosi orationis posita reperitur, ut monuimus ad XI. 14, 6. Sed vix abesse hoc loco potuit nomen υἱὸν, & tam facile confundi illud cum οὖν potuit a negligenti librario, qualis fuit is e cujus exemplo & Vrsini codex & Bavaricus manavit, ut non dubitandum putaremus, quin perspectam Reiskii adoptaremus emendationem. Illud etiam dicendum, vulgatam lectionem unius codicis Vrsiniani niti auctoritate, nam tota hæc ecloga desideratur in Bavarico.

Verf. 5. *Verf.* 5. *πλὴν Ἀρμένα.* Genitivus casus, a recto ὁ Ἀρμένας. *Armenes* apud Livium vocatur XXXIV. 52. ubi hunc cum Demetrio, Philippi filio, in triumpho ductum fuisse tradit a T. Quinctio. — *Ibid.* τοῦ Νάβιδος *υἱόν.* Mendose *μάνιδος* pro Νάβιδος scriptum fuisse in suo codice ait Vrsinus.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XX.

RELIQVIAS.

Ex libris historiarum Polybii, qui sunt inter vicesimum & vicesimum sextum interjecti, nullus nominatim citatur; & neque in Eclogis de Legationibus, nec in Eclogis de Virtutibus & Vitiis aliud indicium, quo constet ex quonam libro decerptæ sint Eclogæ ad hanc partem historiarum pertinentes, continetur, nisi quod in codice Peiresciano post illam Eclogam, quam exhibuimus lib. XX. cap. 7. vers. 3-5. scriptum sic fuerit: Τέλος τοῦ κ'. λόγου τῆς Πολυβίου Ἱστορίας. Ex quo intelligitur, proxime sequentem eclogam, quam exhibemus in Reliquiis libri XXI. cap. 5. vers. 5-7. ex libro vicesimo primo esse desumtam: sed quousque perducta fuerit in libro XXI. narratio rerum, aut a cujus anni rebus inceperit liber XXII. & quisque ex sequentibus libris, nusquam definitum reperitur. Itaque in horum librorum Reliquiis *justo ordine* digerendis, & in rebus quibusque ad eum *annum*, quo gestæ sunt, referendis, sequi quidem nobis licuit indicia satis clara, quæ partim series ipsarum Eclogarum de Legationibus & de Virtutibus ac Vitiis exhibebat, partim quæ consulum nomina passim in eclogis occurrentia, aut aliæ notæ internæ ex ipso argumento elucentes, subministrabant; denique ea indicia, quæ narrationis ordo, quem Livius tenuit, nobis offerebat. Sed in distributione rerum *per Libros*, inde

Lib. XXI.

a libro XXI. uſque librum XXV. conjectura contentos eſſe oportuit, quum certam & indubitatam rationem, quam ſequeremur, non haberemus.

Cap. I. CAPVT I.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *τῆς κατὰ τὴν ναυμαχίαν νίκης.* — „Significat illud navale prælium, quo C. Livius, præfectus claſſis Romanæ, Antiochi claſſem ejuſque præfectum Polyxenidam ad Chium vicit, de quo vide Livium in exitu libri XXXVI.“ REISKIVS. — *Ibid.* *ἐλινύας.* Sic recte per ſimplicem literam *ν* hoc nomen efferunt ſcripti libri. Confer Suidam & Etymol. in Ἐλινύειν. Contenderat Toupius in Emendd. in Suidam Part. III. p. m. 444. *ἐλινύοντας ἄγειν* h. l. ſcribendum; ſed eam ſententiam retractavit in Præfat. eidem Part. III præmiſſa, & nihil mutandum profeſſus eſt.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *τοὺς παρὰ τῶν Αἰτωλῶν πρέσβεις* &c. Vide Liv. XXXVII. 1. — *Ibid.* *προσῆγον τῇ συγκλήτῳ.* — „Quinam *προσῆγον*? Non certe *ἡ σύγκλητος*. Ergo deeſt aliquid, e. c. *οἱ περὶ τὸν Τῖτον*, quod colligitur e Livii XXXVII. 1. dicentis, *Aetolorum legatos a T. Quintio, qui tum Romam e Græcia rediiſſet, adjutos eſſe.*“ REISKIVS. — At ſic & aliâs loquitur Polybius, *εἰσήγαγον τοὺς πρεσβευτὰς*, XXII. 7, 1. & 4. & *εἰσῆγον εἰς τὴν σύγκλητον τοὺς πρεσβευτὰς*, XXIII. 11, 1. *legatos in ſenatum introduxerunt*, nempe ii quorum munus vel jus erat id faciendi; ſcilicet conſules, &, iis abſentibus, prætor urbanus, ut docuit Drakenb. ad Liv. XXXIX. 33, 1. Confer infra ad Polyb. XXIII. 11, 1. & ad XXIV. 1, 8.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *διασαφῆσαι ῥητῶς.* Sic recte emendavit Vrſinus in marg. & in contextum recepit Caſaubonus. Mendoſe *ῥητοῖς* mssti.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *Διὸ καὶ τούτοις* &c. Hæc verba cum primis verbis eclogæ proxime ſequentis, uſque *πυνθανόμενος τήν τε τῶν*, deſunt codici Bav.

CAPVT

CAPVT II.

Cap. II.

Verſ. 1. Πολιορκουμένων τῶν Ἀμφισσέων ὑπὸ Μανίου τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ. In latina verſione adde verba ibi neglecta, *Romanorum imperatore.* De tota re, quæ hac Ecloga agitur, confer Livium XXXVII. 5 ſqq. Breviſſime eadem res tangitur in Diodori Siculi Ecloga quinta Legationum. Verſ. 1.

Verſ. 3. ὑποδεξάμενος. Neutiquam damnemus vulgatam lectionem, ἀποδεξάμενος, quæ ex Vrſini codice erat edita; præſertim quum ὑποδέχεσθαι ſigillatim ſit *hoſpitio excipere*, quod veremur, ne non ſit hujus loci. Verſ. 3.

Verſ. 4. τὰ κατὰ τοὺς Αἰτ. Perperam καὶ κατὰ Bav. abſque τά. — *Ibid.* διειλήφει recte Caſaub. cum Bav. Mendoſe διειλείφει Vrſin. Verſ. 4.

Verſ. 6. Διόπερ ἅμα τῷ μνηϑῆναι. Rectiſſime ſic Bav. Perperam vulgo abeſt particula διόπερ. Deeſſe nonnihil perſpecte Reiſkius viderat; conjeceratque, καὶ ἅμα aut ὃς ἅμα aut οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἅμα ſcriptum oportuiſſe. — *Ibid.* πειράζειν. Nil differt Bav. Quod in Vrſini notis, ubi hæc verba repetuntur, παραπειράζειν legitur, operarum errore factum videtur. Verſ. 6.

Verſ. 7. εἰς τὴν Ὑπάταν αὐτοὶ, &c. Comma ponendum poſt αὐτοὶ, cum poſt Ὑπάταν vulgo fuiſſet poſitum, & juncta fuiſſent verba αὐτοὶ διελέγοντο, monuit Reiſkius. Verſ. 7.

Verſ. 8. κατεστάϑησαν οἱ συμμίξοντες correxit Caſaub. præeunte Henr. Stephano ſchediaſm. 12. lib. IV. συμμίξαντες ed. Vrſin. cum msſtis. Verſ. 8.

Verſ. 9. Ἀμφίσσης. Ἀμφίσης Bav. — *Ibid.* σφίσιν Φιλανϑρ. Sic σφίσιν cum ν in fine dant edd. & msſti, ut paſſim aliâs, licet ſequatur litera conſona, Verſ. 9.

Verſ. 10. ἔτι δὲ πρότερον καὶ φιλανϑρωπότερον ὁμιλήσαντος τοῦ Ποπλίου. Pro ἔτι δὲ πρότερον Henr. Stephanus ſchediaſm. 12. lib. IV. legendum cenſuerat ἔτι δὲ εὐνουστερον (vel εὐνοϊκότερον aut φιλικώτερον) ἢ πρότερον. Quam conjecturam probans Caſaubonus, in græcis ante Verſ. 10.

Verſ. 10. *πρότερον aſteriſcum*, in defectus notam, poſuit, & latine ſic locum hunc convertit: *Quum Publius benignius adhuc & humanius, quam ante, eos excepiſſet.* Inde GRONOVIVS: „Aſteriſco, ait, nil opus. Vnica litera inſerta, legendum *πραότερον.* Iungit hæc duo Legat. 6. [XX. 20, 7.] *νικῶντάς γε μὴν μετρίους καὶ πραεῖς καὶ φιλανθρώπους.* Et legat. 74. [XXVIII. 3, 3.] *ἐπιδεικνύειν τοῖς ἀνθρώποις τὴν τῆς συγκλήτου πραότητα καὶ φιλανθρωπίαν.*“ — Denique REISKIVS hæc adnotavit: „Si *ἔτι δὲ πρότερον* ſervatur, quod commode fieri poteſt, & Livii auctoritate confirmari videtur, dicentis, priuſquam ad L. Scipionem Coſ. Aſiaticum poſtea dictum accederent legati Aetolorum, eos ad fratrem ejus P. Africanum, qui in bello Antiochico fratri comes & magiſter pæne, nomine legati, aderat, acceſſiſſe; tum debet paulo ante [verſ. 9.] pro *Publii* nomine, nomen *Lucii* ſubſtitui: quod ſi non fit, neque neceſſe eſt fieri, tum pro *πρότερον* legendum eſt *πραότερον*, vel ſic, *ἐπὶ δὲ τὸ πραότερον.*“ — Speciem utique habet *πραότερον*, pro *πρότερον.* Et eodem modo XV. 17, 4. jungunt *πράως καὶ μεγαλοψύχως χρῆσθαι τοῖς πράγμασι.* rurſuſque XXI. 13, 7. Et formatur quidem comparativus *πραΰτερος* XXXII. 10, 4. ſed & *πραότερος* III. 52, 6. At, mutatione nil eſſe opus, recte monuiſſe Reiſkius videtur. Livii verba, ad quæ provocavit, quæ ex Polybio in latinum plane converſa videntur, hæc ſunt: *& ſpem pacis eis* (Aetolis) *ſermo etiam Africani, quem priorem adierunt, auxit.* Neque vero, tenendo hoc *πρότερον*, opus eſt, quemadmodum Reiſkius cenſuit, ut *Πόπλιον* verſ. 9. in *Λεύκιον* mutetur: ſatis fuerit, ſi ibi *τοὺς περὶ Πόπλιον* intelligamus *Publium Scipionem cum Lucio*; prorſus ſicut cap. 3, 5 ſq. ubi poſt *συμμίξαντες τοῖς περὶ τὸν Πόπλιον* infertur *τοῦ δὲ Λευκίου φήσαντος*, eadem ratione qua mox hoc cap. verſ. 12. *ὁ Λεύκιος διεσάφησεν* ait. Nempe ubi duo illi fratres publice legatos audiebant, conſentaneum erat, ut Lucium conſulem priorem adloquerentur legati, & ut idem Lucius prior, ante fratrem, reſponderet legatis. Quod prius

cum

eum Publio collocati erant legati, id privatim erat factum. Verſ. 10.

Ibid. καὶ διασαφοῦντος. Perperam καὶ διασαφούντων Bav. — *Ibid.* οἰομένου δεῖν ex Bav. reſtituimus, qui perſpicue ita dedit, quemadmodum ſuaſerat Gronov. probante Reiſkio. ὀρομένου ex ſuo cod. ediderat Vrſinus, pro quo προφερομένου aut aliquid tale reponendum ait in Notis. Caſaubonus ex ingenio φαμένου edidit, quod tenuere ceteri editores. — *Ibid.* σφᾶς αὐτῷ. Ferri pariter vulgatum poterat σφᾶς αὐτούς.

Verſ. 11. τελεσιουργηθησομένης recepimus ex Bav. Sic etiam Vrſinus in Notis legit, ubi verba hujus verſus repetit, & cum Livii narratione confert. Perperam vulgo in contexto legebatur τελεσιουργησομένης. Verſ. 11.

Verſ. 12. πυθομένων perſpecte correxit Caſaub. Mendoſe πειθομένων ed. Vrſin. cum msstis. — *Ibid.* αἵρεσις. Perperam αἵρεσιν Bav. Verſ. 12.

Verſ. 13. δεῖν γάρ. Notaverat hoc Gronov. ad oram ſui libri. Eodem modo emendandum vulgatum monuit Reiſkius. Verſ. 13.

CAPVT III. Cap. III.

Verſ. 2. Οἱ δέ. Caret δὲ Bav. — *Ibid.* Ἐχέδημον. Ἐχέδαμον h. l. Bav. idemque deinde verſ. 7. Ἐχίδιμον. Idem mox corrupte ἀποκλήροις ſicut Vrſini codex pro ἀποκλήτοις. Verſ. 2.

Verſ. 4. ἢ τῆς ἐπιτροπῆς ἐκτὸς ποιῆσαι τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας. Livius XXXVII. 7. *aut permiſſionem extra civium corpora fieri juberent.* Verſ. 4.

Verſ. 8. κἂν μὲν ἐπιτυγχάνωσι περὶ τῶν ἀξιουμένων. Poſt hæc verba omnino deſiderari καλῶς ἔχειν, aut aliquid ſimile, putavit Vrſinus. Sed nota iſta ellipſis eſt, & nulli non græco ſcriptori uſitata. Verſ. 8.

Verſ. 9. οὐκ ἀδύνατον. Perperam οὐκ ἀδυνάτους Bav. Verſ. 9.

Verſ. 11. πρὸς τὸν Λεύκιον. Perperam περὶ τὸν Λευκ. Bav. Verſ. 11.

Verſ.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. ἀπηλλάττετο recte Caſaub. & ſeqq. & ſic Vrſinus in Notis. Mendoſe ἀπημάττετο ed. Vrſ. in contextu. ἐπηλλάττετο Bav. male.

Cap. III.

CAPVT IV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Fragmentum hoc, quamquam abſque auctoris nomine citatum a Suida, Polybio jam vindicaverat Valeſius, in ſupplemento fragmentorum Polybii, Eclogis de Virtutibus & Vitiis adnexo. Debuiſſe vero hoc loco a nobis reponi, non dubitabit quiſquis illud cum proxime ſequenti ecloga & cum Liv. XXXVII. 9. conferre voluerit. De eodem fragmento olim diſſeruimus in Emendationibus & Obſervatt. in Suidam p. 29 ſqq. e quibus nonnulla hic repetere jubabit. Scilicet, qui ad verbum Ἐπισταθμευόμενοι apud Suidam interpretationem hanc adjecit, *κρίνοντες, ὑπονοοῦντες*, verbum σταθμᾶσθαι, quod ejuſmodi aliquam vim habet, cum verbo σταθμεύειν vel ἐπισταθμεύειν imperite confudit. Mox rectius apud eumdem Suidam ἐπισταθμευόμενοι exponitur εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους δεχόμενοι, adjecto alio exemplo ex neſcimus quo auctore, ἐπισταθμευομένους τε ὑπ᾽ αὐτῶν καὶ διαρπαζομένους. Sed ibidem, neſcimus quo pacto, cum a vi verborum ex antiquo ſcriptore citatorum, tum ab ipſius græci grammatici interpretatione plurimum aberravit Latinus interpres, verba iſta ita reddens: „Ἐπισταθμευόμενοι. Qui in domos a quibuſdam recipiuntur; qui hoſpitio excipiuntur. *Hoſpitio ab illis exceptos & ſpoliatos.*" Meliora jam olim dederat H. STEPHANVS in Theſ. Gr. Ling. T. I. col. 1740. verba illa ἐπισταθμευομένους ὑπ᾽ αὐτῶν recte exponens, *quibus, ut hoſpitia iis præberent, impoſitum erat;* ſeu *a quibus ad ſtativa ibi habenda deſignati erant.* Pariterque in noſtro Fragmento verba illa τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἀπολειφθ. &c. idem Stephanus perſpecte his latinis reddidit, *partim quod hoſpitio recipere juſſi eſſent relictos in navibus Romanos*, ſeu *quod relictis in nave* [rectius dixiſſet *in navibus* vel *cum navibus*, ac fortaſſe in græco ſcribendum erat σὺν ταῖς ναυσὶν]

σὶν] *Romanis mansiones apud eos designatæ essent.* Poterat brevius dicere, *quod stativis essent ab illis gravati.* Livius l. c. *Inter hæc Phocææ seditio orta. - - Gravia hiberna navium erant.* Vers. 1.

Ibid. τὰς ἐπιταγὰς δυσχερῶς φέροντες. Livius: *grave tributum, quod togæ quingentæ imperatæ erant, cum quingentis tunicis.*

Vers. 2. διὰ τὴν σιτοδείαν. Livius: *gravis etiam inopia frumenti.* — *Ibid.* διὰ τὴν τῶν Ἀντιοχιστῶν φιλοτιμίαν. Livius: *quibusdam ad Antiochum multitudinis animos avocantibus.* — *Ibid.* πρὸς Σέλευκον. Livius XXXVII. 8. *Filium Seleucum* (Antiochus) *in Aeolide reliquerat cum exercitu ad maritimas continendas urbes.* — *Ibid.* ὄντα πρὸς τοῖς ὅροις. Sic recte Bav. eodemque modo Vrsinus in Notis. Mendose vulgo περὶ τοῖς ὅροις, operarum puto errore ex prima edit. in ceteras propagato. Vers. 2.

Vers. 3. καραδοκεῖν τὴν τῶν ὅλων κρίσιν. Tacite sic correxit Casaubonus; & recte quidem, ut videtur. τῶν ἄλλων ed. Vrsin. cum msstis. Etiam alibi ista vocabula per librariorum incuriam confusa & permutata inter se vidimus, veluti VI. 56, 7. ubi pro ἄλλοις alii codices perperam ὅλοις habent. Vers. 3.

Vers. 4. καὶ Ῥόδων. Cum in msstis fuerit Ἡρόδων, Reiskius censuit, pari jure inde fieri potuisse Ἡρόδωρος. *Ibid.* καὶ Γελίας. καὶ Γαγελλίας Bav. — *Vers.* 6. προῆγεν πρὸς τὴν πόλιν. Confer Liv. XXXVII. 11. extr. Vers. 4.

Post hoc caput inserendum erat illud Fragmentum, quod ex Suida in Προστηθίδιον retulimus in *Spicilegio Reliquiarum ex lib. XXI.* Tom. V. p. 41. Conf. Livius XXXVII. 9.

CAPVT V. Cap. V.

Vers. 1. Πανσίστρατος. Sic, *Pausistratus*, scribitur nomen hujus viri apud Livium XXXIII. 18. XXXVI. 45. XXXVII. 9-12. Apud Polyænum Strateg. V. 27. prima litera corrupta Ναυσίστρατος. Apud Appian. Syriac. Vers. 1.

cap.

Verſ. 1. cap. 23 ſq. Παυσίμαχος. Conf. Drakenb. ad Liv. XXXVII. 9, 5. — *Ibid.* κημός. In variis ſignificatibus hujus vocabuli, quos exponit Scholiaſtes Ariſtoph. ad Equit. Act. III. ſcen. 2. verſ. 1147. & ex eo Suidas in hac voce, (quales ſunt *capiſtrum*, *fiſcella qua os equorum obturatur*, *corbis ita fabrefacta ut in ea capiantur impoſita eſca murices & alia conchylia*, *cribri quoddam genus*, &c.) eſt etiam hic, μηχανικόν τι πυρφόρον μηχάνημα, id eſt, *ignis receptaculum*, *ignitabulum*, *vas affabre factum ad recipiendum & ex uno loco in alium transferendum ignem*. *Trullam* Livius vertit, XXXVII. 11. ubi de hac re, breviter quidem, ita loquitur: *Quinque tantum Rhodiæ naves cum duabus Cois effugerunt, terrore flammæ micantis via ſibi inter confertas naves facta: contis enim binis a prora prominentibus trullis ferreis multum conceptum ignem præ ſe portabant.* Confer Appian. Syriac. cap. 24. qui πυρφόρα ἀγγεῖα σιδήρεα vocat.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. προτείναντες τοῖς κέρασιν εἰς θάλασσαν. Nil ſane huc faciunt τὰ κύματα. *conti cornibus ſuis prominebant in mare.*

Verſ. 4. *Verſ.* 4. κατὰ τὰς ἐμβολὰς καὶ παρεμβολάς. Satis familiare Polybio vocabulum παρεμβολή, ſed longe alio ſenſu quam qui locum hic quidem habere poſſit. Quod ſi verum genuinumque eſt hoc loco, denotabit *impetum e tranſverſo factum.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Παμφιλίδας. Præfectum hunc claſſis Rhodiorum commemorat etiam Livius XXXVII. 22 ſqq. Sed cum Polybius videatur ſignificare, *Pauſiſtrato* (in pugna navali, de qua hic agebatur, interfecto) *ſucceſſorem ſtatim a Rhodiis datum Pamphilidam eſſe;* Livius, contra, *Eudamum* a Rhodis ſuffectum Pauſiſtrato ait, l. c. cap. 12. & ad *Eudamum* refert id quod de *Pamphilida*, niſi quid hoc loco peccavit compilator, prædicat Polybius. Vtrumque conjunctim nominat Polyb. XXI. 8, 5. Pamphilidam ſub Eudami fuiſſe imperio, colligi poſſe videtur ex Liv. XXXII. 24. — *Ibid.* τοῦ Παυσιστράτου & mox *verſ.* 7. τὸν

Παυ-

Παυσίστρατον correximus ex Livio, ut monuimus ad verſ. 1. Vulgo Πασιστρ. editum erat ex cod. Peireſc. Sed Πεισιστρ. legitur apud Suidam, Polybii verba citantem in Παμφιλίδας, in Διάληψις & in Εὐαρμοστότερος, excepto quod in proſtremo loco Πασιστράτου habet editio Suidæ princeps Mediolanenſis, ſicut codex Peireſcianus.

CAPVT VI.

Cap. VI.

Verſ. 1. εἰς τὴν Σάμον προσέπεσε γράμματα τοῖς περὶ τὸν Λεύκιον καὶ τὸν Εὐμένη. Εὐμένῃ recte Caſaub. & ſeqq. Sic Εὐμένους cap. 7. 1. & ſic porro, accentu diducto, ut oportebat in proprio nomine. Εὐμενῆ, & deinde Εὐμενοῦς & ſic porro edidit Vrſinus cum msstis, minus recte. Verba ſupra ſcripta ſic interpretatus erat Caſaubonus: *advenere Samum literæ Seleuco & Eumeni.* Hinc GRONOVIVS: „Quem ὁ πάνυ hoc loco commentus ſit *Seleucum*, ait, non liquet. Is cujus infra in hoc aliiſque fragmentis mentio fit, eſt Antiochi, cum maxime Romanorum hoſtis, filius; cui quare id indicarent? Omnino bene ſe habent græca, & intelligo *Lucium Aemilium Regillum*, tunc prætorem. Vide Livium lib. XXXVII." — *Lucium* illum Aemilium, quem a *Lucio* conſule diſerte diſtinctum facit Polybius, Sami tunc cum claſſe fuiſſe docet Livius XXXVII. 17. Ibidemque fuiſſe *Eumenem*, docet idem ibid. c. 18. quo eodem loco etiam leguntur verba, ex hac Polybii ecloga *verſ.* 2 ſeq. tranſlata: *ſub idem* (Antiochus) *audivit, conſulem cum exercitu jam in Macedonia eſſe, pararique quæ ad tranſitum Helleſponti opus eſſent.* Quod *verſ.* 2. ubi legitur τὴν ἐπὶ τὸν Ἑλλησπ. πορείαν, ad oram ſuæ editionis τῆς & Ἑλλησπόντου Vrſinus notavit, id quo valeat non videmus. Recte τὴν & Ἑλλήσποντον dat Bav. ut idem Vrſinus in contexto habet. Verſ. 1 ſq.

CAPVT

Cap. VII. CAPVT VII.

Ecloga hæc de Legat. desideratur in cod. Bav.

Vers. 2. *Vers.* 2. νεανίσκους ἐξαπέστειλαν &c. Livius XXXVII. 20. *Per eosdem dies Elæam ex Achaia mille pedites* &c.

Vers. 3. *Vers.* 3. Διοφάνης ὁ Μεγαλοπολ. &c. Eadem leguntur apud Suidam in Διοφάνης. De eodem vero *Diophane* confer XXIII. 10, 4 sqq.

Vers. 4. *Vers.* 4. κυριώτατον. κυριώτερον Suidas, minus recte.

Cap. VIII. CAPVT VIII.

Vers. 1. *Vers.* 1. Αντίοχος ὁ βασιλεὺς, εἰς τὸν Πέργαμον εἰσβαλών. Livius XXXVII. 18. *Seleucus, Antiochi filius, - - - ad caput arcemque regni* (Eumenis) *Pergamum ducit oppugnandam. - - Eodem ferme tempore Antiochus - - haud procul Seleuci castris - - stativa habuit.* τὸ Πέργαμον in neutro genere usurpat Polyb. IV. 48, 11. quemadmodum fere latini solent scriptores. Sic & Strabo lib. XIII. p. 623 sqq. Sed Πέργαμος unice agnoscit Stephanus Byz. Idque in masculino genere, sicut h. l. in Bavarico codice est, rursus perspicue usurpat Polyb. XXII. 3, 10. εἰς αὐτὸν τὸν Πέργαμον. Sed quandoquidem in ipsam urbem non penetravit Antiochus, lubentes accipiamus τὴν, si Περγαμηνὴν legas, id est *Pergamenum agrum.*

Vers. 2. *Vers.* 2. ἐπὶ τούτου. Perperam ἐπὶ τούτους Bav. — *Vers.* 3. τοὺς περὶ τὸν Λεύκιον. Vide ad cap. 6, 1. conf. Liv. XXXVII. 18. extr. — *Ibid.* ὑπὲρ διαλύσεως. ὑπὲρ διαλύσεων, quod habet Bav. præsidium invenit in cap. 10, 2. & cap. 12, 4 & 9.

Vers. 5. *Vers.* 5. τὸν Εὔδημον καὶ Παμφιλίδαν. conf. ad cap. 5, 5. Παμφιλίδα Bav. male. — *Ibid.* κατὰ τὸ παρόν. Perperam κατὰ τὸν παρὸν ed. 1. 2. Recte Bav. & correxit Gronovius.

Vers.

Verſ. 6. τὴν ἔκβασιν, ſcil. ἐκ τοῦ πολέμου, ut III. 7,2. *exitum belli.* Livius l. c. cap. 19. *nec exitum rei imponi poſſe.* Commodum quidem vocabulum σύμβασιν, id eſt *conventionem de pace;* ſed nil opus erat, vulgatum ſolicitare. Verſ. 6.

Verſ. 8. σημεῖον ὁμολογίας. — „σημεῖον, *ſignum, ſignificatio, umbra ſpei.* Aliâs appellant ὑπογραφὴν, *adumbrationem,* rudem delineationem, præviam deſignationem; hodie vulgo *præliminaria* appellant." REISKIVS. — *Ibid.* εἰς τὴν ἰδίαν. — „Livius videtur Ἰταλίαν legiſſe, ſi tuto id licet ex illis verbis colligere, *rediturusne extemplo in Italiam ſis.* Sed ea tenuis admodum & infida ſuſpicio eſt. ἰδία dicitur hic *patria* cujuſque, & Romanorum, & ſociorum, Eumenis & Rhodiorum & Achæorum." REISKIVS. Verſ. 8.

Verſ. 10. ἔπειτ' ἂν * μὴ παρῇ τῇ συγκλήτῳ. Vrſinus ſic edidit, ἐπεὶ δ' ἂν μὴ παρῇ τῇ συγκλήτῳ. In Notis vero locum hunc ita repetit ἐπεὶ δ' ἂν μὴ σφίσι παρῇ τῇ συγκλήτῳ. Codex Bav. hoc modo: ἐπεὶ τὴν μὴ σφίσι παρῆν τῇ συγκλήτῳ. Caſaubonus, contextum Vrſini tenens, inter μὴ & παρῇ *aſteriſcum* inſeruit, quem tenuere ſequentes editores; locum vero ſic latine vertit, *deinde ſi pax ſenatui non fuerit probata.* Gronovius in Notis, deleto aſteriſco, παρέστῃ pro παρῇ legendum cenſuit; παραστῇ putamus voluerat ſcribere: REISKIVS: „ἐπεὶ (ait) hic loci eſt idem atque ἔπειτα, ut ſæpe. παρῇ poteſt defendi, quamquam παραστῇ eſt uſitatius, quo de verbo vide Dorville ad Chariton. p. 391." — Novimus vero et nos quidem, ἐπεὶ paſſim apud græcos ſcriptores pro ἔπειτα uſurpari; ſed apud Polybium nuſquam id factum meminimus. Præterea ſuſpicati ſumus, Vrſini codicem, ut fere plerumque, ſic & h. l. cum Bav. conſenſiſſe, & ex Vrſini ingenio eſſe nonnihil mutatum: quare & nobis licere putavimus ἐπεὶ τὴν ex ἔπειτ' ἦν, vel ἔπειτ' ἂν, *deinde ſi,* corruptum ſtatuere. Tum vero vox σφίσι non debuit ab editoribus temere prætermitti: ſed, illa adjecta, ſtatuendum erat, aut *aliud* Verſ. 10.

Verſ. 10. *nonnihil intercidiſſe*, aut verba τῇ συγκλήτῳ, *ex interpretamento librarii eſſe adſuta*. Refertur autem σφίσι non ad ſolum *ſenatum*, ſed ad τὸν δῆμον τήν τε σύγκλητον. Denique illud tenendum, differre inter παρῇ & παραστῇ. πάρεστι αὐτῷ ποιεῖν τοῦτο, eſt, *licet ei hoc facere, poteſt, in promtu habet*. παρέστη αὐτῷ ποιεῖν τοῦτο, *viſum eſt illi hoc facere, inceſſit eum animus, inductus eſt ut hoc faceret.*

Verſ. 11. *Verſ.* 11. πρὸ τοῦ τὸν ἀνθύπατον ἐλθεῖν, id eſt *priuſquam adveniret proconſul*. At facta hæc deliberatio eodem ipſo anno quo *conſulatum* L. Scipio geſſit: quare Livius recte *conſulem*, non *proconſulem* dicit, XXXVII. 19. *cui rata iſta pax erit, quam ſine conſule - - pepigerimus?* Et diſerte conſentit Polybius cap. 6, 1. Et, primo vere anni ſequentis Lucium Scipionem ſucceſſori tradidiſſe exercitum, Livius ſcribit XXXVIII. 12. Quare ὕπατον utique ſcribendum, niſi ſtatuere liceat αὐθύπατον forte ſcripſiſſe Polybium, nomine eadem ratione formato ut αὐτοκράτωρ.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. εἰς τὸ Θήβης καλούμενον πεδίον. Conf. ad XVI. 1, 7.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. τὴν στρατιὰν dedit Bav. Vulgo τὴν στρατείαν.

Cap. IX. CAPVT IX.

De tota hac Ecloga confer Liv. XXXVII. 25 ſq.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. προῤῥηθείσης correxit Caſaub. προσρηθείσης Vrſin. Ex cod. Bav. nullum ſubſidium peti poteſt, quippe in quo tota hæc Ecloga deſideratur. — *Ibid.* στρατείας correximus, monente Reiſkio. Perperam vulgo στρατιᾶς, ut ſolent perpetuo confundi iſta vocabula. conf. ad c. 8, 14. — „Significat navale prælium ad Sidam, quo victus erat Antiochus. vide Liv. XXXVII. 23 ſq.“ REISKIVS.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. διαγνούς. Vide ad III. 32, 2. — *Ibid.* ἔστη τῇ διανοίᾳ, *confirmatus eſt animo*; quemadmodum ἑστηκὼς & ἑστὼς

ἑστὼς sæpius usurpantur. Respondet hoc ei, quod paullo ante dixit, ἐδεδίει τοὺς Ῥωμαίους, & solicitari nullo modo debuit. Plane in contrariam partem Reiskius ἐνέστη maluerat, quod vertit *insistebat, hærebat, & pendebat animi dubius.*

Vers. 6. εἰς πολλαπλασίους. Nil opus erat particula καὶ, quam suo ex ingenio invexit Casaub. Et ferri potest εἰς, quod habet Vrsinus, & defendit Reiskius. Sed percommode etiam carere possumus præpositione, quæ ex terminatione verbi præcedentis ηὐξηκότες temere inserta videri potest. Vers. 6.

Vers. 7. Κολίχαντα correxit Vrsin. Vide ad XI. 20, 3. Vers. 7.

Vers. 11. αἱρεῖσθαι τὰ τῶν Ῥωμαίων. Sic recte Casaub. τὰ abest ab edit. Vrs. Vers. 11.

CAPVT X.

Cap. X.

Vide Liv. XXXVII. 34-36. — *Vers.* 1. κατὰ τὴν ναυμαχίαν. — „Significat cladem pugna navali ad Myonnesum acceptam.“ REISKIVS. Vide Liv. ib. cap. 30. — *Ibid.* καταμέλλων ἐν τοῖς ὅλοις. In καταμέλλειν consentiunt scripti codices cum editis; de quo verbo confer Notata ad I. 44, 1. Præpositionem vero ἐν utique delendam putemus, utpote ex terminatione verbi præcedentis temere ortam. Vide ad V. 35, 6. Vers. 1.

Vers. 6. ἐν τοῖς ἑξῆς. Vide infra, cap. 12. Vers. 6.

Vers. 7. ἐνόντας recte Bav. & sic etiam repetit Vrsinus in Notis, cum in contextu editum esset ἐνόντες, operarum putamus errore. — *Ibid.* ἐπὶ τῆς στρατοπεδείας. Suspicari possis ἔτι τῇ στρατοπεδείᾳ. Persæpe ἐπὶ & ἔτι permutata inter se vidimus: sæpe etiam jota subscribendum, quod ad latus vocalis posuere veteres librarii, in literam σ perperam mutatam observavimus. Sed & vulgata scriptura locum tueri potest; præsertim si pro ἐνόντας legamus μένον- Vers. 7.

τας, quod dant libri verf. 10. — *Ibid.* ἐπὶ τῆς διαβάσεως. — „Aut ἐπὶ τῇ διαβάσει, aut ἀπὸ τῆς διαβάσεως, aut ἐκ τῆς διαβάσεως. quae omnia idem fignificant." REISKIVS.

Verf. 10. *Verf.* 10. Σάλιον correxit Vrfinus. Mendofe Σάμον libri, & mox Σάμιοι pro Σάλιοι.

Verf. 11. *Verf.* 11. ἐν τοῖς περὶ τῆς Πολιτείας, fcil. λόγοις vel ὑπομνεύμασι. *Librum fextum Hiftoriarum* fuarum dicit, quem eodem titulo citat V. 111, 10. & X. 16, 7. Sed in Reliquiis libri VI. non fupereft is locus *de facerdotum collegiis. Ibid.* τὰς ἐπιφανεστάτας θυσίας. *Feftum Anciliorum*, Kalendis Martiis celebratum. Quare ad annum fequentem, *A. V.* 565. referri etiam poterat hæc Ecloga.

Verf. 13 14. *Verf.* 13. μεταβαλεῖν τὴν χώραν. Sic recte Cafaub. cum Bav. μεταλαβεῖν ed. Vrfin. — *Verf.* 14. ἐπὶ τῶν ὑποκ. Perperam ὑπὸ τῶν Bav.

Cap. XI.

CAPVT XI.

Verf. 1. *Verf.* 1. κληθεὶς correxit Vrfinus. Mendofe βληθεὶς mssti: quarum literarum, β & κ, permutationem cum aliâs vidimus, tum X. 38, 7.

Verf. 2. *Verf.* 2. ὅσαι τυγχάνουσιν ἠρημέναι. Correxit putamus Vrfinus. In Bav. certe eft ὅσοι & εἰρημένοι, Ac ferri utique poterat ὅσοι τυγχάνουσιν ἡρημένοι.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἡμίσειαν fcripfimus cum accentu in antepenultima, ut poftulabat ratio grammatica. ἡμισείαν vulgo erat editum; fic & capite fuperiori, & mox iterum. — *Ibid.* αὐτοῖς δαπάνης. Perperam αὐτῆς Bav.

Verf. 5. *Verf.* 5. καὶ γὰρ ταύτην, fcil. ἐξουσίαν.

Verf. 7. *Verf.* 7. ῥηθέντων δὲ τούτων. τούτοις Bav. male.

Verf. 8. *Verf.* 8. τῶν δὲ πόλεων. Perperam πολεμίων mssti. Vide Adnot. ad I. 75, 2. — *Ibid.* ἐπὶ τάδε. ἔπειτα δὲ iidem.

CAPVT

CAPVT XII.

Cap. XII.

Verſ. 3. συνέβαινε γὰρ ἐν ἀρχαῖς τοῦ πολέμου &c. — „Vide Dionem Caſſ. p. 29. n. 69. [edit. Reimari] & ibi Fabric." REISKIVS. — Adde Liv. XXXVII. 34. Verſ. 3.

Verſ. 5. κατὰ τὸν υἱόν. Ex Vrſini hoc emendatione eſt. Ferri autem, ni fallimur, poterat κατὰ τοῦ υἱοῦ, quod dant mssti. Conf. II. 38, 1. IV. 50, 3. & ibi not. Attamen deinde verſ. 11. in κατὰ τὸν υἱὸν conſentiunt libri. Verſ. 5.

Verſ. 6. παραπαίειν. Corrupte παραδήειν Bav. — *Ibid.* ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν πρὸς τὸ συνέδριον. Non modo καὶ, ſed & verba κατὰ τὴν deſiderantur in Bav. Verſ. 6.

Verſ. 7. ταχέως ἂν αὐτὸν ἐπιτυχεῖν. Poſſis αὐτῶν ſuſpicari pro αὐτὸν, ſed nil neceſſe eſt. ταχέως h. l. pro τάχα poſitum ait Erneſtus in Lexico Polybiano; innuens, putamus, per *fortaſſe* eſſe exponendum, quæ notio utique commode huc convenit. At τάχα quidem cum apud alios ſcriptores, tum apud Polybium, pro ταχέως nonnumquam uſurpari, pulcre novimus; ταχέως pro τάχα, *fortaſſe*, poſitum vix apud ullum græcum auctorem reperiri putamus. Nam quod ad Polybii legat. 44. provocat idem Erneſtus, nil tale ibi reperire mihi contigit: certe ταχέως πυθομένων, quod ibi legitur, (nobis XXIII. 13, 8.) nil aliud ſignificat, quam *re ſtatim, cito, celeriter cognita.* Perinde vero & h. l. ταχέως ſatis erit *ſtatim* exponere, vel *facile;* quemadmodum οὐ ταχέως ſæpe pro *non facile* uſurpatur, veluti XXIV. 1, 1. XVI. 25, 8. Verſ. 7.

Verſ. 8. ἐκχωρήσας. Perperam ἐκχωρῆσαι Bav. — *Ibid.* ἦν ἂν οὕτως. Perſpecte ſic Vrſinus correxit, cum ἐὰν οὕτως darent mssti. Verſ. 8.

Verſ. 9. ἀλλὰ καὶ τὸν ἀναβάτην. — „Aut libere vertit Livius, aut aliud quid habuit in ſuo codice, reddens *non ſolum freno, ſed etiam jugo accepto.*" REISKIVS. — Verſ. 9.

Verſ. 10. Cum Polybio conſentit Appianus, qui, ad Romanos referens, τὸν χαλινὸν, ait, ἐνθέντας, καὶ ἐπὶ τῷ χαλινῷ τὸν ἵππον ἀναβάντας. Syriac. cap. 29. — *Ibid.* διαλύσεων ἴσων. Perperam ἴσως mssti. Correxit Vrſinus ex Livio, qui ſic habet: *quæ diſceptatio ex æquo relicta eſt?* — „ἴσαι, διαλύσεις ſunt, quum ambæ partes litigantes vel bellantes *inter ſe damnorum ferunt æquas partes.*" REISKIVS. — *Ibid.* εἰκότως ἄν. — „Forte εἰκότως οὖν." IDEM. — *Ibid.* διαψεύσεσθαι. Si futurum velis tempus, διαψευσθήσεσθαι requirebatur. Sed ſufficit *præſens*, διαψεύδεσθαι. Fuerant autem, ut jam aliàs adnotavimus, in eo codice, e quo derivatus eſt & Bavaricus & Vrſini codex, ita ſimiles literæ σ & δ, ut perſæpe inter ſe permutatæ ſint a noſtris librariis, qui & ipſi ita ſimili figura utramque literam exararunt, ut ſæpe dubites, utram dare voluerint.

Verſ. 11 ſq. *Verſ.* 11. Ῥωμαίοις. Perperam Ῥωμαίους Bav. — *Verſ.* 12. Ὁ μὲν Ἡρακλ. Haud dubie Ὁ μὲν οὖν Ἡρακλείδης ſcripſerat Polybius.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. εἰ λειφθείη. Hoc jam Caſaubonus recte in verſione expreſſerat. Livius: *quando perinde ac victo jam ſibi leges dicerentur.* Sane de eo non cogitavit Antiochus, bello ſe *captum* iri. Nil vero ſolennius librariis noſtris imperita iſta confuſione verborum ληφθῆναι & λειφθῆναι. Vide ad I. 27, 5. II. 5, 8. &c. Conf. Weſſeling. ad Diodor. T. I. p. 139. — *Ibid.* τὰ δὲ πρὸς recte Caſaub. cum Bav. Mendoſe τὰς δὲ ed. Vrſin.

Cap. XIII.

CAPVT XIII.

De Argumento hujus Eclogæ confer Liv. XXXVII. 45.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. μετὰ τὴν νίκην. Articulum, qui vulgo aberat, dedit Bav. — *Verſ.* 2. βουλεύεσθαι. Sic Vrſin. in context. cum msstis. Vide Adn. ad I. 38, 5. Confer tamen XXII. 24, 5. ubi perperam ἐβουλεύετο erat in cod. Vrſ. ſed ἐβούλετο recte in Bav. — *Verſ.* 4. ἀδελφιδοῦς, ſcil. Ἀντιό-

τιόχου. Livius: *Antipater, fratris filius.* — *Verſ.* 5. ᾗ πρός. Perperam ἦν πρὸς Bav. — *Verſ.* 8. ἐπείπερ. Sic XXII. 4, 6. & aliâs.

CAPVT XIV. Cap. XIV.

Verſ. 1. βαρυτέρους. — „Subaudi τοῦ δέοντος, vel potius ἢ ἦσαν καὶ πρὶν νικῆσαι, *quam fuiſſent prinſquam vincerent.* Si Livius numquam eſſet in vertendo libertate ſuoque uſus ingenio, poſſet Vrſini conjectura hic locum habere, deeſſe alterum membrum οὔτε ἡττημένους ταπεινωτέρους. Sed valde neceſſe non eſt ſupplementum hoc Polybio addere, cujus oratio vel ſine eo eſt integra & ſibi conſtat." REISKIVS. — Nos quidem, quo pacto integra videri Reiſkio potuerit oratio iſta, ab οὔτε incipiens, nec habens aliud membrum illi membro reſpondens, fatemur nos non videre. Verſ. 1.

Verſ. 3. Δεῖν γὰρ αὐτούς. Sic recte dedit Bav. ut voluerat Reiſkius. Vulgo Δεῖ γὰρ, minus commode. — *Ibid.* Duo verba τῆς Ἀσίας aberant a msstis, ſuppleta ab Vrſino ex Livio. Verſ. 3.

Verſ. 7. Θόαντα. Θόαν τε Bav. *Thoas*, Aetolorum prætor, primus auctor fuerat Aetolis mittendorum legatorum ad reges, qui eos adverſus Romanos concitarent. Liv. XXXV. 12. & ipſe deinde ad Antiochum eſt miſſus, ibid. c. 32. & XXXVI. 7. & 26. cf. Polyb. XXII. 14, 13. *Ibid.* Μνασίλοχον. *Μνασίλουχον Bav. Livius *Mnaſimachum.* Hinc VRSINVS monuit, vel apud Livium *Mnaſilochum*, vel apud Polybium Μνασίμαχον reponendum. Prior ratio veroſimilior viſa eſt Drakenborchio ad Liv. XXXVII. 45, 17. quia rurſus Μνασίλοχος nominatur apud Polyb. Legat. 35. (Lib. XXII. 26, 11.) *Mneſilochus* vero, princeps Acarnanum, memoratur apud Liv. XXXVI. 11. — *Ibid.* Εὐβουλείδην. Εὐβουλίδην Bav. — *Ibid.* Χαλκιδέας. Conſentit Livius, *Chalcidenſes.* Sed Χαλκηδόνας Bav. in textu, & Χαλκιδόνας idem in marg. Verſ. 7.

Verf. 10. *Verf.* 10. *οἱ Ῥωμαῖοι διεῖλον τὰς δυνάμεις.* Cafaubonus: *Romani exercitum in hiberna dimiferunt.* Verba in *hiberna*, quæ ignorat Polybius, ex Livio adjecit: quæ deleta ex verfione velimus, &, fi quid opus videatur perfpicuitatis caufa adjicere, malim *per oppida diviferunt.* Mirum eft enim, menfe Aprili exeunte (nam per totum menfem Martium in Europa remanferat Scipio, & deinde jam ante pugnam ad exercitum advenerat, ut docet Polyb. XXI. 10. vf. 11 fq. & c. 11, 1.) *hiberna* commemorare; nifi aut valde turbatum tunc temporis calendarium Romanum ftatuamus, aut dicamus, *hiberna* a Livio generaliori quadam notione ufurpari pro *ftativis*, vel *manfione fub tectis*, quam vernaculo fermone *cantonnement* vocamus.

Verf. 11. *Verf.* 11. *οἵ τε παρὰ τῶν Ῥωμαίων πρεσβευταί.* Confentaneum quidem eft, cum Antiochi legatis miffos etiam effe ab imperatore Romano legatos: fed *legatorum Antiochi* mentio utique non debuit omitti. Ac fane *regis legatos* filentio non præteriit Livius.

ADNO

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XXII.

RELIQVIAS.

CAPVT I.

De Argumento primae Eclogae conf. Liv. XXXVII. 52 sqq. Lib. XXII.
Verſ. 1. θερείας. θερίας Bav. — *Verſ.* 3. ἐπεδέχετο. Verſ. 1ſq. ἀπεδέχετο voluerat Reiſk. Conf. ad XXI. 2, 3. — *Verſ.* 5. μηδέν. μηδεὲν ed. Vrſin. cum msstis. — *Verſ.* 6. πάρεστι. παρέσται Bav. — *Verſ.* 9. καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν. καὶ caret. Bav.

Verſ. 10. εἰσεκλήθη. Livius: *reductus a prætore in* Verſ. 10. *templum rex.* — *Ibid.* ἀποδείξαντος. — „Non improbo hoc: malim tamen ἀπολέξαντος. ἀπολέγειν τὰ δεδογμένα dicitur ille ſenator, qui decreta ſenatus, ejuſdem nomine & auctoritate, renunciat ad eum ad quem pertinent." REISKIVS. — Quis ita uſus ſit verbo ἀπολέγειν, neſcimus: apud Polybium nuſquam ita inveniri, ſcimus.

CAPVT II. Cap. II.

Verſ. 1. οὐδὲν ἂν εἰπεῖν. Particulam ἂν, quæ aberat Verſ. 1. vulgo, adjecimus cum Bav. — *Ibid.* Quatuor verba ἐπὶ τῆς αὐτῆς γνώμης deſunt Bav.

Verſ. 3. ἥπερ αὐτόν. αὐτοὺς, quod eſt in msstis, non Verſ. 3 ſqq. plane damnandum cenſuit Reiſkius, quoniam fratres Eumenis poteſt complecti. cf. c. 5, 7. — *Verſ.* 4. τῇ προθέσει τῇ κατὰ τὴν ἀλήθειαν. *ejus conſilii quod revera illis*

(sic repone, pro mendoso *illum*) *propositum est.* — *Vers.* 11. ὑπιδέσθαι correxit Casaub. ὑπειδέσθαι Vrsin. cum msstis.

Cap. III. CAPVT III.

Vers. 1. *Vers.* 1. ἡμετέρας Φιλ. Perperam ὑμετέρας Φιλ. Bav.

Vers. 3. *Vers.* 3. τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Ἑλλάδα μενόντων. — „Scio, μένειν sæpe idem significare atque *habitare, commorari alicubi, vitam agere, & rem familiarem habere.* Sed hic quidem loci languet & redundat. Sententia ejus loco postulat πολεμούντων, aut δυσμενούντων, aut, quod a Polybio profectum puto, ἀντιβαινόντων. Sæpe μένειν & βαίνειν a librariis permutari; monitum est ad p. 392. [IV. 12, 11.] E Livio nihil quicquam neutram in partem colligas, neque ad tuendam vulgatam, neque ad stabiliendam nostram conjecturam.“ REISKIVS. — Si quid mutatu esset opus, possis etiam μελλόντων suspicari, *cunctantibus omnibus.* Sed nil necesse putamus. μένειν *habitandi* notione habes XXX. 4, 10. Possit etiam, citra sententiæ damnum, prorsus abesse hoc verbum: & prætermisit illud Vrsinus in Notis, ubi reliqua hujus loci verba repetiit; sed id nescimus, an operarum errori tribuendum. *Attalus* per Aetolos, quorum amicus fuerat, (Polyb. IV. 65, 6.) in notitiam venerat Romanorum, & primum A. V. 543. foedere Romanorum cum Aetolis erat comprehensus. Liv. XXVI. 24. — *Ibid.* ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς πρ. Caret καὶ Bav.

Vers. 4. *Vers.* 4. καὶ πεζικὰς καὶ ναυτικάς. Prius καὶ, quod abest vulgo, adjecimus cum Bav. Sic mox vers. 9. habent edd. cum msstis. — *Ibid.* συνεβάλλετο. συνεβάλετο Bav.

Vers. 5. *Vers.* 5. τέλος δ' εἰπεῖν. — „Forte τέλος δὲ, ὡς εἰπεῖν, *tandem, ut ita dicam*, vel τέλος δὲ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, quod perinde est. Illud *ut ita dicam* pertinet ad dictionem quæ immodesta & a vero abhorrens videatur, *in ipsis actionibus reipublicæ exspiravit*, ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔργοις κατέστρεψε

τὸν

τὸν βίον, *in ipsa contentione intermortuus* (h. e. animi deliquium passus) *haud multo post exspiravit*, verba sunt Livii. De Attali exitu vid. Polyb. p. 1428. [XVIII. 24, 9.] & Liv. XXXIII. 21." REISKIUS. — At nos quidem nolimus solicitatum vulgatum; τέλος vero non adverbialiter accipiendum putemus, sed pro accusativo casu, a verbo εἰπεῖν pendentem, hujusmodi sententia: *finem vero ut dicam*, quem imposuit tot laboribus pro pop. Rom. fideliter susceptis, *exitum* quem illi habuerunt, & *extremum fructum* quem inde reportavit: (conf. ad cap. 5, 11.) aut etiam, *ut vero dicam quod rei summam continet*. Vers. 5.

CAPUT IV. Cap. IV.

Vers. 2. μετὰ τῶν ἱππέων. Casaubonus, *cum paucis equitibus*. Hinc & Gronovius μετά τινων ἱππ. ad oram sui libri adnotavit. — *Ibid.* ἐτήρησε τὴν πίστιν. Correxit Ursinus. ἐστέρησε mssti. — *Vers.* 3. πράξαντα. Mendose πράξαντος Bav. Vers. 2. 3.

Vers. 4. ἡμᾶς δὲ recte Casaub. cum Bav. ἡμεῖς δὲ Ursin. cum suo cod. quod tamen corrigendum esse ipse viderat. — *Ibid.* παρ' οὐδὲν ποιήσεσθε. Id voluit debuitue etiam scriba codicis, quo Ursinus est usus, qui ποιήσεσθαι habuit, sicut Bav. Sic & mox ἐξεκαλέσασθαι scribit Bav. pro ἐξεκαλέσασθε. Vers. 4.

Vers. 5. ὃ παρακαλῶ. Casaubono hoc debetur. ἃ παρακαλῶ ed. Ursin. cum msstis. Vers. 5.

Vers. 7. τῆς Ἀσίας correxit Ursin. τὴν Ἀσίαν mssti, unde etiam κατὰ τὴν Ἀσίαν effici potuerat, ut ipse monuit Ursinus. — *Vers.* 10. κάλλιον. Sic Bav. ut edidit Ursin. Vers. 7 sq.

CAPUT V. Cap. V.

Vers. 1. ἱκανῶς εἰπὼν recte Casaub. cum Bav. ἱκανῶς εἴπως Ursin. male. — *Vers.* 5. προενεγκάμενοι. Sic corrigendum monuit Reiskius; — „nisi mavis, ait, latinismum esse, *afferentes*." — Sed προφέρεσθαι constanter usur- Vers. 1 sq.

Verf. 1 fqq. ufurpat Polybius; conf. ad XX. 9, 7. *προενεγκάμ.* h. l. etiam fuaferat Gronov. — *Verf.* 7. *δοκεῖν τοῦτο.* *δοκεῖ τοῦτο* Bav. — *Ibid.* *καὶ τυχεῖν.* *καὶ*, cum abeffet, adjecit Cafaub. ex ing. — *Verf.* 9. *καίπερ τοιούτων* correxit putamus Vrfinus. In Bav. certe corrupte *καὶ περὶ τοιούτων* legitur. — *Ibid.* *καθίξοντα.* Temere *καθίζονται* Vrfin. — *Verf.* 10. *Εὐμένει χάριν ἀποδοῦναι Ῥωμαίους.* Perperam mssti *Εὐμένη χάριν ἀποδοῦναι Ῥωμαίοις.* Correxit Vrfinus. — *Ibid.* *αὐτονομουμένας.* *αὐτονομίας* Bav. in contextu; fed veram lectionem habet in marg. ab eadem manu.

Verf. 11. *Verf.* 11. *καὶ τὸ τέλος τῶν ἰδίων πράξεων ἀμαυρῶσαι.* Livius: *& gloriam Philippi bello partam nunc fervitute tot civitatium deformaretis.* Hinc Vrfinus in Notis: „Pro *τέλος*, ait, libentius fcriberem *κλέος*, quod Livius vertit *gloriam*, & Polybius infra dixit [cap. 6, 1.] *καὶ τὸ τῆς ἰδίας ὑποθέσεως λαμπρὸν καταβαλεῖν.*" — Idque ipfum, *καὶ κλέος*, in contextum ab Vrfino receptum eft, probante tenenteque Cafaubono. At REISKIVS: „*τέλος*, ait, vera eft lectio. vide infra. [cap. 6, 1 fq.] *τέλος τοῦ πολέμου*, *finis* belli & ultima meta, eft *fructus & emolumentum* ex eo exiftens, cujus fructus confequendi gratia belli omnes maximæ moleftiæ fufcipiuntur & exantlantur. *τέλος τοῦ πολέμου ἀμαυροῦν* eft *fructum* belli *debilitare*, ut lux obfcurata debilitatur; & idem *καταβάλλειν* eft fructum belli *amittere, perdere, abjicere*, quod multo eft majus." — Eadem ratione *καταβάλλειν*, *evertere, profternere, perdere*, ac fere ut *ἀποβάλλειν*, habes mox cap. 7, 1. Et *τὰ τέλη τῶν πολεμικῶν πράξεων ἐπιτυχῆ καὶ λαμπρά*, VI. 39, 11. Et *κατὰ λόγον ἐξέβαινε τὰ τέλη τῶν πράξεων αὐτῷ.* Adde XVIII. 15, 12. & III. 4, 9. — *Ibid.* *καὶ καταβαλεῖν.* *καὶ* deeft Bav.

Verf. 14. *Verf.* 14. *τὰ προσοροῦντα ταύτῃ.* — „*ταύτῃ.* Redit enim ad folam Cherfonefum. vid. p. 1172." REISKIVS. — Nempe vide XXII. 27, 9. *ταῦτα* ex ed. 1. reftitutum voluit Drakenb. ad Liv. XXXVII. 54, 11. ut *τῆς Εὐρώπης* pen-

penderet a προσοροῦντα. Sed προσορεῖν cum tertio non cum secundo casu, construitur. X. 41, 4. & XXII. 27, 9.

Vers. 15. Cum in msstis sic esset, οἷς ἂν βούλησθε. προστεθέντα πρὸς τὴν Εὐμ. &c. VRSINVS, prolatis Livii verbis, *quarum unaquælibet regi adjecta, multiplicare regnum Eumenis potest*, — „ex hac Livii versione, ait, Polybii verba, quæ sunt in exemplari mutilata, possumus ita supplere: οἷς ἂν βούλησθε δωρεῖσθαι, ὧν τινα προστεθέντα.“ — Sed ab hac emendandi ratione in ipso contextu recessit idem Vrsinus, &, ut pressius (putamus) Livii exprimeret verba, sic posuit: δωρεῖσθαι, ὧν ἑνός τινος προστεθέντος. Atque ita præter necessitatem & προστεθέντα, quod habent libri, mutavit, & soloecismum invexit, cum oporteret ὧν ἕν τι προστιθέν. Contextum tamen Vrsini tenuit Casaub. & sequentes editores. Ego ὧν τινα præferendum putavimus, & pro δωρεῖσθαι, προστιθέναι posuimus, quo posito facillime intelligitur erroris ortus, quem errarunt librarii. Vers. 15.

Ibid. δεκαπλασίαν restituimus ex Bav. nec aliter voluit Vrsinus, qui & sic in Notis habet, licet in contextum temere δεκαπλησίαν irrepserit. Quod vero δεκαπλασίας habet editio Casauboni, operarum errore id putamus factum, & miramur servatum a posterioribus editoribus, ac ne a Reiskio quidem notatum.

CAPVT VI. Cap. VI.

Vers. 1. τὸ τῆς ἰδίας ὑποθέσεως λαμπρὸν μὴ καταβαλεῖν. De verbo καταβαλεῖν, & notione qua illud nunc usurpatur, dictum ad cap. præc. vs. 11. Particulam μὴ, cum abesset a codicibus, ex conjectura supplevit Vrsinus. Vers. 1.

Vers. 2. οὐ γάρ ἐστιν ὑμῖν καὶ &c. Sic plane dat Bav. nec aliter fuit in Vrsini codice, ut quidem ex Notis Vrsini intelligitur. Casu vero potius, quam consilio, οὐ γὰρ δὲ ὑμῖν in Vrsini contextum irrepsit, quod in οὐ γὰρ δὴ ὑμῖν mutavit Casaub. idque tenuere posteriores. — *Ibid.* ταὐτὸ Vers. 2.

τὸ τέλος. *ταὐτὸ* correxit Vrſin. *ταὐτῶν* mssti. Forte *ταὐτὸν* debuerant.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *ὑμᾶς δὲ πάντων τούτων ἀπροσδεήτους οἱ θεοὶ πεποιήκασι.* Effugit hic locus & magni Caſauboni aciem, & perſpicaciſſimi Reiſkii diligentiam. Intercidiſſe verba *οἱ θεοὶ* manifeſtum nobis videtur. Et monuerat jam VRSINVS: „Omnino verbum *πεποιηκάσι* [ſic ſcribere voluit, nam *πεποιηκέναι* quod ibi legitur, aliud agenti excidit, aut operarum errori debetur] vel in *πεποιήκατε* mutandum eſt, vel addenda vox *θεοὶ*, quæ deeſt ad ſenſum.“ — Miramur vero, quo pacto Caſaubonus adoptare priorem rationem maluerit, & *πεποιήκατε* ſcribere, quod tenuere ceteri editores; non cogitantes, & per ſe frigidam ſic effici ſententiam, (quam his verbis Caſaubonus in verſione expreſſit, *vos ne iſtiuſmodi egeretis, nunc effeciſtis,*) & in eis, quæ ſequuntur, neceſſario ſic poſci *τεθειμένοι*, pro *τεθεικότες.* Vnum ſupereſt quod incommodat; nempe poſt *τεθεικότες* (pro quo quidem, ſolenni errore, *τεθηκότες* dant mssti, apud Vrſinum in contextu inſeritur particula *μὲν*, quam nunc neſcimus an & codex Bav. agnoſcat, certe diſſenſionem nullam hujus codicis a contextu Vrſiniano adnotavimus; ſed in Notis quidem eam particulam Vrſinus, ubi locum hunc repetit, prætermiſit. Quod ſi habent eam codices, utique importuna eſt hoc loco, & recte eam delevit Caſaubonus; niſi membrum aliquod orationis, quod his verbis *τεθεικότες μὲν* &c. reſpondeat, intercidiſſe ſtatuamus; quod tamen non eſt veriſimile. Poſſis etiam ſuſpicari, ortam eſſe eam particulam ex terminatione *μενοι*, quam fortaſſe aliquis librarius ex conjectura inter lineas ſcripſerat ſuper extremitatem verbi *τεθεικότες.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *ἔτι προσδεῖσθε* recte Vrſinus. *ἔστι προσδεῖσθαι* Bav.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Cum inde ab Vrſino ſic eſſet vulgo editum, *ἃ καὶ κτησ. μέν ἐστι δυσχερέστερον, κτησαμένους δὲ διαφυλάξαι χαλεπώτατον*, hæc adnotavit ad h. l. REISKIVS: „*χαλε-*

„χαλεπώτατον addidit Vrfinus de fuo: defuiffe enim id fuo codici affirmat. Vnde colligitur, Polybium fic dediffe: ἃ καὶ κτήσασθαι μέν ἐστι δυσχερὲς, δυσχερέστατον δὲ κτησαμένους διαφυλάξαι. *quæ parere, eft vel ipfum quoque non parvi laboris; fed multo eft maximi, parta confervare.*“ — Quæ ceteroquin probantes nos quidem, comparativum præferendum putavimus δυσχερέστερον. Eodem modo Livius: *quæ parare & quærere arduum fuit, nefcio an tueri difficilius fit.* Verf. 6.

Verf. 7. ἐπολεμήσατε correxit Vrfin. Perperam ἐπολμήσατε mssti. Paulo ante, pro Γνοίητε, Vrfini codex Ἀγνοίητε habuit; fed recte Bav. Verf. 7.

Verf. 8. εὐδοκεῖτε. Haud cunctanter adoptaffemus ηὐδοκεῖτε, quod Reifkius fuafit, nifi rurfus cap. 7, 2. εὐδόκησαν haberemus, abfque augmento: & fatis notum eft, in verbis ex εὖ compofitis negligi plerumque augmentum. Mox & τούτῳ μᾶλλον correxit Vrfinus, cum mendofe τοῦτο μᾶλλον darent libri. — *Ibid.* τοῖς παρὰ Καρχηδονίων φόροις. Nimis liberalis hoc loco in Cafaubonum Reifkius fuit, cum ait, Cafauboni latinam interpretationem jam fubjeciffe iftam emendationem. Certe de nullo alio vocabulo nifi φοβεροῖς cogitavit hic interpres, cum fcriberet *illis terribilibus poenis, quas Carthaginienfibus exegiftis.* Verf. 8.

Verf. 9. ἀργύριόν ἐστι, & ἀνδρῶν ἐστί. Vtrobique ἐστὶν cum ν in fine habet Bav. ante confonam literam, ut perfæpe aliâs. Verf. 9.

Verf. 10. ἐλευθέρωσις. Corrupte ἐλευθερώσης Bav. — *Ibid.* ἐὰν δὲ παρίδητε. Sic recte Bav. ut edidit Vrfinus, qui ἐὰν καὶ παρίδητε in fuo fuiffe ait codice. — *Ibid.* καὶ ἡ πρὶν, fcil. δόξα. Verf. 10.

Verf. 11. Ἡμεῖς μὲν οὖν. Sic & Bav. & Vrfini codex. In contextu vulgo per errorem prætermiffa particula μέν. *Ibid.* ἀληθινῶν. Sic ex fuo codice citavit Vrfinus in Notis, quod adoptavimus monente Reifkio; idque poftulare vifus eft Polybii ufus admodum frequens. In Bav. nefcimus Verf. 11.

Verf. 11. mus fit ne ἀληθινῶν, an ἀληθινῶς: effugit hic locus noftram in conferendo illo codice, qui nunc non eft ad manus, diligentiam. Ceterum ægre inter fe diftinguuntur fæpe compendia illa fcripturæ, quibus terminationes ων & ως in codicibus defignantur. — *Ibid.* ὑμῖν μετεσχ. recte Vrfinus. ὑμᾶς mssti. — *Ibid.* τὴν τῶν Φίλων τάξιν. τὴν, quod deerat vulgo, adjecit Cafaub. ex ing.

Verf. 12. *Verf.* 12. ἀλλ' ἅ γ' ἐνομίζομεν. ἀλλά γε νομίζομεν mssti. Hinc ἀλλ' ἄγε νομίζομεν correxit Vrfinus, quod tenuere pofteriores. Nobis cum Reifkio vifum ἐνομίζομεν in præterito tempore ponendum, quoniam fequuntur ὠκνήσαμεν, στοχασάμενοι, & ποιησάμενοι. Nam quod στοχαζόμενοι vulgo ediderunt, nefcimus operarum ne errore factum, an ex Vrfini codice tranflatum; illud fcimus, recte Bavarium codicem στοχασάμενοι dare. Quod vero etiam verfu fuperiori ἐγκατελείπομεν pro ἐγκαταλείπομεν voluit Reifkius, haud ægre quidem patiemur, fed non neceffarium duximus.

Cap. VII.

CAPVT VII.

Verf. 1 fq. *Verf.* 1. εἰσήγαγον. Vide Notata ad XXI. 1, 3. — *Verf.* 2. εὐδόκησαν. Conf. ad c. 6, 8. — *Verf.* 4. πρεσβεύοντας. In ora hoc habet Bav. In contextu corrupte πρεσβύτερον. — *Verf.* 5. αὕτη δ' ἦν. Perperam αὐτὴ δ' ἦν Bav. — *Verf.* 7. Λυκίας corrigendum monuit Vrfinus in Notis, quod & res ipfa docebat, & Livius. Conf. Polyb. XXII. 27, 8. XXIII. 3, 2. & XXX. 5, 12. — *Ibid.* ταῦτα δὲ correxit Vrfin. ταύτην δὲ mssti. Confer loca modo citata.

Verf. 8. *Verf.* 8. Φόρον ὑπετέλουν. Sic citat Vrfinus in Notis, nefcimus utrum fuo e codice, an ex emend. In contextu vero eft, ἐπετέλουν, & fic (ni fallor) etiam Bav. habet, e quo quidem diffenfionem a vulgato hic nullam enotavimus. Sed in hoc codice, ac putamus etiam in Vrfiniano, fimillimi inter fe funt nexus fcripturæ, quibus fyllabæ initiales επ & υπ efferuntur. ἐπιτελεῖν Φόρον Herodotus quidem ufur-

usurpavit, ut monuit H. Steph. in Thes. Vide Herodot. V. 49. 82. 84. & I. 171. in varietate lect. in edit. Wessel. Sed alii quidem scriptores, pro simplici τελεῖν, composito ὑποτελεῖν in ista phrasi utuntur, & in his Polybius noster XXII. 27, 2. ubi idem etiam argumentum, de quo hic agitur, rursus tractatur. — *Ibid.* ταύταις ἀφεῖσθαι. Correxit Vrsinus, cum ταύτας ἀφεῖσθαι darent mssti. Quodsi ταύτας teneremus, oporteret τῶν φόρων, ut c. 27, 2. ubi vide var. lect. Sed illud rectius putamus. — *Ibid.* Vulgo edebatur ὅσαι δὲ Ἀντιόχῳ μόνον, posito commate post μόνον. Probavimus nos quidem REISKIVM, monentem: Comma retrahendum, & ante μόνον collocandum. Idem est, ac si dedisset auctor transpositis verbis: ὅσαι δὲ (scil. πόλεις ἐτέλουν φόρους) τῷ Ἀντιόχῳ, ταύταις μόνον ἀφεῖσθαι τὸν φόρον. *quae autem civitates graecae Antiocho antea vectigales fuissent, ut eae solae gauderent immunitate vectigalium in posterum."* — Vers. 8.

Vers. 10. διὰ γὰρ τὴν συγγένειαν. διὰ γὰρ τῆς συγγενείας ed. Vrsin. cum msstis. Sed τὴν συγγένειαν videri legendum, monuerat jam Vrsinus, idque adoptavit Casaub. Vers. 10.

Vers. 13. Κιλικίας correxit Vrsin. ἡλικίας mssti. — *Ibid.* ὑπὲρ αὐτῶν τῶν Σόλων. Sic recte edd. τῶν ignorat Bav. nescimus an & Vrsini codex. Vers. 13.

Vers. 16. Σκιπίωνα. Sic cum jota recte scriptum hoc nomen in ed. Vrsini & msstis, tam hic, quam cap. 8, 1. Sua auctoritate Casaubonus Σκηπίωνα edidit, quod tenuere posteriores. Itaque *corrigendum* id, quod nescimus quo errore in scholio sub contextu scripseramus, *constanter* Σκηπ. *per* η *scribi in codicibus Excerptorum de Legationibus.* — *Ibid.* καὶ Λεύκιον &c. Vide Liv. XXXVII. 58. Narratio Polybii in compendium h. l. contracta est a compilatore horum Excerptorum, ut saepe factum partim initio Eclogarum, partim in fine. Vers. 16.

CAPVT VIII.

Cap. VIII. Verf. 1.fqq. *Verf.* 1. De Argumento hujus Eclogæ confer Livius XXXVIII. 3. — *Ibid.* δοκῶν ἤδη. Mendofe δοκῶν εἶναι Bav. — *Verf.* 2. ἀπολογούμενος. ἀπολογουμένως Bav. — *Ibid.* δι' Αἰτωλῶν πεποιῆσθαι τὴν κάθοδον. Rem narrat Liv. XXXVIII. 1 fq. — *Verf.* 3. Ἀπεραντίαν. conf. XX. 11, 12. ibique notata. — *Verf.* 5. μετῆλθον correxit Vrfin. μετελθεῖν mssti. — *Verf.* 6. τὴν τοῦ Φιλίππου φυγήν. Livius: *fugamque ex Athamania Philippi, & cædem præfidii ejus.* — *Verf.* 7. εὐροίας. Perperam εὐνοίας Bav. — *Ibid.* ὁ Νικάνδρος. *Nicander*, prætor Aetolorum, cujus ope reftitutus in regnum fuerat Amynander. Liv. l. c. cap. 1. — *Verf.* 8. Φρονηματισ. recte Cafaub. cum Bav. Φρονηματισ. Vrfin. — *Verf.* 9. ἐκ τῆς Ῥώμης. Sic dedimus ex Bav. Vulgo abeft τῆς. De legatione ifta Romam miffa dictum eft XXI. 3, 11 fq. — *Verf.* 10. πρός τε Ῥοδίους πέμπειν καὶ πρὸς Ἀθηναίους. Livius: *ab Rhodo & Athenis legationibus excitis.*

Verf. 11. *Verf.* 11. Ἀλέξανδρον τὸν Ἴσιον. Is jam alibi fimul cum Phænea, prætore tunc Aetolorum, eft commemoratus, in colloquio T. Quinctii & Aetolorum cum Philippo. XVII. 3. — *Ibid.* Φαινέαν correxit Cafaub. Φαινέα Bav. & vel fic, vel ipfum hoc Φαινέαν, dederat codex Vrfini, quod temere Vrfinus in Φανέαν mutavit ex mendofis Livii codicibus, XXXVIII. 8. — *Ibid.* σὺν δὲ τούτοις *. — „Videtur Polybius fcripfiffe σὺν δὲ τούτοις Δάμιππον τὸν Ἀμβρακιώτην. Profecto aut *Damippus* aut *Calippus* latet in his vitiofis lectionibus, [χαλεπόν. ἔστι δ' ἄλιπον.] *Alypus* nomen viri græcum non eft, fed *Alypius:* id autem Græcis omnibus illo tempore erat incognitum; quapropter ab h. l. eft alienum.“ REISKIVS. — Nobis fatemur in loco tam corrupto, & in nominibus ignotis, ne conjecturam quidem fuppetere. — *Ibid.* Ἀμβρακιώτην. Ἀμακρακιώτην Bav. — *Ibid.* Λύκωπον. Λυκῶπον Bav.

CAPVT IX.

Cap. IX. Verf. 1.

Verf. 1. ἐξ Ἠπείρου πρεσβευτῶν. Vrfini emendationem hanc firmat Liv. XXXVIII. 3. *Iam M. Fulvius, Apolloniam exercitu trajecto, cum Epirotarum principibus confultabat, unde bellum inciperet.* — *Ibid.* ἐκοινολογεῖτο τούτοις. Sic plane habet Bav. quemadmodum ex ing. correxerat Vrfinus, cujus codex ἐκοινολ. τούτῳ dabat.

Verf. 3. συγκαταβαίνειν Αἰτωλοί. Αἰτωλοῖς Bav. Livius: *five ad tuendam eam venirent Aetoli, apertos circa campos ad dimicandum effe.* Verf. 3.

Verf. 4. ἄφθονον ἔχειν τὴν χώραν εὐχέρειαν πρὸς τὰς τῶν ἔργων παρασκευάς. Ad vulgatam lectionem, τὴν χώραν εἰς χρείαν, hæc adnotavit REISKIVS: „Non videntur hæc fatis fana effe. Vifum aliquando eft, tria illa vocabula χώραν εἰς χρείαν in unum contrahere χορηγίαν. Aliâs pro εἰς χρείαν fubftituere placuit ξυλείαν. Nunc tandem acquiefco hac in lectione: ἄφθονον ἔχειν τὴν χώραν εὐκαιρίαν πρὸς τάς." — Livius: *nam & copiam in propinquo materiæ ad aggeres excitandos & cætera opera effe.* Ex variis conjecturis, quas Reifkius propofuit, omnibus denuo expenfis, nullam non & doctiorem & probabiliorem effe intelligimus ea, quæ nobis nefcimus qua fpecie fe commendaverat & in contextum a nobis temere eft recepta. Vocabulo εὐχέρεια veremur ne nullus prorfus effe hic locus poffit. Cum fufpicaremur olim, fatis fortaffe effe χρείαν, & præpofitionem εἰς ex diverfa lectione pro fequenti πρὸς effe ortam; decepti eramus illis verbis, quæ vulgo III. 97, 3. legebantur, περιποιησάμενοι χορηγίας ἀφθόνους καὶ χρείας, ubi videri poterant vocabula χρεία & χορηγία fere pro fynonymis ufurpari: fed veriorem ibi lectionem meliores codices, χεῖρας, pro χρείας, dederunt. Verf. 4.

Ibid. τὸν Ἄραχθον ποταμόν. Poftquam codicis fui fcripturam, Ἄραθον, commemoravit VRSINVS, hæc monet: „Livius habet *Arethontem;* ut videatur apud Polybium Ἀρέθοντα fcribendum effe. [quod & in contextum

Vrſini receptum eſt.] Sed magis placet, ut apud Livium *Arachthum* ſcribatur, qui eſt unus e quatuor nobiliſſimis Epiri fluviis, ut eſt apud Strabonem, Ptolemæum & Plinium: eodemque modo Polybius corrigendus erit." — Plura dabunt Critici ad Liv. XXXVIII. 3, 11. in edit. Drakenb.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ἀπαντᾷν. Mendoſe ἀπατᾷν Bav. pro more. Mox idem περίει, pro περιήει.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Σιβήρτου τοῦ Πετράτου. Sic edd. cum msstis. — REISKIVS: „Neutrum nomen, ait, Græci formam habet. Saltim Σιβύρτου eſſet, ut *Babyrtam* vidimus p. 380. [IV. 4.] Sed procul dubio legendum eſt Σιμοίτου. *Simoetas* eſt græcum nomen peruſitatum. β & μ ſæpe a librariis inter ſe permutantur, ut notum eſt, ob ductuum ſimilitudinem. Nam β in codd. græcis ut *u* latinum exaratur, cui ſi affigitur penicillus ad primum crus, eſt μ. Deinde ſupra vidimus p. 1122, 36. [vide Adnot. ad XXI. 2, 10. ubi ὀρομένου codex Vrſini pro οἰομένου habet] codicis, quo Vrſinus uſus eſt, Polybiani librario in uſu fuiſſe, ut ι ſimili pæne modo atque ρ exararet. Tandem pro Πετράτου corrigit Gronovius ad p. 509. [V. 17, 6.] Πετραίου." —

Ibid. εἰς Χάραδρον. — „Videndum, an Χάραδραν rectius ſit, Peloponneſi urbem, ut habet Strabo." VRSINVS. — „In Phocide reperio oppidum *Charadrum*, in Epiro neque *Charadrum*, neque *Charandrum*." REISKIVS. — Vide IV. 63, 4. & quæ ibi notavimus.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. εἰς Βουχετόν. Sic Bav. Et VRSINVS, quamquam in contextu ejus Βουλετὸν eſt editum, in Notis tamen verba hæc ita repetit, quaſi εἰς Βούχετον eſſet ſcriptum. Adjicit autem: „Placet Βουχαίτιον, ut eſt apud Strabonem, Ἠπείρου πόλιν." — Vide Strab. lib. VII. p. 324. Neque tamen idcirco damnandum Βουχετὸν, ut perſpecte Reiſkius monuit, ad Suidam provocans, a quo diſcimus plurali etiam numero τὰ Βουχετὰ dictum fuiſſe illud Epiri oppidum. Ex Harpocratione ſua ſumſiſſe ibi Suidam, monuit Küſterus.

Verſ.

Verſ. 9. τοὺς δὲ λοιποὺς καθυστερεῖν &c. Sic ed. Vrſin. cum msstis. Reiſkius aut deinde πολύ τε λείπεσθαι pro πολὺ δὲ ſcribendum cenſuerat, aut hoc loco ita legendum: τοὺς δὲ λοιποὺς τῶν μὲν ἄλλων οὐδενὸς καθυστερεῖν τοῖς βίοις. Verſ. 9.

Verſ. 11. εἰ δεήσει πέντε τάλαντα. Sic correximus, ut poſcebat grammatica ratio & Polybii uſus. Perperam vulgo εἰ δεήσεις edd. & εἰ δεήσεις Bav. Verſ. 11.

Verſ. 12. κατεσχήκασι correxit Caſaub. μετεσχήκασι ed. Vrſin. cum msstis. — *Ibid.* παρακαλῶσι καὶ κελεύωσιν. Correxit Vrſinus, παρακαλοῦσιν καὶ κελεύουσιν mssti. *Verſ.* 13. ὁ δ' Ἀλέξανδρος. Mendoſe οὐδ' Ἀλέξανδρος Bav. Verſ. 12.13.

Verſ. 14. ἀπογνοὺς αὐτόν. Poterat αὐτὸν ſervari, quod habent mssti. ἀπογνοὺς autem perſpecte edidit Vrſinus, pro ἀπὸ γάους, quod erat in codicibus. Verſ. 14.

Verſ. 15. πρὸς τὸ πλεῖον ὁρμή. Satis hoc eſt, nec requiritur ἔχειν. Eodem modo τὴν πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμίαν dicit XIII. 2, 7. Verſ. 15.

Verſ. 16. καὶ ταὐτόματον. καὶ perperam caret Bav. — *Ibid.* τὴν ἀλογιστίαν. Sic perſpicue Bav. Corrupte τὴν ἀναλογίαν edidit Vrſinus ex ſuo cod. quod in ἀλογίαν mutavit Caſaub. Verſ. 16.

Verſ. 19. μέχρις Λευκάδος ex ingenio correxit Vrſinus. Corrupte μέχρι σελευκίδου mssti. — „Non caret ſpecie *Leucadiæ* nomen: viſum tamen mihi aliquando fuit, cum ratione itineris, quod Damoteles ex Aetolia Romam inſtituebat, non male, ſi non melius, convenire, ut dicatur μέχρις ἐς Λίκυμναν perveniſſe, quod eſt Corcyræ promontorium interius, ſeu adverſus Græciam.“ REISKIVS. *Ibid.* ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Αἰτωλίαν, *in Aetoliam eſt reverſus.* Sed mox ab Aetolis Ambraciam ad conſulem legatus cum Phænea eſt miſſus, ut docet Livius XXXVIII. 8. Verſ. 19.

CAPVT X.

Cap. X.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Αἰτωλοὶ ὑπὸ τοῦ τῶν Ῥωμαίων &c. Fragmentum hoc, de cujus argumento conferendus Livius XXXVIII. 5. primus edidit Caſaubonus in Polybii Fragmentis ex eodem codice Manuſcripto Bibliothecæ tunc Regiæ Pariſinæ, e quo deinde anno 1694. totus libellus, qui iſta Fragmenta Polybiana continet, cum aliis *Veterum Mathematicorum operibus*, typis expreſſus eſt. De eo libello confer Fabric. in Bibl. Græc. T. II. p. 594. & quæ breviter diximus in Præf. ad Polyb. Tom. I. p. 13. Scriptorem libelli anonymum Lambecius Tom. VII. Biblioth. Cæſareæ cod. CXI. n. 7. & cod. CXIV. n. 8. docuit eſſe *Heronem* juniorem, qui ſub imperatore Heraclio floruit. Exemplum msstum ejuſdem libelli ſervatur in Bibliotheca Vniverſitatis Baſileenſis, in Collectione Scriptorum Græcorum Mechanicorum, quæ codice perſimili codici Pariſino, a quo editi ſunt illi ſcriptores, continetur.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τὸ Πύῤῥειον. Confer Livii interpretes ad cap. 5, 2. & Cellarii Geogr. Antiq. lib. II. c. 13. Pyrrhi regiam olim fuiſſe Ambraciam, Polybius docet infra, cap. 22, 9. *Ibid.* Ἀσκληπιεῖον. Ἀσκληπεῖον ediderat Caſaub. haud ita male. Perperam vero Ἀσκληπιὸν editum eſt in Veteribus Mathem.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἐνεργῶς recte Caſaub. ἐναργῶς mendoſe ſcribitur in Vet. Math. — *Ibid.* σηκώματα μολύβδινα. Perperam σηκώματα μόλιβδα ed. Pariſ. Vet. Math. μολίβδινα ſcribi potuerat per jota, ut VIII. 7, 9. — *Ibid.* στύπη δρύϊνα. Conf. notata ad I. 48, 9.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. κατασχόντες ταῦτα &c. Livius: *falces, ancoris ferreis injectis in interiorem partem muri trahentes aſſerem, præfringebant.*

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Τοῦ γὰρ Νικάνδρου ἐκτὸς ἀναστρεφομένου &c. Hæc, a Caſaubono in Polybii Fragmentis prætermiſſa, nos adjicienda putavimus. Leguntur in editione Pariſienſi ejuſdem libelli Heronis, p. 321 ſeq. Pertinent autem huc Livii verba XXXVIII. 5. *Nicander prætor* (Aetolorum)

ſpem

ſpem nactus ſolvendæ incepto forti obſidionis, Nicodamum quemdam cum Aetolis quingentis Ambraciam intromittit. Noctem certam, tempuſque etiam noctis conſtituit, quo & illi ab urbe opera hoſtium, quæ adverſus Pyrrheum erant, adgrederentur, & ipſe ad caſtra Romana ancipitem terrorem faceret. & cetera, quæ ibidem ſubjiciuntur. — *Ibid.* εἰσέφρησαν εἰς τὴν πόλιν. Suidas: Εἰσέφρησα· εἰσέδυσα ἑαυτόν. (Forte Εἰσέφρησαν· εἰσέδυσαν ἑαυτούς.) Et Εἰσφρήσας· εἰσελθών. Verſ. 7.

CAPVT XI. Cap. VIII.

Verſ. 1. Πολλαὶ γὰρ &c. Hoc Fragmentum, ex eodem Libello ab Henr. Valeſio ſibi communicatum, primus publici juris fecit Iac. Gronovius, in Diſſertationibus Epiſtolicis, Tomo IIdo Livii Gronoviani adjectis, pag. 56 ſq. Legitur autem in edit. Pariſ. Veterum Mathematicorum pag. 325. De eodem argumento, præter Livium, conſulendus Polyænus Strategem. VI. 17. qui ſua haud dubie ex Polybio depromſit. Adde Zonar. Annal. IX. 20. Verſ. 1.

Verſ. 2. Τῶν γὰρ Ῥωμαίων συνεχῶς &c. Livius l. c. cap. 7. *Romani ad Ambraciam, pluribus locis quatiendo arietibus muros, aliquantum urbis nudaverant: nec tamen penetrare in urbem poterant.* Verſ. 2.

Verſ. 6. σκεπάσαντες ἐπιμελῶς τοῖς γέῤῥοις. Livius: *cuniculum occultum, vineis ante contecto loco, agere inſtituit.* — *Ibid.* στοάν. Diximus de hoc vocab. ad I. 48, 2. Verſ. 6.

Verſ. 10. χαλκώματα συνεχῆ &c. Inventum hoc, de *æneis vaſis*, ſilentio præteriit Livius, ſed non neglexit Polyænus l. c. Verſ. 10.

Verſ. 13. διὰ τὸ τοὺς Ῥωμαίους. τὸ neglexerat Gronovius. Recte articulum agnoſcit ed. Pariſ. — *Ibid.* μέρους τοῦ ὀρύγματος. Sic edit. Pariſ. Articulum τοῦ omiſerat Gronov. Verſ. 13

Verſ. 15. περαιώσαντες αὐλίσκον σιδηροῦν ἴσον τῷ τεύχει. Breviter Polyænus: σιδηροῦν αὐλίσκον διέντες. Verſ. 15

Verſ. 15. Livius: *dolium a fundo pertuſum, qua fiſtula modica inſeri poſſet, & fiſtulam ferream - - fecerunt.* An vox ἴσον corrupta eſt ex vocabulo, quod reſpondeat latinæ voci *modica?* Cum ἰσομήκη, id eſt, *ejuſdem longitudinis,* ſuſpicaremur, cogitavimus, fiſtulam per totam fere longitudinem dolii debuiſſe permeare, ut ab ea parte, quæ hoſtibus obverſa erat, primum incenderentur plumæ, deinde vero paulatim retro traheretur fiſtula; quod ipſum etiam diſerte docet ſcriptor noſter verſ. 18 ſq. περαιώσαντες vero cogitavimus eſſe *tranſmittentes,* quod Polyænus διέντες dixit, eademque notione deinde in progreſſu narrationis τὸν διατεταμένον (ſcil. διὰ τοῦ πίθου) *auliſcum* ait, id eſt, *pertentam, porrectam, tranſeuntem per dolium fiſtulam:* ſic enim haud dubie ibi legendum pro vulgato διατεταγμένον.

Verſ. 16. *Verſ.* 16. πῶμα τρημάτων πλῆρες. Livius: *operculum, & ipſum pluribus locis perforatum.* E quibus corrigendum Polyænus, apud quem mendoſe vulgo πῶμα πλῆρες πρισμάτων legitur, id eſt *operculum plenum ſcobibus.*

Verſ. 17. *Verſ.* 17. τρήματα δύο καταλιπεῖν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους. Livius: *per operculi foramina, prælongæ haſtæ, quas ſariſſas vocant, ad ſubmovendos hoſtes eminebant.* Ibi Gronovius, quoniam in græcis τρήματα δύο legitur, ſuſpicatus erat, *foramina bina,* vel *binæ prælongæ haſtæ,* eſſe legendum. Nobis vero ipſa illa græca vox δύο incommoda h. l. viſa erat; quandoquidem ad impediendos hoſtes, ne ad dolium accederent, pluribus, quam duabus, ſariſſis prominentibus opus fuiſſe videbatur. Sed differt etiam hoc inter Romanum Græcumque ſcriptorem, quod hic (quatenus quidem verba ejus Hero repræſentavit) *ſariſſas ad latera dolii exſertas* dicit, ille *per operculi foramina eminentes.* Totum vero hunc de *ſariſſis* locum ſilentio præteriit Polyænus.

Verſ. 18. *Verſ.* 18. ἀσκὸν οἷς οἱ χαλκεῖς χρῶνται. Livius: *folle fabrili ad caput fiſtulæ impoſito.* Polyænus, χαλκευτικὸν ἀσκόν. — *Ibid.* Φυσᾶν ἐνεργῶς τὸ πρὸς τῷ στόματι πῦρ. Φυσᾶν τὸ πῦρ dicunt Græci, non Φυσᾶν τῷ πυρί. τὸ στόμα autem

autem non eſt ea pars dolii, qua fiſtula erat inſerta, ſed altera pars, quæ hoſti erat obverſa, cui operculum ferreum erat impoſitum: ſic verſ. 16. ait *ἀπονεύοντι τῷ ςτόματι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους.*

CAPVT XII.

Cap. XII.

De Argumento Eclogæ XXVIII. de Legat. conf. Livium XXVIII. 9-11.

Verſ. 2. *Ἀθαμάνων.* Conſtanter *Ἀθαμανῶν* Bav. a ſing. *ὁ Ἀθαμανός.* Stephanus Byz. quidem non aliud gentile, niſi *οἱ Ἀθαμᾶνες*, agnoſcit, eadem forma cum *οἱ Ἀκαρνᾶνες.* Verſ. 2.

Verſ. 4. *τοὺς περὶ Δαμοτέλη. Damoteles* & Phæneas, domum redeuntes a Conſule, ad quem miſſi erant legati, in via intercepti ab Acarnanibus, *Thyrium* vel *Thurium* fuerant deducti Liv. ib. cap. 9. init. — „Cave, inquit REISKIVS, ne hanc legatorum Aetolicorum captivitatem cum ea confundas, quæ fragmento ſuperiori eſt enarrata.“ — Vide ſupra cap 9. — *Ibid.* *τοῖς Θουριεῦσιν.* Vide Notata ad IV. 6, 2. & quæ ad Liv. l. c. notarunt interpretes. Verſ. 4.

Verſ. 5. *ἐνηργεῖτο* correxit Caſaub. *ἐνεργεῖτο* Vrſin. cum msstis. — *Ibid.* *τὰ πρὸς τὰς διαλ.* recte ed. Gronov. & ſic Bav. Mendoſe *τὰς πρὸς τὰς* ed. Vrſ. & Caſ. — *Verſ.* 6. *πρόθεσιν. πρόσθεσιν* ed. Vrſin. errore operarum. *Ibid.* *εἶναι δὲ τοῦτο.* Mendoſe *τοῦτον* Bav. Verſ. 5.

Verſ. 8. *οὗτος μὲν οὖν.* Poteſt hoc defendi. De particula *οὖν*, in apodoſi pleonaſtice poſita, dictum eſt ad XX. 13, 3. & ad XI. 14, 6. Sed quoniam *οὖν* ignorat Bav. & *οὕτως* vel *οὕτω*, non *οὗτος*, habent ambo mssti, (*οὕτω* cod. Vrſini, *οὕτως* Bav.) perinde probum hoc fuerit, *οὕτω μὲν εἰσελθών.* Perſæpe enim eodem modo particula *οὕτω* utitur noſter. vide I. 27, 1. II. 6, 5. II. 13, 6. V. 102, 4. &c. Verſ. 8.

Verſ. 9. *ὁμιλοῦντες.* Perperam *ὁμιλοῦν* Bav. Verſ. 9.

Verf. 11. *Verf.* 11. τοῦ πρώτου συνθεμένου &c. Vide Livius XXVI. 24.

Verf. 12. *Verf.* 12. τὸ προστατῆσαι. Perperam τὸ προστατῆσαν Bav.

Cap. XIII.

CAPVT XIII.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἀποκατασταθῆναι. ἀποκαταστῆναι Bav.

Verf. 4. *Verf.* 4. Τίτου Κοϊντίου. Confer Adnot. ad c. 15, 13. *Ibid.* ἢ Φιαν. ἢ Φιλοτιμίαν mssti. Correxit Vrfinus. *Ibid.* Κεφαλληνίους. Mendofe κεφάλαιον mssti. Livius: *Cephallenia infula extra jus foederis effet.*

Verf. 6. *Verf.* 6. ὑπετυπώθη. *hæc per fumma rerum capita defcripta, adumbrata erant.* Sic τύπους ait c. 7, 9. — *Ibid.* ἐπὶ Ῥωμαίους. Perperam ὑπὸ Ῥωμαίους Bav.

Verf. 10. *Verf.* 10. πεντήκοντα καὶ ρ΄. id eft *centum & quinquaginta.* Sic perfpicue Bav. neque aliter Vrfinus in Notis e fuo codice citavit, quibufcum confentit Livius: quibus invitis nefcimus quo cafu καὶ φ΄. in contextum Vrfini irrepfit, quod & *quingenti & quinquaginta.* Veram fcripturam reftituit Cafaubonus.

Verf. 11. *Verf.* 11. μηδένα αὐτῷ παρὰ τῶν Αἰτ. μηδένα correxit Cafaub. μηδὲν αὐτῷ ed. Vrf. cum msstis. Livius: *eo tandem legati Aetoli, mirante confule quod morarentur, venerunt.*

Verf. 14. *Verf.* 13. βεβαιοῦν τὰς δι' ἑαυτῶν. Mendofe βεβαιοῦντας τὰς ed. Vrf. βεβαιοῦντας δι' ἑαυτ. Bav.

Cap. XIV.

CAPVT XIV.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἐκαινοποιήθη. ἐκενοποιήθη. — *Verf.* 4. ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν. τῶν caret Bav.

Verf. 5. *Verf.* 5. ἐνετράπη recte dedit Bav. Perperam ἀνετράπη edd. De quibus verbis bene REISKIVS monuit: „Multum differunt, ἐντρέπεσθαι, *refipifcere, mutare animum reverentia & pudore & recordatione melioris fententiæ,* quod hic locus poftulat & Cafaubonus expreffit; & ἀνατρέπεσθαι, *ever-*

everti gradu. — *Ibid.* προσέσχε. Mendofe προσανέσχε Bav.

Verf. 6. Δάμις, ὁ Ἰκησίου. Vide Liv. XXXVIII. 10, 4. & ibi interpretes. Ad Cafauboni verfionem, *Damis Icefiæ filius,* hæc notavit GRONOVIVS: „Quidni *Icefii?* Habes fane Legat. 81. [XXVIII. 16, 5.] Εὔδημος καὶ Ἰκήσιος." — *Ibid.* παραδείγματι πρὸς τὸ παρὸν οἰκείῳ. — „*Vulgata fimilitudine ufus,* ait Livius, recto ille judicio ufus. Eft enim dudum a Demofthene & ipfo Homero jam ufurpata, & a Cicerone repetita." REISKIVS. — Conf. noftrum XI. 29, 9 fqq. Ciceron. pro A. Cluentio cap. 49. Appian. Civ. III. 20. & ibi notata. Verf. 6.

Verf. 7. ἐκκούσαντας. Perperam ἀκούσαντας Bav. — *Verf.* 8. Φέρει ex Vrfini emend. Φέρειν mssti. — *Ibid.* ἐπὶ τοὺς Αἰτωλούς. id eft, ἐπὶ τὸν δῆμον τῶν Αἰτωλῶν. cf. c. 13, 6. — *Verf.* 11. γαληνήν. γαλινὴν ed. Vrfin. cum msstis. Verf. 7 fq.

Verf. 12. ἀναγκάσωσι κινεῖσθαι. ἀναγκαίαν καὶ κινεῖσθαι Bav. Verf. 12.

Verf. 13. ἀπὸ μὲν τῆς Ἀσίας πνεύσαντες. Livius: *poftquam ftare ab Afia Thoas & Dicæarchus, ab Europa Meneftas & Damocritus coepiffent.* De *Thoante* conf. notata ad XXI. 4, 7. *Dicæarchus* frater fuit Thoantis, primus ab Aetolis & Thoante prætore legatus ad Antiochum miffus. Liv. XXXV. 12. Conf. ad Polyb. XX. 10, 5. — *Ibid.* Μενέστας, vel potius Μενεστᾶς. Vide ibidem notata, ad XX. 10, 5. — *Ibid. Damocritus,* ad Nabin ab Aetolis fuerat miffus, quem adverfus Romanos concitaret. Liv. XXXV. 12. Verf. 13.

Verf. 15. Δεῖ δὲ ὑμᾶς πρὸς μὲν ἐκείνους. Satis effe putavit REISKIVS, fi fuppleretur ὧν, hoc modo, ὧν πρὸς ἐκείνους, & verbum δεῖ per ellipfin intelligeretur. — „Facile (inquit) potuit ὧν excidere ob κακῶν. Sæpe vero δεῖ fubaudiendum omittitur, & folus infinitivus locum imperativi obtinet." — *Ibid.* Perperam ἀπαραιτήτων Bav. pro ἀπαραιτήτως; & ἔτι γενόμενοι pro ὅτι γενόμενοι. Verf. 15.

CAPVT

CAPVT XV.

Cap. XV. Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἀδόλως τηρείτω. Livius XXXVIII. 11, *imperium majeſtatemque populi Romani gens Aetolorum conſervato ſine dolo malo.*

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Πολεμίους μὴ διαγέτω. Forſitan paulo inferius poſt πόλεων interciderat hoc vocabulum πολεμίους, ni malis στρατὸν, cum Livio, qui ſic habet: *Ne quem exercitum, qui adverſus ſocios amicoſque eorum ducetur, per fines ſuos tranſire ſinito.* Sed confer c. 26, 2. ubi in ſimillima ſententia πολεμίους dixit Polybius. — *Ibid.* συμμάχους καὶ φίλους. καὶ τοὺς φίλους Bav.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. Ἐχθρὸν καὶ φίλον τὸν αὐτὸν ἐχέτω τοῖς Ῥωμαίοις. Totum hoc comma abeſt a msstis, ab Vrſino ex Livio ſuppletum, apud quem tamen non niſi *hoſtium* ſit mentio: *hoſtes eoſdem habeto, quos populus Romanus.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. καὶ τοὺς αἰχμαλ. καὶ abeſt a Bav. unde probabile ſit, tria h. l. nomina olim fuiſſe poſita, quod etiam Gronovius in ora ſui libri adnotavit: τοὺς δὲ αὐτομόλους, τοὺς δραπέτας, τοὺς αἰχμ. Sic Livius: *perfugas, fugitivos, captivoſque.* Vbi tria nomina concurrunt, amant præcipue aſyndeton Græci. δραπέται ſunt *ſervi fugitivi*; αὐτομόλοι, *perfugæ.*

Verſ. 6. *Verſ.* 6. μετὰ Ῥωμαίων. μὲν Ῥωμαίων ed. Vrſ. operarum errore. — *Ibid.* ἐν ἡμέραις ρ'. Præpoſitio ἐν, cum deeſſet msstis, abſorpta ſcilicet ab extrema litera ν verbi præcedentis, adjecta eſt ab Vrſino. In Bav. vero ἡμέρας eſt, pro ἡμέραις. — *Verſ.* 7. μετὰ τὰ ὅρκια. τὰ caret Bav.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. χρυσίον, ἐὰν βουλ. Perperam χρυσίου Bav. — *Ibid.* τῶν δέκα μνῶν ἀργυρίου, χρυσίου μνᾶν διδόντες. Livius: *dum pro argenteis decem aureus unus valeret.* Notanda proportio pretii auri ad pretium argenti.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. κατὰ τὸ ἔτος ἕκαστον. Rectius abeſſet τὸ articulus, quem ignorat Bav. & deletum velimus. *Verſ.* 9. τάλαντα ν'. Perperam τάλαντον Bav.

Verſ.

Verf. 10. τῶν ὡμηρευκότων ἐν Ῥώμῃ. Sic correxit Cafaubonus, cum ὁμηρευκότων abfque augmento dediffet Vrfinus: at ὁμηρευόντων Bav. quod fortaffe verum eft, participio ifto notione præteriti accepto, ut fæpe aliâs, de quo diximus ad I. 1, 1. Livius quidem diferte: *nec quis qui ante obfes fuerit apud Romanos.* Ac fortaffe τῶν πρότερον ὁμηρευόντων fcripferat Polybius, quemadmodum fæpe πρότερον cum iftiufmodi participio ponitur, ut I. 35, 3. II. 46, 3. III. 114, 6. &c. Sufpicari licet, ὁμηρευκότων ex Vrfini effe ingenio, quamquam de ifta mutatione non monuit lectorem. Verf. 10.

Verf. 13. ὅσαι χῶραι καὶ πόλεις καὶ ἄνδρες. Anacoluthon, quod inerat orationi, quum ὅσας χώρας & ἄνδρας vulgo legeretur, ferri potuiffe, cenfuerat Reifkius; ita ut accufativus fignificet *quod attinet ad.* Ac fane paffim vidimus minime refpuentem ἀνακολουθίας orationis ftylum Polybii: fed hæc quidem nimis dura videtur; & adeo fæpe in his eclogis, & omnino in codicibus Polybianis, terminationes αι & ας inter fe permutantur, ut idem & nunc factum facile credi poffit; quo facto, ἄνδρας deinde ad præcedentes accufativos fuit adcommodatum. Verf. 13.

Ibid. ἐπὶ Τίτου Κοϊντίου καὶ Γναΐου Δομετίου στρατηγῶν. Locum hunc ex profeffo tractavit PERIZONIVS in Obfervatt. hiftor. cap. 1. e cujus difputatione nonnulla verbotenus huc tranfcribere juvabit. — „Apud Livium (ait) XXXVIII. 11. veteres editiones *Titum Quintium*, non *Lucium*, habent. Glareanus *Lucium* Livio dedit. conf. Liv. XXXVIII. 9. [& Polyb. fupra, cap. 13, 4.] Quod vero illi collegam Livius dedit *Cn. Domitium*, in eo fequitur ἁμάρτημα μνημονικὸν Polybii, quam his in rebus memoriæ prodendis fine ulla pæne variatione, quod ad rem ipfam, more fuo tranftulit. - - Miror, Vrfinum ineptiffima parenthefeos diftinctione longe alium Polybio dediffe fenfum.“ [Scilicet Vrfinus fic diftinxerat orationem: ὅσας χώρας καὶ πόλεις καὶ ἄνδρας (οἷς οὗτοι ἐχρῶντο ἐπὶ Τίτου Κοϊντίου καὶ Γναΐου Δομιτίου στρατηγῶν) ἢ ὕστερον ἑάλωσαν.

Eam-

Verf. 13. Eamdemque diftinctionem tenuere pofteriores editores.] — „Refingendus locus (fic pergit PERIZONIVS) in hunc modum: ὅσαι χῶραι καὶ πόλεις καὶ ἄνδρες, οἷς οὗτοι ἐχρῶντο, ἐπὶ Τίτου Κοϊντίου καὶ Γν. Δομ. στρατ. ἢ ὕστερον ἑάλωσαν. Latina recte ex Livio expreffit Cafaubonus. - - Annum, quo T. Quintius in Græciam trajecit, ipforum Confulum iftius anni mentione videtur fignificare voluiffe Polybius; fed, dum id facit, ex memoria *T. Quintio Flaminino*, qui cum *Sex. Aelio*, nono abhinc anno, conful fuerat, collegam dediffe *Cn. Domitium*; haud dubie, quod is animo ejus magis obverfaretur, quia tribus folummodo annis ante cum *Quintio* item *Flaminino*, verum *Lucio*, Titi fratre, non Tito ipfo, confulatum gefferat." — Δομετίου, non Δομιτίου, eft in Bav. & fic fuiffe etiam in cod. Vrfini, ex Notis Vrfini, ubi hunc locum repetit, intelligitur. Haud raro vero eodem modo fcriptum *Domitii* nomen apud græcos fcriptores reperitur.

Verf. 14. *Verf.* 14. Οἰνιάδων. Mendofe Σινιάδων Bav. Conf. ad IV. 65, 2. — *Ibid.* Ἀκαρνάνων. Ἀκαρνῶν Bav.

Verf. 15. *Verf.* 15. ἐπιστροφὴν bene correxit Vrfinus. ἐπιγραφὴν mssti, in quibus & aliâs paffim figuram ϛ cum Γ perperam commutatam videre licet.

Cap. XVI.

CAPVT XVI.

Vide Liv. XXXVIII. 12. κατὰ τοῦτον. Perperam κατὰ τούτου Bav. — *Ibid.* τὸν περὶ τὴν Ἀσ. καὶ περὶ τὴν Ἀσίαν Bav.

Cap. XVII.

CAPVT XVII.

Verf. 1. *Verf.* 1. Μοαγέτης — „De hoc regulo videndus eft Livius lib. XXXVII. [c. 14.] & caput 30. legationum Polybii, quod quidem huic noftro fragmento connexum fuiffe apparet. Fuit autem id nomen, *Moagetes*, familiare tyrannis Cibyratarum. Sic enim dictus eft & ultimus ille, quo pulfo Mithridatici belli temporibus extincta eft a Murena tyrannis Cibyratarum, tefte Strabone." VALESIVS. — Strab.

Strab. lib. XIII. p. 631. *Cibyra*, cognomine *magna*, urbs Phrygiæ, in maxime meridionali Phrygiæ parte. Verba ista, Μοαγέτης &c. usque καὶ δόλιος, tam in Valesianis, quam in Vrsini eclogis leguntur: posthæc in Vrsinianis statim sequuntur ista, (*vers.* 3.) Πλὴν συνεγγίζοντος Γναΐου; in Valesianis autem illa, (*vers.* 2.) καὶ οὐκ ἄξιός ἐστιν usque τῆς ἁρμοζούσης μνήμης, in quæ verba subito desinit ibi hoc Fragmentum, nec amplius aliquid adjicitur. Nobis plura nonnulla hic prætermissa videntur á compilatore Excerptorum de Legationibus; quare inter *vers.* 2. & 3. asteriscos nonnullos interseruimus. In Vrsini codice *vers.* 1. pro ὠμὸς erat ἐμὸς, quod ex ingenio correxit Vrsinus. Veram scripturam habet Bav. sicut codex Peiresc. Vers. 2.

Vers. 3. Γναΐου. Intelligi *Cn. Manlium Vulsonem* docet Livius l. c. — *Ibid.* ὅτι φίλος ὑπάρχοι. ὑπάρχει Bav. quod verum putamus; sed deinde etiam ποιήσει pro ποιῆσαι fuerit scribendum. Vers. 3.

Vers. 4. στέφανον ἀπὸ πεντεκαίδεκα ταλάντων, *coronam quindecim talentorum*. Non necessario intelligendam esse *coronam factam*, sed satis esse intelligere *munus honoris caussa oblatum*, contra Iac. Gronovium docuerunt Dukerus & Drakenborch. ad Liv. XXXVIII. 14, 5. conf. Polyb. XXVIII. 18, 3. XXII. 19, 4. & Adnot. ad XIII. 9, 5. Vers. 4.

Vers. 6. καὶ τὸν ἀδελφόν. Perperam καὶ τοῦ ἀδελφοῦ Bav. — *Ibid.* ἀνατατικῶς recte Casaub. & seqq. cum Bav. Mendose ἵνα τατικῶς cod. Vrsin. quod in ἐντατικῶς mutavit Vrsinus, parum feliciter. Vers. 6.

Vers. 7. κατατεῖναι τὴν ὅλην ῥώμην. Cum κατὰ τὴν ὅλην ῥώμην darent mssti, Vrsinus κατὰ τὴν ὅλην Εὐρώπην legendum suspicatus erat: quod sane nullo modo facere satis poterat. Nullum frequentius erratum in codicibus nostris reperitur, quam vocalium ει & η confusio; neque minus sæpe omissas vidimus terminationes vocum, quæ inter lineas super reliquam verborum extremitatem super- Vers. 7.

Verf. 7. fuperfcribi debuerant: unde κατὰ τὴν ex κατατεῖναι corruptum decurtatumque fufpicati fumus.

Ibid. κολάσεως ἄξιον μᾶλλον ἢ φιλίας. Livius: *ut de poena ejus magis, quam de amicitia, cogitandum fit.* Vocem ἄξιον Vrfinus ante ἐπιστροφῆς pofuerat: mihi propius inter fe conjungenda vifa funt verba, a feftinante librario prætermiffa.

Verf. 8. *Verf.* 8. ἠξίουν δ᾽ αὐτὸν εἰς λόγους ἐλθεῖν τῷ Μοαγέτῃ. Livius: *legati nihil aliud petere, quam ut coronam acciperet, veniendique ad eum poteftatem tyranno & copiam loquendi ac purgandi fe faceret.* Ad verba τῷ Μοαγέτῃ monuit REISKIVS: „imo vero τῷ Γναίῳ. Nam αὐτὸν ad Moagetem redit. Non conful Romanus ad regulum Galaticum, fed hic ad illum accedebat, cum eo agendi caufa. Sed erravit Fulvius, cui hoc additamentum debetur: aberant hæc duo verba, & recte vero aberant, ab ejus codice. Ille autem exiftimans aliquid deeffe, id addidit, quod fententiæ prorfus adverfatur. Si quid opus erat addi, faltim τῷ Γναίῳ, aut τῷ ὑπάτῳ, aut τῷ στρατηγῷ addidiffet." — Nos vero, quo pacto αὐτὸν, poft ἠξίουν, ad Moageten referendum cenfuerit Reifkius, non videmus. Neque male adjecta ab Vrfino illa verba, τῷ Μοαγέτῃ, putamus. Ceterum commodius quidem videri poterat, fi ita fcripfiffet Polybius, ἠξίουν αὐτὸν συγχωρῆσαι τῷ Μοαγέτῃ εἰς λόγους ἐλθεῖν αὐτῷ. Sed & ferri poffe fcriptura, quia nunc vulgata eft, videtur. ἐλθεῖν τινι εἰς λόγον non neceffario denotat *convenire alterum colloquendi cauffa*, ut tu illum adeas, ipfe tranquillus fua in fede te exfpectet; fed *venire alteri in colloquium*, id eft, *præbere illi colloquium; tempus locumque conftituere, quo alter tecum colloqui poffit, & quo tu eum audire eique refpondere velis; ac deinde tempore locoque adeffe & alteri copiam fui colloquendi facere.* Ne quid tamen diffimulemus, mox *verf.* 9. non συγχωρήσαντος δὲ, τότε μὲν &c. habet codex Bav. fed συγχωρήσαντος, καὶ τότε μὲν &c. Vnde fufpicari licet, paulo aliter fcriptum totum

tum hunc locum reliquisse Polybium, quam ab Vrsino ex conjectura est constitutus.

Vers. 10. ὧν ἐπῆρχε. ὧν ἦρχε citat Vrsinus in Notis, veluti ita scriptum reperisset in suo codice: sed id operarum errore putamus factum. Cum contextu Vrsini, in quo ἐπῆρχε est, consentit Bav. Vers. 10.

Vers. 11. Συλλίου. Sic & apud Arrianum I. 27. scribitur urbis illius nomen, Σύλλιον, ut ad Livium monuit Drakenborch. Sed Σύλειον per diphthongum ει & simplicem literam λ scribit Stephanus Byz. qui Phrygiae urbem esse ait, ab aliis vero ad Pamphyliam referri. Cum ista Stephani scriptura conveniunt codices illi Liviani, e quibus *Syleum* vulgo editum est. — *Ibid.* καὶ τῆς ἐν Τεμένει πόλεως. In contextu quidem Vrsini, quem tenuere ceteri editores, sic est expressum, καὶ τῆς Ἀλίνδης πόλεως. In Notis vero, postquam Livii haec citavit verba, *erant autem sub eo, praeter Cibyram, Syleum, & Alimne quae adpellatur,* ita pergit idem VRSINVS: „Ἀλίμνης emendavimus ex Livio, pro eo quod est in exemplari, τῆς ἐντεμένη, voce, ut videtur, corrupta: pro qua tamen magis placeret τῆς Ἀλίνδης; quod Ἄλινδα, ut est in vetere numismate ΑΛΙΝΔΕΩΝ, non Ἄλινα, ut est apud Stephanum, urbs sit Cariae." — Ad quae REISKIVS:" Illustre hoc est, inquit, intemperantiae criticae exemplum. Nescio quis hic Fulvium aestus jactavit: sed Casaubonum magis miror, causa non satis cognita, improbam lectionem pro proba, ut numum, admittentem & comprobantem. [Nempe is & in lat. vers. sic posuit. *Erant autem sub eo Cybyra, Sileum, & Alinda urbes.*] In Vrsini codice, ipso teste, erat τῆς ἐντεμένη πόλεως. quod ille corruptum judicabat. Esto. Corruptum est, sed perparum. Negotium nullum erat, divisis apte vocabulis, τῆς ἐν Τεμένει πόλεως emendare. Ipsum vocabulum πόλεως debebat admonere de aliquo vocabulo, quod, cum aliâs esset appellativum, in hoc oppido esset proprium factum: aliâs redundaret πόλεως vitiose. Quid Fulvius? Cum in Vers. 11.

Verſ. 11. Livii libris eſſet *Alimne*, voluit primum τῆς Ἀλίμνης πόλεως emendare: deinde mutato conſilio prætulit Ἀλίνδης, quia *Alinda* eſt in aliquo vetuſto numo. Sed quid oppidum Cariæ, Alinda, ad Phrygiam, de qua hic agitur? Videtur ea, quam Polybius hic τὴν ἐν Τεμένει πόλιν appellat, eadem cum Τημενοῦ θήραις eſſe, de qua vide Cellarii Not. Orb. Ant. T. II. p. 101." — Hæc Reiſkius: quibus addimus, ſicut in græcis nomen πόλεως adjectum eſt, ſic apud Livium adjecta verba, *quæ adpellatur*, ſignificare videri nomen aliquod, quod ſua origine adpellativum fuerit, non proprium. (Sic περὶ τὴν Ἄγκυραν πόλιν c. 22, 1. conf. ad cap. 19, 1.) Quodnam vero fuerit hoc nomen, certo deſiniri ægre poterit. Quod *Alindam* urbem ea cauſſa ſpectare huc nullo modo potuerit, quoniam illa in Caria erat, cum de Phrygia hic agatur; monemus, *Cibyram* quoque Cariæ vicinam fuiſſe: at Alinda nimis a finibus remota. De Τημένου vel Τεμένου πόλει, vide Cellar. lib. III. c. 4. p. m. 167 ſq. Videndum vero putavimus, an huc pertineat Τεμένεια, Stephano memorata, πόλις Φρυγίας πρὸς τῇ Λυκαονίᾳ.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. μετὰ μεγάλης χαρᾶς. — „χαρᾶς poteſt defendi, ut alia multa dura. Videtur tamen Polybius dediſſe χάριτος. vide p. 1161. 1203. 1222. [XXII. 18, 3. XXIV. 10, 10. XXVI. 6, 7.] *magna cum gratia.*" REISKIVS. — *Ibid.* οὐ τὴν χώραν, ἔφη, φθερεῖν. Vrſinus legendum οὐ μόνον τὴν χώραν ſuſpicatus erat; non recordatus, familiare eſſe græco ſermoni, particulam μόνον in hujuſmodi locutionibus per ellipſin ſubintelligere.

Cap. XVIII.

CAPVT XVIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Κολοβάτον. Livius XXXVIII. 15. *ad Cobulatum amnem.* Hinc VRSINVS: „Ex Polybiana, ait, ſcriptura apparet, apud Livium literarum tranſpoſitionem a librario factam fuiſſe." — At, quum nuſquam aliàs mentio hujus fluvii occurrat, quis definiet, utrum in Livianis codicibus, an in Polybianis, error ſit commiſſus? — *Ibid.*

ἐκ

ἐκ τῆς Ἰσιόνδα προσαγορ. πόλ. Sic eſt in contextu Vrſini, & in ceteris editionibus. Atque id proxime accedere videtur ad veſtigia ſcripturæ codicum. In Notis vero verba iſta hoc modo repetiit VRSINVS, ἐκ τῆς Ἰσίνδης προσαγορ. & prolatis Livii verbis, *Termeſſenſes eo tempore Iſiondæ arcem* &c. hæc porro monuit: „Opinor, apud Livium *Iſindæ* ſcribendum eſſe ex Stephano, cujus etiam ſcripturam in emendanda voce Polybiana, quæ in Ἰούδα mutata erat, ſecuti ſumus. Nam Ptolemæus corrupte habet Πισίνδα, & Glareani *Hyrienſium* correctio inepta prorſus eſt.“ — Stephanus: Ἴσινδος, πόλις Ἰωνίας. -- λέγεται καὶ Ἴσινδα. Nobis non liquet. Illud miramur, quo pacto *Termeſſenſes* ex Pamphylia in Ioniam uſque his temporibus excurrerint, & arcem ibi obſederint. Et gentile illius urbis Ἰσίνδιος format Stephanus, non Ἰσινδεὺς, qua terminatione utitur Polybius verſ. 5. Verſ. 1.

Verſ. 2. Τοὺς γὰρ Τερμησσεῖς. VRSINVS: „Corrupte τοὺς γὰρ Τελμεῖς legebatur in exemplari, pro τοὺς γὰρ Τερμησσεῖς. Nam apud Livium, ſive *Termeſſenſes* legatur, ſive, ut eſt in ænea tabula apud Cardinalem Farneſium, *Thermenſes*, parum refert: quamvis Liviani manuſcripti codices, *Telmenſes*, omnes plane habeant, propiore ſcriptura ad *Thermenſes.*“ — *Telmiſſus*, maritima Lyciæ urbs eſt, in Cariæ confinibus, de qua agitur XXII. 27, 8 & 10. *Termeſſus*, quæ hoc loco intelligenda, mediterranea eſt, Piſidiæ vel Pamphyliæ, haud procul Cibyra. De qua conf. Cellar. Geogr. Ant. III. 4. p. m. 195 ſqq. Verſ. 2.

Ibid. ἐπισπασαμένους Φιλόμηλον. — „Opinor legendum Φιλομηλεῖς. Eſt enim Φιλομήλιον πόλις Μεγάλης Φρυγίας.“ VRSINVS. — Polybii iſta verba prætermiſit Livius. De *Philomelio* vel *Philomelo* urbe conf. Cellar. l. c. p. 160. Ejus gentile Φιλομηλεὺς formari, docet Stephanus.

Verſ. 4. πρὸς Ἀσπενδίους. Ἄσπενδος, πόλις Παμφιλίας. Verſ. 4.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Ἰσιονδεῖς. Sic h. l. ed. Vrſin. & ſqq. Sed in Notis Ἰσινδεῖς legit VRSINVS. Et — „Ἰονδεῖς, inquit, habet Polybius; [ſic nempe cod. Vrſini, & Bav.] male. Et *Iſindenſes* puto ſcribendum apud Livium, ut ſupra.“ — Vide ad verſ. 1. — *Ibid.* ἐξελόμενος correxit Caſaub. Perperam ἐξελούμενος ed. Vrſ. cum msstis.

Cap. XIX.

CAPVT XIX.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Κύρμασα πόλιν. Adjectum vocabulum πόλιν, monet nomen proprium vel adpellative alioquin in uſu eſſe, ut cap. 17, 9. vel in plurali numero uſurpari, ut h. l. quod & ſæpe aliàs obſervavimus. Sic & apud Livium XXXVIII. 15. ex melioribus codicibus hodie editum eſt *ad Cormaſa urbem*, cum olim *ad Cormaſam urbem* edidiſſent. Κόρμασα quoque per ο Ptolemæus habet, ut monuit Vrſinus: nec vero idcirco mendum eſſe pronunciemus apud Polybium Κύρμασα per υ, potuit enim utrumque nomen uſu obtinere. Eſt autem Piſidiæ oppidum.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. προαγόντων δὲ αὐτῶν. Ex msstis hoc reſtituimus, quibus refragantibus, citra neceſſitatem, προάγοντος δὲ αὐτοῦ editum erat ex Vrſini ingenio. — *Ibid.* ἐκ Λυσινόης. Vide Cellar. Geogr. Ant. III. 4. p. m. 192.

Verſ. 3 *Verſ.* 3. Σαγαλασσέων. Sic in Notis citat hoc nomen Vrſinus, idque adoptavit Caſaubonus; recte. Stephanus: Σαγάλασσος, πόλις Πισιδίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σαγαλασσεὺς καὶ Σαγαλασσηνός. Confer Livii interpretes ad XXXVIII. 15. Σαγαλεσέων eſt in ed. Vrſini & in Bav. putamus & in Vrſini codice. — *Ibid.* ἐξελασάμενος. Perperam ἐξελάμενοι (ſic) Bav.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ν'. ταλάντων στέφανον. Conf. ad cap. 17, 4. *Ibid.* προσεδέξατο recte ed. Caſaub. & ſeqq. cum Bav. προσεδέξαντο Vrſin.

CAPVT

CAPUT XX.

Cap. XX.

Verf. 1. πρέσβεις ἐξαπέστειλε πρὸς τὸν Ἐποσέγνατον &c. De totius hujus capitis argumento confer Liv. XXXVIII. 18. Defideratur autem Ecloga Vrfiniana in cod. Bav. Verf. 1.

Verf. 2. Τολιστοβογίοις. Nil cauffæ fuerat, cur ab hoc difcederetur. Vide fis quæ de hujus populi gallici nomine notavimus ad Appiani Syriac. cap. 42. Perinde Τολιστοβόγιοι vel Τολιστοβώγιοι, & Τολιστοβῶγοι, & Τολιστόβοιοι dicuntur. Verf. 2.

Verf. 3. πείσεσθαι πρὸς πᾶν αὐτοὺς παραστήσεται &c. Naturalem orationis feriem hanc cogitaveramus, καὶ παραστήσεται αὐτοὺς πείσεσθαι πρὸς πᾶν τὸ καλῶς ἔχον, id eft, *& eo fe adducturum illos, ut ad omnia, quæ honefta & recta fint, dicto audientes fe præbeant.* Sed, re denuo expenfa, intelligimus, quovis modo præftare REISKII emendationem: καὶ πέπεισται πρὸς πᾶν αὐτοὺς παραστήσεσθαι &c. id eft, ut ipfe Reifkius interpretatus eft, *fe confidere effecturum, ut perfuafionibus fuis illi adducti nullam conditionem æquam & bonam recufent.* Sic XXIX. 2, 5. παρεστήσατο τὸν νεανίσκον πρὸς τὸ κοινωνεῖν τῷ Πέρσῃ. & XXXI. 25, 6. παραστήσασθαι τὸν βασιλέα πρὸς τὰ παρακαλούμενα. Verf. 3.

Verf. 4. Γναῖος ὁ ὕπατος &c. Fragmentum hoc, a Suida abfque auctoris nomine prolatum in Γάλλοι, & partim etiam in Σαγγάριος, (ubi quidem mendofe Γάιος pro Γναῖος legitur) Polybio auctori perfpecte vindicavit Valefius in Polybii Fragmentis. Eamdem rem Livius narrat eodem capite, quo ea quæ in Ecloga XXXIII. de Legat. partim præcedunt, partim fequuntur; ad quem etiam provocavit Valefius. Verf. 4.

Ibid. προστηθίδια καὶ τύπους. — „Ita emendavi, (fic monet VALESIUS) cum in omnibus libris πρὸς τῇ ἰδέᾳ legeretur corrupte. Emendationem vero noftram confirmat alter locus (Polybii, ni fallor) apud Suidam in Προστηθιδ. Ἐξελθόντες Γάλλοι δύο μετὰ τύπων καὶ προστηθιδίων, ἐδέοντο μηδὲν ἀνήκεστον βουλεύεσθαι περὶ τῆς πόλεως. Sunt au-

 tem

Verf. 4. tem προστηθίδια, ut explicat, εἰκόνες μέχρι στήθους, quas Galli matris Idææ geſtabant, teſte Dionyſ. Halic. lib. II. [c. 19] μητραγυρτοῦντες, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, τύπους περικείμενοι τοῖς στήθεσι. Vetus auctor apud Suidam in Γάλλοι: 'Απέστειλε νεανίσκους, διασκευάσας εἰς Γάλλους μετ' αὐλητῶν ἐν γυναικείοις στολαῖς, ἔχοντας τύμπανα καὶ τύπους, ἐπὶ τοὺς προκαθημένους τῆς χώρας." — Hæc ille. Fragmentum alterum, quod eſt apud Suidam in Προστηθ. retulimus in Spicileg. Reliquiarum ex Polybii libro XXI. De Suidæ interpretatione vocabuli προστηθίδιον, εἰκόνες μέχρι στήθους, id eſt, *imagines pectore tenus*, dubitare licet: nomen illud obtinuiſſe videntur imagines iſtæ, quod πρὸ τῶν στήθεων, *ante pectus*, illas geſtaverint Galli, quod Dionyſ. Halic. l. c. dicit τύπους περικείμενοι τοῖς στήθεσι.

Verf. 8. *Verſ.* 8. Γορδιεῖον. Vide Stephani & Livii interpretes. Idem eſt oppidum, vel ex Alexandri hiſtoria notiſſimum, quod Γόρδιον, *Gordium*, alii vocant. — *Ibid.* πορευθείς. Corrupte παρευθεὶς ed. Vrſ.

Cap XXI.

CAPVT XXI.

Verf. 1. *Verſ.* 1. 'Ορτιάγων &c. — „Livio lib. XXXVIII. [c. 19.] *Orgiago.* [nempe nonniſi in editionibus nonnullis: veteres edd. & recentiores cum msstis recte *Ortiago*, vel *Ortiagon.*] In Prologo libri XXXII. Trogi Pompeji *Ortiago* Gallus dicitur; itemque apud Suidam in Παιδοπολίτης, ubi filius ejus fuiſſe dicitur Pædopolites. 'Ορτιάγοντος ἐγεγόνει Παιδοπολίτης, προβαίνων δὲ κατὰ τὴν ἡλικίαν δικαστὴς ἀπεδείχθη." VALESIVS. — Majorem partem hujus Eclogæ idem Suidas habet in 'Ορτιάγων. — *Ibid.* ἐπεβάλετο τὴν ἁπάντων &c. Suidas: 'Ορτιάγων, Γαλάτης· ὃς ἐπεβάλετο, τῶν ἐν τῇ 'Ασίᾳ βασιλεύων, τὴν ἁπάντων τῶν Γαλατῶν δυναστείαν &c. Ceterum non debemus diſſimulare, Eclogam hanc, quæ a nobis eo loco poſita eſt, & ad eum annum relata, quo reguli hujus Gallorum mentionem Livius fecit, in ſerie eclogarum Valeſianarum mediis rebus anni ab V. C. 570. fuiſſe inſertam, & proxime collocatam poſt eam de Apol-

Apolloniade, quam habemus lib. XXIII. c. 18. Ac fieri quidem poteſt, ut in illius anni rebus rurſus ejuſdem *Ortiagontis* mentionem Polybius fecerit, ac fortaſſe occaſione obitus illius elogium hoc ſubjecerit: nam ex clade quidem ea, quam hoc anno graviſſimam paſſi ſunt Galli iſti Aſiam incolentes, incolumem evaſiſſe Ortiagontem intelligitur ex eis quæ e Polybio Plutarchus retulit, (vide hoc cap. verſ. 11.) & diſerte Livius XXXVIII. 24. teſtatur. Sed paſſim etiam obſervavimus, alieno loco interdum eclogam aliquam, minorem præſertim, (putamus, quæ ſtatim margini fuiſſet inſcripta) in ſerie eclogarum collocatam. Verſ. 1.

Verſ. 5. Χιομάραν δὲ &c. Totam narrationem ex Polybio ſumſiſſe Plutarchum, cum ex verſ. 12. ſuſpicari licebat, tum ex collatione Livii intelligitur, qui ex Polybio eamdem rem narrat XXXVIII. 24. Verſ. 5.

CAPVT XXII. Cap. XXII.

Verſ. 1. *μετὰ τὴν τῶν Γαλατῶν νίκην*, *poſt reportatam de Gallis victoriam.* Vide Liv. XXXVIII. 19-24. Breviter rem tetigit Appian. Syriac. c. 42. ubi dein illud argumentum perſequitur, quod hac ecloga Polybius exponit, de quo conf. Livium l. c. cap. 25. Verba *αὐτῶν πραχθεῖσαν*, quæ inferit h. l. Bav. compilatori debentur excerptorum, non Polybio. — *Ibid.* *περὶ τὴν* Ἄγκυραν *πόλιν* &c. Vide Livium lib. cit. cap. 25. & Appian. l. c. Perperam Ἄγζυ*ραν* Bav. Verſ. 1.

Verſ. 2. *κοινολογησομένους* correxit Caſaub. *κοινολογησαμένους* Vrſin. cum msstis. — *Verſ.* 4. *ὅτι τοὺς πρώτους*. Mendoſe *ἔτι τοὺς* Bav. — *Ibid.* *κοινολογησομένους* recte nunc Vrſin. & ſeqq. ſed *κοινολογησαμ.* rurſus Bav. *Verſ.* 5. *στρατοπεδείας* Caſaub. & ſqq. cum Bav. *στρατοπεδίας* Vrſin. *Verſ.* 7. *ἐπιθήσοντας*. *ἐπιθήσαντας* Bav. — *Verſ.* 9. *πέραν τοῦ* Ἅλυος. *τοῦ*, quod aberat vulgo, inſeruimus cum Bav. Verſ. 2 ſqq.

Verf. 10. *Verf.* 10. Ταῦτα δὲ προθέμενοι. δὲ, cum abeffet vulgo, dedit Bav. προθεμ. correxit Cafaub. Mendofe προσθεμ. Vrfin. cum msstis.

Verf. 11. *Verf.* 11. διακούσας τῶν περὶ τὸν 'Ατ7. Sic dedit Bav. uti voluerat Reifkius. Vulgo διακούσας τὰ περί.

Verf. 12. *Verf.* 12. ξυλείας correximus ex Bav. ξυλίας ed. Vrfin. & feqq. — *Ibid.* ἐφεδρείᾳ χρωμένους τοῖς ἐπὶ τὸν συλλ. Quum confentientibus msstis vulgo ederetur ἐπὶ τοὺς ἐφεδρείᾳ χρωμένους τοῖς &c. *afterifcum* ante ἐπὶ τοὺς pofuit Cafaub. quem tenuere fequentes editores. Gronovius in exemplo fuæ editionis, quo ipfe ufus eft, verba ἐπὶ τοὺς uncis inclufit, ut delenda: in quo nos habet adfentientes. REISKIVS ad vulgatam hoc loco fcripturam hæc notavit: „Aut defunt aliqua poft ἐπὶ τοὺς, aut plane delenda funt verba ἐπὶ τοὺς ἐφεδρείᾳ χρωμένους. Num legendum, ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη πεποιῆσθαι τὴν ἔξοδον, ἱππέων ἱκανῇ ἐφεδρείᾳ χρωμένους? *confueffe, tectos equitum idoneo fubfidio, eafdem in partes exire, in quas exirent equites, præfidentes legatis ad colloquium proficifcentibus.*" —

Cap. XXIII.

CAPVT XXIII.

Qui in margine ad hoc Caput notatus eft *annus* 4. *Olymp. CXLVII. ab V.C.* 566. is ad Caput 24. notari debuit. Quæ *hoc Cap.* 23. complexi fumus duo Fragmenta, ea etiamnum ad *A.V.* 565. *Olymp.CXLVII.* 3. pertinere, ex Livio intelligitur.

Verf. 1. *Verf.* 1. Ὁ δὲ Φούλβιος, πραξικοπήσας, νυκτὸς κατέλαβε τὸ μέρος τῆς ἀκροπόλεως. Diximus de hoc Fragm. in Emendat. & Obfervat. in Suidam p. 25 fqq. Abfque auctoris quidem nomine citatum a Suida, perfpecte a Cafaubono Polybio vindicatum eft, cujus ftylum refert, & cujus ejufdem funt duo alia fragmenta, ibidem a Suida citata, alterum proxime ante hoc noftrum, alterum poft illud. (Vide Polyb. I. 18, 9. & VIII. 11, 3.) Quis vero fit Οὔρβιος ille, quem hic nominant Suidæ codices, inauditum Romanis nomen

nomen, nec Casaubonus in Polybii Fragmentis, nec Küsterus ad Suidam, nobis declaravit. Nos, recordati primo, sæpe a librariis nomina inprimis propria litera initiali truncata esse, (cujus rei exempla ad Appiani Histor. Hannibal. c. 30. collegimus, quibus multa facile addi possunt;) deinde, haud raro literas λ & ρ inter se confundi; (de qua confusione conf. Adnot. ad XXXII. 18, 2. & Appian. Macedon. T. I. edit. nostr. p. 524, 98. ubi in eisdem codicibus eclogarum de Legationibus πλὴν pro πρὶν erat scriptum; adde Gisb. Koen ad Gregorium de Dialectis p. 124 sq.) ex Φούλβιος, id est *Fulvius*, corruptum esse illud Οὔρβιος, suspicati sumus. Cui suspicioni insignem accedere probabilitatis gradum intelliget quisquis conferre voluerit id quod de *M. Fulvio* Consule, *Samen* Cephalleniæ oppidum capiente, Livius XXXVIII. 29. nulla quidem proditionis mentione diserte facta, his verbis exponit: *Romani nocte per arcem, quam Cyatidem vocant, muro superato, in forum pervenerunt. Samæi, postquam captam urbis partem ab hostibus senserunt, cum conjugibus & liberis in majorem confugerunt arcem.* τὸ μέρος τῆς ἀκροπόλεως, arcis pars illa, quam a Romanis captam græcus scriptor dicit, fuerit eadem quam Cyatidem Livius vocat & a majori arce distinctam facit. Quod satis convenit cum græco; nam si nonnisi pars arcis capta est ab hostibus, consentaneum est, reliquam partem ab hac fuisse muro ac munitione separatam, & tutum adhuc perfugium potuisse civibus præstare. Vers. 1.

Vers. 2. Vide Plutarch. in Philopoem. p. 365. Fusius ex Polybio rem narrat Livius lib. XXXVIII. c. 31-34. Septemdecim Lacedæmonii, quos statim interfectos Livius ibi c. 33. ait, cum sexaginta tribus, qui postero die comprehensi, & traditi ad supplicium sunt, conficiunt *octoginta*, quos Polybius (quem in his rebus constanter Livius sequitur) teste Plutarcho, *occisos a Philopoemene* scripserat. Adde Pausan. VIII. 51. p. 703. & Lycortæ orationem ad Ap. Claudium, legatum Romanorum, apud Liv. XXXIX. 36 seq. Eadem occasione veteres exsules Lacedæmoniorum in ur- Vers. 2.

Verf. 2. bem reftituit, Lycurgi inftituta abolevit, muros Lacedæmonis dirui juffit.

Cap. XXIV.

CAPVT XXIV.

Hujus Eclogæ argumentum tractat Livius XXXVIII. 37 fq.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἐν Ἐφέσῳ. Corrupte ἐνεφέαν Bav. nefcimus an & Vrfini codex. Livius: *hibernantem in Afia.* — *Ibid.* παρεγένοντο πρεσβεῖαι. Prætulimus hoc, quod dedit Bav. Vulgo πρέσβεις.

Verf. 2. *Verf.* 2. λειφθέντος, *victo Antiocho.* Correxit Cafaub. ληφθέντος Vrfin. cum msstis, folenni librariorum errore.

Verf. 3. *Verf.* 3. Μουσαῖος. conf. XXI. 13, 1. — *Ibid.* ἐπὶ τίσιν. Corrupte ἐπίθεσιν Bav.

Verf. 5. *Verf.* 5. ἐβούλετο μαθεῖν. Sic recte Bav. ut correxit Vrfinus, in cujus codice ἐβουλεύετο fuerat. cf. verf. 3. *Ibid.* παραιτήσασθαι τὴν σφετέραν ἄγνοιαν, *deprecari fuum errorem, veniam erroris impetrare.* Non debuerat ifta Cafauboni emendatio folicitari a Reifkio: nam & fententia & orationis ftructura defiderare id verbum videtur, & leviffimo momento illud differt ab eo quod fcriptum eft; literas I & C, & inprimis fyllabas αι & ας frequentiffime permutatas inter fe librariorum errore vidimus. Quod vero REISKIVS ait: „ex παραστήσασθαι, quod eft in msstis, effici debuiffe περιστήσασθαι, *a fe profligare, amoliri;*" — ne illud quidem procul a librorum fcriptura recedit, fed fententia non convenit, quandoquidem non agitur de *amolitione erroris*, fed de *poenæ amolitione.* Ceterum, quod fi vocabulum ἄγνοια per metonymiam pro *poena erroris* poffet accipi, (quod tamen nec neceffe eft, & veremur ne non patiatur ufus fermonis) fatemur, verbum περιίστασθαι haud incommode hic tueri locum poffe, non quidem ea notione quam ei Reifkius tribuit, *amoliendi* vel *avertendi,* quam temere prorfus adfictam huic verbo III. 84, 11. vidimus, fed notione *vitandi, effugiendi, declinandi,* quam eidem verbo adferuit H. Steph. in Thef. T. I. col. 1784. & Græv.

Grævius ad Luciani Soloecift. c. 5. T. III. p. 556. ed. Wettften.

Verf. 6. *παρὰ τῶν πόλεων.* Correxit Vrfinus ex re ipfa & Livio, qui habet *civitatium legationes.* Corrupte *παρὰ τῶν πολεμίων* mssti, ficut XXI. 11, 8. Verf. 6.

Verf. 7. *παρὰ Ἀριαράθου.* Perperam *περὶ Ἀρ.* Bav. — *Ibid. ἑξακόσια τάλαντα.* Sic edd. cum msstis. Vide Drakenborch. ad Liv. XXXVIII. 37, 6. Verf. 7.

Verf. 8. *ἐπὶ τοὺς τῆς Παμφυλίας ὅρους.* — Diodorus Siculus T. II. p. 622. numero 12. *Lycaoniam* appellat. Parum refert." REISKIVS. — *Ibid. ταῖς στρατιώταις αὐτοῦ.* Tenuimus hoc, tacite fic correctum ab Ernefto. *αὐτοὺς* ed. 1. 2. 3. cum msstis; quod defendens REISKIVS: „fubaudi, inquit, *τοὺς περὶ τὸν Ἀντίοχον*, Musæum cum Antiocho cæterifque ejus purpuratis & aliis ejus ditioni parentibus. Sic p. 1167, 29. [nobis c. 26, 2.] *Ἀντίοχον καὶ τοὺς ὑποταττομένους.*" — *Ibid. κατὰ τὰς πρὸς Λεύκιον ὁμολογίας.* Illud caput filentio prætermifit Polybius fupra, ubi pacis conditiones cum L. Scipione initas expofuit lib. XXI. c. 14. Verf. 8.

Verf. 9. *τῆς ὥρας παραδιδούσης.* Cafaubonus, *appetente jam vere.* Hinc ERNESTVS in Lexic. Polyb. „*τῆς ὥρ. παραδιδ.* intellige vel *ἑαυτὴν*, ut Cafaub. cepit, *vere appetente*, vel, *cum ver daret poteftatem.*" — Probamus nos quidem pofteriorem rationem, *quum anni tempus jam id permitteret*, vel *facultatem daret.* Nempe fuperiora gefta funt per hiemem, cap. 24, 1. Deinde cap. 25, 6. habes æftatis initium. — *Ibid. εἰς Ἀπάμειαν. Apameam* Phrygiæ dicit, ad Mæandrum; de qua vide Liv. XXXVIII. 13. Appian. Syriac. c. 39. & Cellar. Orb. Ant. III. 4. p. m. 156 fqq. *Ibid. ἐνεργοῖς* tenuimus ex edit. Gron. & Ern. *ἐνέργοις* ed. 1. 2. *ἐν ἔργοις* Bav. Verf. 9.

Verf. 10. *εἰς τὸν συνταχθ.* Sic recte dedit Bav. Mendofe vulgo *εἶδε τὸν συντ.* edd. ex cod. Vrfini, quod adoptans Vrfinus, deinde *καὶ αὐτοῦ κατεστρατ.* edidit, invito utroque codice, qui ignorant conjunctionem. Verf. 10.

Verf.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. ἐμέτρησε recte edd. ἐμέτρισε mss. quod ex ἐμέρισε etiam oriri potuiſſe putaverat Vrſinus.

Cap. XXV. CAPVT XXV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἐπὶ τῆς Πέργης. *Perga*, urbs Pamphiliæ.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ποιεῖν γάρ. ποιεῖ γὰρ Bav. quod & ipſum ferri poterat. — *Ibid.* ἕν τι τῶν καθηκόντων. Diximus de hac locutione ad I. 68, 10.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. λθ'. ἡμέρας. — „Livius: [XXXVIII. 37.] *triginta dierum tempus poſcens.* Videtur autem apud Polybium τριάκονθ' ἡμέρας prius ſcriptum fuiſſe, deinde a librario, qui notis eum numerum ſignificare voluiſſet, λθ' factum eſſe, retenta θ'. poſtrema litera." VRSINVS.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. προσαναλαβόντες. Sic recte editi, conſentientibus msstis & uſu Polybiano. vide III. 60, 8. & IX. 8, 7. ubi quidem activa notione ſumitur id verbum. Temere REISKIVS προαναλαβόντες voluit, id eſt, *cum prius valetudinem curaſſent, & ſeſe ex itineris tædiis recuperaſſent,* quam ſcil. ulterius pergerent.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Λεύκιον. Corrupte Λελύκιον Bav. — *Ibid.* Ὀροανδεῖς correxit Vrſin. Ὀρανδεῖς mssti. Vide Livii interpretes ad XXXVIII. 37, 11. & Cellar. Orb. Antiq. III. 4. p. 188 ſq. *Oroanda*, urbs Piſidiæ.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ὑπὲρ ὧν οὐδὲν ἂν δέοι πλείω διατίθεσθαι λόγον, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν ἐγγράπτων ποιεῖσθαι τὰς διαλύσεις. Caſaubonus: *placuit - - foedus pacemque confirmare; de qua diſceptare amplius nihil attineret, cum ex ſcriptis legibus eſſet tranſigendum.* Quæ ſi ſententia fuit Polybii, non οὐδὲν ἂν δέοι, ſi quid videmus, oportuit, ſed οὐδὲν ἔδει. REISKIVS longe diverſam ſententiam in hoc loco quæſivit, nempe hanc: *de quibus me pluribus agere verbis nil attineat, ſed ſatis ſit ipſam foederis formulam e tabulis perſcriptis repetitam proponere, vel rem geſtam narrare ipſis tabularum verbis.* Sed ea ſententia ut ex græcis verbis extricetur, perſpecte monuit, aut in verbo ποιεῖσθαι, aut in διαλύσεις videri vitium ineſſe, ac fortaſſe legendum ποιεῖσθαι

τὴν ἀφήγησιν. Poſſis & *τὴν διήγησιν* ſuſpicari. Nobis non liquet: ſed quidquid ſit, haud ſatis emendata h. l. græca, ut vulgo leguntur, utique videntur. Ceterum de his *Pacis legibus cum Antiocho concluſæ* conf. lib. XXI. c. 14. & XXII. 7. Verſ. 10.

CAPVT XXVI. Cap. XXVI.

Verſ. 2. *Μὴ διϊέναι βασιλέα.* Vulgo *μὴ διϊέναι δὲ βασιλέα.* Delevimus particulam *δὲ*, quam neſcimus jam an habeat Bav. Vrſinus certe in Notis, ubi hæc verba repetit, non agnoſcit. Pro verbo *διϊέναι*, in ſimillima re, eſt *διάγειν* XXII. 15, 3. Verſ. 2.

Verſ. 5. *Ἐκχωρείτω δὲ πόλεων καὶ χώρας* ***. — „Polybii locus in exemplari non eſt integer: ſuppleri autem poteſt ex Livii verſione, quæ habet ita: [XXXVIII. 38, 4.] *excedito urbibus, agris, vicis, caſtellis cis Taurum montem uſque ad Tanaim amnem, & a valle Tauri uſque ad juga, qua in Lycaoniam vergit.*" VRSINVS. — Pro *Tanaim* autem apud Livium *Halyn* eſſe legendum, jam olim monuerunt eruditiſſimi viri. Verſ. 5.

Verſ. 6. *ἐξαγαγέτω μηδέν.* Mendoſe *ἐξαγ. μὴ δὲ* Bav. Verſ. 6.

Verſ. 7. *τῶν ἐκ τῆς Εὐμένους. τοὺς ἐκ τῆς Εὐμ.* Bav. Livius: *ne militem, neu quem alium ex regno Eumenis recipito.* Verſ. 7.

Verſ. 8. *εἰ δέ τινες - - μετὰ δυνάμεως εἰσιν Ἀντιόχου.* Livius: *ſi qui earum urbium cives, quæ regno abſcedunt, cum rege Antiocho intraque fines ejus regni ſunt.* — *Ibid.* *ἀποκαθιστάτωσαν* correxit Caſaub. quemadmodum paulo ante *καθιστάτωσαν* ſcriptum eſt conſentientibus libris. Mendoſe *ἀποκαταστήτωσαν* Vrſin. in contextu, & *ἀποκατασταθήτωσαν* in Notis. *ἀποκαταστισάτωσαν* Bav. quod, ſi modo *η* pro *ι* ponas, fuerit aoriſtus primus imperativi, regulariter formatus. *ἀποκαταστατήτωσαν* voluit Reiſkius, ab *ἀποκαταστατεῖν, reſtituere.* Verſ. 8.

Verſ.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. τοῖς τε Ῥωμαίοις. Vtique τοῖς δὲ malimus cum Reiſkio. — *Ibid.* ἐκ τῆς Ἀντιόχου βασιλείας. Livius: *qui ex regno Antiochi apud Romanos ſocioſque ſunt, iis jus abeundi manendique eſto.*

Verſ. 11. *Verſ.* 11. καὶ Θόαντα. Duo hæc verba deſunt Bav. & videntur etiam defuiſſe Vrſini codici, ſuppleta ab editore ex Livio l. c. & ex Polyb. XXI. 14, 7. — *Ibid.* Εὐβουλίδαν. Εὐβουλίδα h. l. Bav. conf. Polyb. l. c. — *Ibid.* Χαλκιδεῖς. Χαρκιδεῖς Bav. de cujuſmodi permutatione literarum λ & ρ diximus ad cap. 23, 1. — *Ibid.* τῶν Αἰτωλῶν ὅσοι κοινὰς εἰλήφασιν ἀρχάς. — „κοινὰς ἀρχὰς non ſatis placet. Novi *rem publicam*, novi *rem communem;* ſed *communes magiſtratus* ne a Latinis quidem dicuntur. Num itaque legendum ὅσοι οἴκοι παρειλήφασιν ἀρχάς?" REISKIVS. — Nos quidem in vulgato adquieſcendum putamus: &, quod ſi emendatione eſſet opus, iſta quidem non ſatis commoda videtur.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. καὶ τοὺς ἐλέφαντας τοὺς ἐν Ἀπαμείᾳ πάντας. Livius: *elephantos tradito omnes, neque alios parato.* Sicut verſ. 13. repetitur ἀποδότω δὲ, ſic & h. l. a Polybio repetitum fuiſſe videtur: ſi quis tamen putaverit, illud ex verſ. 11. huc quoque ſatis commode referri poſſe, cum eo non magnopere contendemus. Sed non prætereundum id, quod de hoc Polybii loco DRAKENBORCHIVS ad Livium XXXVIII. 38, 8. monuit, mendoſa videri verba ἐν Ἀπαμείᾳ, quæ prorſus ignorat Livius. — „*Apamea*, inquit, hoc tempore erat in ditione Romanorum, - - quomodo igitur Antiochus elephantos, qui Apameæ erant, Romanis nunc tradere potuiſſet?" — Etiam Appianus Syriac. c. 38. nude & ſine exceptione ſcribit: παραδοῦναι δ' ἐλέφαντας ὅσους ἔχει. In msstis noſtris Polybianis ſic erat: καὶ τούτους ἐκπλεύσαντας τοὺς ἐν Ἀπαμείᾳ. cf. XXXI. 12, 11. & Appian. Syr. c. 46.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. Ἀποδότω δὲ καὶ τὰς ναῦς τὰς μακρὰς - - μηδ' αὐτὸ πολέμου ἕνεκεν, οὗ αὐτὸς κατάρχῃ. Sic & in contextu habet VRSINVS, & in Notis repetiit, ubi in locum

cum

cum fic eft commentatus: „Et hic quoque locus haud fcio an integer fit. Liviana certe verfio Polybii verba in totum non exprimit, quæ fic habet: *tradito & naves longas, armamentaque earum: neve plures, quam decem naves actuarias, nulla quarum plufquam XXX remis agatur, habeto: neve monerem ex belli caufa, quod ipfe illaturus fit.* Vox ἐλαυνόμενον ad Livii *actuarias* videtur referenda: fiquidem *actuariæ*, quod remis *agerentur*, dictæ funt. Sufpicor autem, abundare apud Livium *plufquam;* & pro, *monerem ex*, legendum effe, ut in veteribus libris, *minorem ea:* &, ut latina verfio cum Polybiana fententia conveniat, repono pro *ea*, *eas;* deleta voce minorem." — Hæc Vrfinus. Ceterum de hoc loco, & de Livii a Polybio diffenfu confer quæ copiofe commentati funt Livii interpretes ad XXXVIII. 38, 8. In loco, qui non fatis planus mihi vifus eft, verfionem latinam Cafauboni verbotenus tenuimus, licet a græcis tam Vrfinianis, quam noftris, difcrepantem. In græcis quid fit μηδ᾽ αὐτὸ πολέμου ἕνεκεν, quod Vrfinus habet, prorfus non capimus. Intelligeremus, fi effet μηδ᾽ αὐτοῦ πολέμου ἕνεκεν, *ne ipfius quidem belli cauffa.* Placuit vero Bavarici codicis fcriptura, incommodam vocem prorfus ignorantis, μηδὲ πολέμου ἕνεκα, *ne belli quidem cauffa*, quod fcilicet bellum ipfe illaturus effet. Nam *fi ab aliis effet ipfe bello laceffitus*, tum, quemadmodum ex foederis formula (infra v. 24.) *jus ei erat bellum gerendi;* fic etiam ex eadem formula *ad repellendum bellum jus ei erat pluribus*, quam aliâs foedere cautum fuit, *navibus uti*, tefte Appiano in Hift. Syriac. c. 39. apud quem formula foederis de navibus ita fonat: Ναῦς δὲ καταφράκτους ἔχειν δυώδεκα μόνας, (fic ille, non δέκα,) αἷς ἐς τοὺς ὑπηκόους πολέμου κατάρχειν· πολεμούμενον δὲ, καὶ πλείοσι χρῆσθαι. REISKIVS, poftquam monuit, & Polybium & Livium, utrumque corruptos hoc loco circumferri, de medicina tamen non defperandum ait, & utrique fcriptori fic fatis commode mederi poffe putavit, fi apud Polybium legeretur: μηδὲ τριακοντάκωπον ἐχέτω ἐλαυ-

Verf. 13.

Verf. 13. ἐλαυνόμενον, μηδ' ἔλατ]ον, πολέμου ἕνεκεν, οὗ αὐτὸς κατάρχῃ. [μηδ' ἐλάτ]ονα, putamus, fcribere voluit. κατάρχῃ ex vulgata lectione retinuit, quæ ferri poffet, fi præcederet οὗ ἂν αὐτός. fed, cum ἂν ignorent libri, præftat haud dubie κατάρχει, quod dedit Bav. & firmat ufus Polybii. Participium ἐλαυνόμενον cohærere ait cum πολέμου ἕνεκεν.] Livium vero fic fanandum cenfuit: *Tradito & naves longas, armamentaque earum, neve plures quam decem habeto: naves actuarias nullas plufquam triginta remis agat, neve minorem ex belli caufa, quod ipfe illaturus erit.* Hæc Reifkius. Nobis enucleatius nunc difcutere rem totam non vacat, quam doctioribus acutioribufque viris judicandam relinquimus.

Verf. 14. *Verf.* 14. τοῦ Καλυκάδνου ἄκρωτ. Sic corrigendum ex Livio monuit Vrfinus in Notis, in cujus tamen contextu (ex nonnullis Livii exemplaribus) receptum eft Καλυκάνδρου. Mendofe Καλυκάδμου mssti. Veram fcripturam adoptavit Cafaub. Livium fi fequamur, poft Καλυκάδνου intercidiffe dicemus καὶ Σαρπηδόνος. Præterea, alios fi audiamus omnes veteres fcriptores, fufpicari licet, ita fcriptum reliquiffe Polybium τοῦ Καλυκάδνου ποταμοῦ, καὶ Σαρπηδόνος (vel Σαρπηδονίου) ἀκρωτηρίου. Sed refragantur Liviani codices, ex quorum confenfu *Calycadnus* h. l. non fluvius, fed promontorium eft: *neve navigato citra Calycadnum*, neve *Sarpedonem*, (alii *Sarpedonium*) *promontoria.* Et cum Livio Appianus facit, Syr. c. 39. ὅρον μὲν Ἀντιόχῳ τῆς ἀρχῆς εἶναι δύο ἄκρας, Καλύκαδνόν τε καὶ Σαρπηδόνιον, καὶ τάσδε μὴ παραπλεῖν Ἀντίοχον ἐπὶ πολέμῳ.

Verf. 16. *Verf.* 16. Ὅσαι δὲ οἰκίαι. Perperam οἰκεῖαι Bav. Livius: *ædes ædificiaque.* — *Ibid.* ὡς καὶ πρὸ τοῦ τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν. Livius: *quo jure ante bellum fuerunt, eo Rhodiorum fociorumve funto.*

Verf. 17. *Verf.* 17. καὶ εἴ τι ἀπελήφθη ἀπ' αὐτῶν. In eamdem fententiam Livius: *fi quid ablatum eft, id conquirendi - - jus item efto.* Quo minus opus fuerat, ut ἀπελείφθη vellet

REIS-

REISKIVS, quod ita expofuit: „*fi quid ab ipfis* (Rhodiis, fub initia belli Antiochici ditione excedentibus, cum fecum ferre nequirent) *derelictum eft, id nunc requifitum ipfis reddatur*. Quamquam fatemur, & commodam hanc ipfam fententiam effe, & ἀπελείφθη habere Bav. (apud quem tamen nullus error frequentior, quam vocalium ει & η permutatio,) & ipfam illam fcripturam ἐπ' αὐτῶν, quam habet idem Bav. facillime, ut fæpe aliâs, oriri potuiffe ex ὑπ' αὐτῶν, quod requiri utique videtur, fi ἀπελείφθη præferas. — *Ibid.* ἀναζητηθὲν recte edd. & fic ora Bav. fed in contextu Bav. perperam ἀναζητηθῆναι. — *Ibid.* ὁμοίως ὡς καὶ πρὸ τοῦ πολ. Monente Reifkio inferui particulam ὡς, quæ aberat ab edd. & msstis. Verf. 18.

Verf. 19. — „Verba Ῥωμαίοις ἀρίστου videntur delenda, ut nata e fcholio, quod aliquis videtur ad Ἀττικοῦ adfcripfiffe ad hunc modum: τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις ἀρίστου." REISKIVS. — Immo vero Ῥωμαίοις ad verbum δότω pertinet, & diserte adjicitur hoc nomen, ut diftinguatur fumma *Romanis* danda, ab ea quæ *Eumeni*, qui paulo poft nominatur, pendenda erat. Familiaris autem Polybio eft iftiufmodi verborum trajectio. — *Ibid.* μὴ ἔλαττον δ' ἑλκέτω &c. In ora Bav. h. l. notatur: ὅρα πόσον ἐστὶ τὸ τάλαντον. Commodius vero eadem illa verba μὴ ἔλαττον - - Ῥωμαϊκῶν π'. *fignis parenthefeos* fuiffent inclufa, ficut factum video a Livii editoribus. — *Ibid.* καὶ τοῦ σίτου ͵Φ καὶ ͵μ. Livius: *& tritici quingenta quadraginta millia modiûm*. Poffit, fi opus effet, in græcis vocabulum μεδίμνους per ellipfin fubintelligi, de qua ellipfi diximus ad V. 1, 11. Sed quoniam ante dictum eft de argenti talentis, putamus hoc loco omitti commode non potuiffe vocem μεδίμνους. Et quoniam ceteroquin hoc ipfo loco manifefte defiderantur verba nonnulla in msstis, fimul hoc cum aliis intercidiffe putemus, repofitumque velimus καὶ τοῦ σίτου ͵Φ καὶ ͵μ μεδίμνους. Verf. 19.

Verf. 20. Ἀποδότω δὲ Εὐμένει τάλαντα τνθ'. In Bav. quemadmodum in Vrfini codice nil aliud legitur, Verf. 20.

Verſ. 20. niſi καὶ τοῦ σίτου ,φ καὶ ,μ. τνθ' ἐν ἔτεσι &c. Livius poſt illa verba, *tritici quingenta quadraginta millia modiûm*, hæc habet: *Eumeni regi talenta trecenta quinquaginta intra quinquennium dato; & pro frumento, quod æſtimatione fiat, talenta centum viginti ſeptem.* Hinc Vrſinus, ſuppleto defectu, ita edidit: Εὐμένει τάλαντα τνθ'. quod tenuere poſteriores editiones, & ipſum per ſe etiam ſatis erat, quoniam ex initio verſ. præc. referri huc & mente repeti verbum δότω poterat. In Notis autem plura quædam verba ſupplevit Vrſinus, in hunc modum: Δότω δὲ Εὐμένει τῷ βασιλεῖ τάλαντα τνθ'. Nobis Ἀποδότω placuit, quod in eadem re poſitum eſt lib. XXI. 14, 6. conf. hoc cap. vſ. 11. & 13. De numero autem τνθ'. id eſt *CCCLIX*, duplex dubitatio exiſtit. Primum enim incommodat adjectus majori numero numerus *novenarius*, quem & Livius ignorat, & qui facit, ut tota ſumma, intra quinque annos pendenda, non facile in *quinque* penſiones æquas dividi potuerit. Itaque videndum, an delenda ſit litera θ'. quæ tamen quo pacto quove errore huc irrepſerit, difficile fuerit dictu: nam ea quidem erroris origo, de qua ad cap. 25, 4. dictum, hoc loco obtinere non potuit. Deinde, cum ex pacis conditionibus a L. Scipione latis & a S. P. Q. R. confirmatis, *quadringenta talenta* Eumeni ſolvere Antiochus debuerit; (Polyb. XXI. 14, 6. Liv. XXXVII. 45.) cur nunc non niſi L. vel LIX. ſuper CCC. memorantur? An quod his contentum ſe fore profeſſus ſit Eumenes? (conf. verſ. ſeq.) At exceptionem nullam fecerant legati Antiochi, ſed conditiones omnes inierant: & quod verſ. 21. ſubjicitur, contentum eſſe velle Eumenem, id ad ſolum pretium frumenti videtur pertinere, quod accipere ſe velle Eumenes profitetur, prout ab ipſo Antiocho eſt æſtimatum. Verior itaque ratio ea videtur fuiſſe, quod ſicut Romanis de 15000 talentorum ſumma, 500 ſtatim fuerant pendenda, 2500 poſt confirmatam a ſenatu populoque pacem, denique reliqua demum 12 millia intra 12 annos, ſic Eumeni, de 400 talentorum ſumma, quinquaginta præſen-

tia ſint ſoluta, ut nonniſi 450 ſupereſſent, intra quinque annos pendenda, quorum nunc in hujus foederis perſcriptione fuit mentio facienda. Verſ. 20.

Ibid. κατὰ τὸ ἔτος. Idem hoc valet ac καθ' ἕκαστον ἔτος verſ. præc. Sed ſicut ibi ad καθ' ἕκαστον ἔτος adjicitur numerus χίλια, ſic non dubitamus, quin h. l. quoque numerus talentorum, quotannis pendendorum, fuerit adjectus. Fuerit autem is numerus ό. id eſt *LXX*. Itaque aut ό κατὰ τὸ ἔτος, aut κατὰ τὸ ἔτος ό. ſcripſiſſe Polybium putamus.

Ibid. τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις. ἀποδότω δὲ καὶ τοῦ σίτου &c. Sic in Notis hæc verba, quaſi eodem modo in contextu expreſſa eſſent, repetiit Vrſinus. In contextu autem ita habet: τῷ ἐπιβ. καιρῷ, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἀποδότω καὶ τοῦ σίτου. nulla interpoſita poſt Ῥωμαίοις diſtinctione. Hinc Caſaubonus, quem ſecuti ſunt ceteri editores, deleto commate poſt καιρῷ, poſt Ῥωμαίους orationem diſtinxit ita: τῷ ἐπιβ. καιρῷ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις· ἀποδότω καὶ τοῦ σίτου &c. Latinam interpretationem Caſaubonus eamdem dedit, quam & nos verbotenus tenuimus. In græcis Caſauboni nihil mutavimus, niſi quod poſt ἀποδότω conjunctionem δὲ inſeruimus. Quod ſi tunc animum advertiſſemus ad codicis Bavarici ſcripturam, quæ haud dubie eadem in Vrſini codice fuit, tacite ab editore mutata; non dubitaſſemus aliter conſtituere hunc locum. Nempe ſic eſt in codice noſtro: καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἀποδίδωσι, καὶ τοῦ σίτου &c. Vnde effici debebat: τῷ ἐπιβαλλομένῳ καιρῷ, ᾧ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἀποδίδωσι. καὶ τοῦ σίτου (ſcil. τῷ Εὐμένει ἀποδότω) καθὼς ἐτίμησεν ὁ βασιλεὺς &c. Sententia eadem, quam in verſione latina, contextui ſubjecta, præeunte Caſaubono expreſſimus: *eodem, quo & Romanis, tempore pendito.* Poſt καιρῷ repetendum pronomen relativum ᾧ, quod a terminatione illius vocabuli erat abſorptum. De verbo ἐπιβαλλομένῳ, ſatiſne ſanum ſit, manere poſſe dubitationem intelligimus; quod iſta notione (*conveniente, congruente, adveniente tempore*)

 in

in paſſiva forma vix aliàs invenitur. Reiſkius ſic legendum cenſuit: *κατὰ ἔτος, τῷ ἐπιβάλλοντι καιρῷ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις, ἀποδότω*, quod ita interpretatur, *æquis annuis penſionibus, eo tempore, quo eum* (Antiochum) *Romanis quoque ſuum æs dependere oportet, dependat.*

Verſ. 21. *Verſ.* 21. *ἀποδότω δὲ καὶ τοῦ σίτου.* Delenda eſſe ex codicis Bav. præſcripto verba *ἀποδότω δὲ*, monuimus ad verſ. præc. Percommode verbum ex ſuperioribus hic ſubintelligitur. Eſt autem *τοῦ σίτου* idem ac *ἀντὶ τοῦ σίτου*, vulgatiſſima ellipſi, ubi de emendo, vendendo, de ſolvendo pretio, de rebus inter ſe permutandis agitur. Sic & recte Livius, *pro frumento*, eſt interpretatus. Frumentum in natura, ut ajunt, debitum Eumeni erat: (XXI. 14, 6.) at ille pro eo, quoniam ita cuperet Antiochus, numeratam accipere pecuniam velle ſe profitetur, & quidem eo pretio fore contentum, quod ipſe Antiochus jam ſtatuerat. — *Ibid. τάλαντα ρκζ'* Sic recte Caſaub. cum Bav. Et conſentit Livius: *talenta centum viginti ſeptem.* Perperam Vrſinus & in contextu & in Notis, *τάλαντα ρκξ'*. *Ibid. ἃ συνεχώρησεν. οὓς*, quod habent mssti, ortum eſt ex confuſione literæ *α* & diphthongi *ου*, ob figuræ ſimilitudinem; de qua confuſione, in omnibus operis Polybiani reliquiis frequenter occurrente, monuimus ad I. 75, 5. T. V. p. 324. Conf. Adnot. ad III. 35, 2. X. 7, 5. 14, 15. 18, 13. 44, 1. XVIII. 5, 9. &c. — *Ibid. γάζαν εὐαρεστουμένην ἑαυτῷ.* Vocabulum *γάζαν* ſuſpectum eſſe hoc loco, privatim nos monuit vir eruditiſſimus. Et fatemur, utique inſolitam eſſe in hujuſmodi connexione: nec tamen melius quidquam occurrit. *γάζα*, ex Heſychii Suidæque interpretatione, eſt *θησαυρὸς, πλοῦτος, ἢ οἱ ἐκ τῶν πολλῶν* (vel *πόλεων*) *φερόμενοι φόροι, ἢ τὰ τίμια.* Quarum ſignificationum etſi nulla eſt, quæ adcurate convenire huic loco videatur, neutiquam tamen Reiſkii probare rationem poſſumus, qui *horreum frumentarium* interpretatus eſt, & neſcimus quo pacto totam phraſin in alieniſſimam ſententiam detorſit; mutatis primo ad lubitum græcis verbis, quæ in

in hunc modum conftituit, ἃ συνεχώρησεν Εὐμένῃ λαβεῖν Verf. 21.
κατὰ γάζαν εὐαρεστουμένην ἑαυτῷ, tum adjecta interpretatione, quæ ne fic quidem videmus quo pacto obtrudere Polybio potuerit: „*& in fpeciebus annonariis* (Reifkii funt verba) *tantum*, *quantum*, fi ad æs redigatur, *æquipolleat*, *ex ipfius Antiochi æftimatione*, *talentis* 127. *& præterea drachmis* 1280. quæ eft paulo plus quam fexta pars talenti. *Quæ* (talenta 127. cum exceffu, non in ære, fed in speciebus ipfis annonariis ab Antiocho Eumeni repræfentanda) *recepit Antiochus Eumeni liberum facere, ut quocunque ex horreo, quod ipfi videatur & accommodatiffimum fit, fufcipiat.*“ — Deceperat Reifkium vulgata lectio Εὐμένῃ, quæ (ut in fcholio monuimus) ex Vrfini ingenio erat nata, cum Εὐμένης daret uterque codex msstus; cum qua fcriptura convenit etiam quod fequitur ἑαυτῷ, quod mendofum foret & cum αὐτῷ omnino permutandum, nifi nominativus Εὐμένης præceffiffet.

Verf. 22. Ὁμήρους δὲ κ. διδότω. Numerum obfidum Verf. 22.
utique non prætermiffurus videri debet Polybius, qui in prævia pactione, inter L. Scipionem & legatos Antiochi inita, illum non neglexit, XXI. 14. 8. Et h. l. diferte Livius: *obfides Romanis viginti dato.*

Verf. 23. Ἐὰν δέ τι διαφωνήσῃ. — „*Si quid defiderabitur*, *quod folutum non fit*, *adeoque adhuc debeatur*. Verf. 23.
Verbum διαφωνεῖν eft proprium trapezitarum: quorum in commentariis cum æs relatum vel perfolutum a debitore *non concordat* cum expenfo feu mutuo dato, fed illud deficit, hoc fuperat, dicitur τὸ χρέος διαφωνεῖν. Inde tranflatum eft ad codicillos militares, in quibus nomina fcripta cum vivis & præfentibus *non confentiunt*, fed plura nomina funt infcripta quam capita adfunt. Atque ex eo intelligitur rariffimus hujus verbi ufus, pro *defiderari*, cum de mortuo dicitur, vel *expiraffe*, *nullus ufquam effe*: cujus ufus exempla collegit Weffeling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 280.“ REISKIVS.

Verf. 25. *Verf.* 25. *πόλεων τούτων μὴ ἐχέτω τὴν κυρίαν αὐτός,* nempe, fi illas bello devicerit: quod Livius his verbis fignificat, quæ & in Polybii verfione Cafaubonus adoptavit, *dum ne quam urbem belli jure teneat.* Perperam *κυρίαν αὐτοὶ* Bav. pro *αὐτός.*

Verf. 27. *Verf.* 27. Cum *ἐπ᾽ αὐτῶν ἐξέστω* effet editum, Reifkius *ἐπ᾽ αὐτοῖς ἔστω* fuafit. Sed reftituta codicum veriffima fcriptura, ifta emendatione fuperfedere poffumus.

Verf. 28. *Verf.* 28. *Μινούκιον.* Corrupte *Μένιον* Bav. Livius XXXVIII. 39. *Ab rege qui exigerent jusjurandum, profecti Q. Minucius Thermus & L. Manlius, qui tum forte ab Oroandis rediit.* *Ὀροανδέων* correxit Vrfinus, cum *Ὀρόαν* mutilata voce darent mssti. conf. ad cap. 25, 7.

Verf. 30. *Verf.* 30. *κελεύων πάλιν πλεῖν αὐτὸν εἰς Πάταρα.* Quo fpectat illud *πάλιν*, nefcimus. Sufpicati eramus *παραπλεῖν.* Livius: *fcripfit ut Patara extemplo proficifceretur;* perinde ac fi *παραχρῆμα, παραυτίκα* aut ejufmodi quid legiffet in fuo exemplo Polybii. — *Ibid. ναῦς διαπρῆσαι.* Livius *concideret cremaretque;* & mox: *quinquaginta tectas naves aut concidit aut incendit.* — Eft quidem *καταπρῆσαι* ufitatius, fed nec *διαπρῆσαι* ab ufu & ratione certe linguæ græcæ alienum." REISKIVS. — Conf. XXXI. 12, 11. & Adnot. ad Appian. Syr. c. 46.

Cap. XXVII.

CAPVT XXVII.

Verf. 1. *Verf.* 1. *κατὰ τὴν Ἀπάμειαν* &c. De hoc cap. confer Livium XXXVIII. 39. — *Ibid. ἀπέδωκαν.* Sufpicati eramus *ἀπέδειξαν.* Sed nihil temere mutaverimus.

Verf. 2. *Verf.* 2. *Ὅσαι μὲν τῶν αὐτονόμων πόλεων πρότερον ὑπετέλουν Ἀντιόχῳ φόρον.* Poft *πρότερον* fortaffe comma ponendum effe, notavit Gronov. nempe ut cohærerent illa, *τῶν αὐτονομ. πόλεων πρότερον*, *quæcumque urbes olim liberæ fuiffent.* Facile patiamur; id unum monemus, poffe urbem *αὐτόνομον* effe, id eft, *fuis legibus uti*, & tamen regi cuidam vicino annuum *ftipendium pendere.* — *Ibid. ταύτας μὲν ἀπέλυσαν τῶν φόρων. τὸν φόρον* Bav. & Vrfini codex:

codex: „quam lectionem (ait VRSINVS) si retineamus, *ταύταις* pro *ταύτας* erit scribendum, quod non ita placet.“— conf. XXI. 9, 9. & Lexic. Polyb. De re confer Appian. Syr. c. 44. quem & Vrsinus ad h. l. laudavit. — *Ibid. ταύταις ἐπέταξαν. ταύταις*, quod & maluerat Reiskius, restituimus ex Bav. pro vulgato *ταύτας*. *ἐπέταξαν* recte ed. Casaub. & seqq. cum Bav. & sic etiam in Notis (ex suo putamus codice) citavit Vrsinus, in cujus contextu perperam *ὑπέταξαν* est expressum. Vers. 3.

Vers. 4. *Κολοφωνίους δὲ τοὺς τὸ Νότιον οἰκοῦντας.* Quamvis diserte Livius scripserit: *nominatim præterea Colophoniis, qui in Notio habitant, & Cymæis, & Mylasenis, immunitatem concesserunt;* tamen non opus erat, ut Κολοφωνίους Vrsinus insereret, nisi id (quod dubitare licet) suo in codice invenit. *Notium* oppidum, Colophoni vicinum, a Colophoniis habitatum; de quo copiose egit Cellarius Orb. Ant. III. 3. p. 78 sq. conf. Liv. XXXVII. 26. *Ibid.* Μυλασσεῖς. Est hoc in contextu Vrsini, unde propagatum in ceteras editiones: recte, nisi quod fortasse præstiterat Μυλασεῖς, simplici litera sibillante, quam scripturam tenuimus XVI. 24, 6 sq. ubi vide notata, & conf. Drakenb. ad Liv. XXXVIII. 39, 9. VRSINVS vero ad nostrum Polybii locum notat: „Μυλασσεῖς, pro Μιλησίους, corrupte erat in exemplari.“ — Nempe *Milesios* huc invexerant Livii editores, invitis quidem codicibus. Vrsini codex, si Μυλασσεῖς habuit, (non Κολασσεῖς, ut Bav.) confirmat recentiorum Livii editorum emendationem, qui *Mylasenis* ibi, pro *Millesenis* vel *Milesenis*, quod dabant codices, posuerunt. De *Milesiis* mox seorsim loquitur Livius, quemadmodum Polyb. vers. seq. Vers. 4.

Vers. 5. Κλαζομενίοις δὲ καὶ δωρεὰν προσέθηκαν. Livius: *Clazomeniis, super immunitatem, & Drymussam insulam dono dederunt.* — *Ibid.* Δρύμουσσαν. Accentum tenuimus, quem habent codices. Vocalem *υ* pro *ο*, quæ erat in msstis, jam Casaubonus ex ora Vrsini adoptaverat. VRSINI ad hunc locum est adnotatio hujusmodi: „In exem- Vers. 5.

Verf. 5. plari erat Δρομοῦσσα; [at in Bav. certe Δρόμουσσαν, ut in contextu Vrſini.] Stephanus tamen habet Δρυμοῦσσα. Sed ſive *Drymuſſa*, ſive *Dromuſſa* placeat, duplex σσ omnino retinendum. Liviani veteres libri habent *Dromiſa*, propiore ad *Dromuſſam* Polybianam ſcriptura." — Confer quæ ad Livium notarunt interpretes, & ad Thucyd. VIII. 31. *Ibid.* διὰ τοὺς πολεμίους. — „Poſſunt Antiochici eſſe: magis tamen animus propendet ad credendum, Philippicos hic deſignari, quos in ſuperioribus ſæpiſſime πολεμίους appellarat." REISKIVS. — Nobis videtur διὰ τοὺς πολέμους legendum, *propter bella, per bellorum tempora.* *Ibid.* Non poſt νῆσον, ſed poſt ἐξεχώρησαν prætermiſſum eſt, ſive compilatoris ſive librarii alicujus culpa, id quod de *Ilienſibus* h. l. Livius haud dubie ex Polybio inſeruit: *& Ilienſibus Rhoeteum & Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria: eadem & Dardanum liberandi cauſſa.*

Verf. 6. *Verſ.* 6. χίους δέ. Caret δὲ Bav. male. — *Ibid.* ἣν παρέχοιντο. Adſentimur Reiſkio, aut παρείχοντο eſſe legendum, aut παρέσχοντο.

Verf. 7. *Verſ.* 7. Φωκαιεῦσι recte Caſaub. & ſeqq. cum Bav. Φωκεῦσι Vrſin.

Verf. 8. *Verſ.* 8. Λυκίας καὶ Καρίας τὰ μέχρι Μαιάνδρου ποταμοῦ. Conf. XXII. 7, 7. & XXIII. 3, 7. Verba iſta τὰ μέχρι Μαιάνδρου, in quæ & h. l. & c. 7, 7. conſentiunt libri, utique genitivum caſum ante ſe poſcebant. Quare ſi Λυκίαν quis tenendum putet, non nos quidem magnopere refragabimur, cum Lyciæ nulla pars (quod ſciamus) ultra Mæandrum fuerit ſita: ſed certe καὶ Καρίας τὰ μέχρι &c. omnino requirebatur. Livius hoc quidem loco conjunctim ait, *Lycia & Caria datæ uſque ad Mæandrum amnem:* ſed lib. XXXVII. c. 56. (qui locus reſpondet illi Polybii XXII. 7, 7.) de utraque regione ſeparatim ſic tradit: *Rhodiis Lycia data - - . Ea quoque his pars data Cariæ, quæ propior Rhodum inſulam trans Mæandrum* (nempe reſpectu Phrygiæ) *eſt.* Cariæ enim longe quidem maxima

maxima pars inter Mæandrum & mare erat fita; & hæc Rhodiis data: alia pars ultra Mæandrum, Phrygiam & Lydiam verfus. conf. Cellar. Orb. Antiq. III. 3. p. 99. — *Ibid.* πλὴν Τελμισσοῦ. Correxit hoc Cafaubonus, cum Τελμεσσοῦ hoc loco habuiffet Vrfinus confentientibus msstis; fed mox verf. 10. in Τελμισσὸς conveniunt omnes. *Telmiffus*, Cariæ urbs maritima, quam Lyciæ alii accenfent, differt a Termeffo vel Telmeffo, mediterranea urbe Pifidiæ, cujus mentio fupra facta eft c. 18, 2. Verf. 8.

Verf. 9. τὰ προσαροῦντα τούτοις Mendofe τὰ προαροῦν τούτοις. Verf. 9.

Verf. 10. Μυσοὺς, οὓς πρότερον αὐτὸς παρεσκευάσατο. In Notis Vrfini, ubi hæc verba repetuntur, eft αὐτοὺς pro αὐτός. Bavaricus nil mutat. Ceterum, cum ad hunc locum REISKIVS hæc notaverit: „Errore, an confilio, Livius hic a fcripto difcefferit, an aliud in fuo codice habuerit, non liquet: vertit enim, *Myfiam, quam Prufias rex ademerat, ei reftituerunt.*" — miramur, de ipfa græca dictione, quam hoc loco habemus, nihil notaffe virum doctiffimum. Verba ifta, οὓς πρότερον αὐτὸς παρεσκευάσατο, Cafaubonus fic vertit, *quos prius ipfe fubegerat;* infolita utique verbi παρασκευάζομαι notione, cujus nullum aliud nec apud Polybium, nec apud alium quemquam græcum fcriptorem, reperire exemplum nobis licuit. Scimus, παρασκευάζεσθαι nonnumquam effe *fibi comparare aliquem amicum, conciliare fibi hominem, fubornare aliquem adverfus alium;* quarum notionum exempla ex Demofthene collegit idem Reifkius nofter in Indice Græcitat. Demofth. fed pro *fubigere* nufquam meminimus ufurpatum. Igitur vertenda ifta verba erant: *quos jam antea ipfe fibi conciliaverat, fibi adjunxerat.* Sed quoniam *Prufiam* h. l. commemoravit Livius, quem omnia fua in his rebus a Polybio accepiffe novimus, facile credimus, ficut infinitis locis partim mifere corruptam, partim mutilatam Polybii orationem nobis tranfmiferunt codices, qui has Eclogas de legationibus continent, fic hoc pariter loco vel corrupta effe Verf. 10.

 vel

Verſ. 10. vel defecta græca, quibus utimur. Quod Vrſinus in Notis ad eumdem hunc locum ait, apud Livium fortaſſe *Prusiam*, pro *Prusias*, eſſe legendum; in eo (ut monuit Drakenb. ad Livium) operæ Plantinianæ peccaſſe videntur, & fortaſſe *Prusiā* vel *Prusiæ* ſcriptum Vrſinus voluerat; quod tamen & ipſum, ut perſpecte idem docet Drakenborchius, neutiquam expedit difficultatem. Ipſa potius Polybii verba vitiata ſuſpicatus eſt idem doctus Livii editor: qui, rem confectam fore, ait, ſi pro *αὐτὸς* legere liceret Προυσίας, vel ὁ Προυσίας: ſed id quidem nimis temerarium videri, ultro faſſus eſt. Nos, donec meliores codices, ſi qui in rebus humanis ſuperſunt, certiora docuerint, rem in ſuſpenſo relinquendam putavimus.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. τῶν δὲ παρ' Ἀντιόχου. Perperam δὲ caret Bav. — *Ibid.* εἰς σύγκλητον. Sic editi omnes, & eodem modo repetiit Vrſinus in Notis. Sed reſcribe omnino εἰς τὴν σύκλητον, quod perſpicue habet Bav.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. Σχεδὸν δέ. Sic rectiſſime Caſaub. & ſeqq. cum Bav. σχεδόν τε Vrſinus, minus recte. — *Ibid.* τὰ πρὸς τοὺς Γαλάτας ἀσφαλίσασθαι. *ea, quæ ad Galatas ſpectarent, in tuto locare.* Pertinet huc, quod Livius ait XXXVIII. 40. *Regulis Gallorum leges, quibus pacem cum Eumene ſervarent, dixit; denunciavitque, ut morem vagandi cum armis finirent, agrorumque ſuorum terminis ſe continerent.*

Ad hoc cap. 27. libri XXII. pertinet Fragmentum illud, quod exhibuimus in *Spicilegio Reliquiarum ex Polybii libro XXII.* Tom. V. p. 41 ſeq.

ADNO-

❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XXIII.

RELIQVIAS.

CAPVT I.

Lib. XXIII. Cap. I. Verf. 1.

Verf. 1. Μετὰ τὴν ἐν τῷ Κομπασίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπανaίρεσιν. Intelligi haud dubie illa cædes debet, de qua dictum eft XXII. 23, 2. ubi vide notata. Quisnam vero locus fit τὸ Κομπάσιον, in quo cædem factam ait, haud liquet. Fortaffe vici nomen, ubi fuerunt caftra Achæorum, ad quorum caftrorum portam, ut Livius narrat XXXVIII. 33. cædes illa Spartanorum fieri coepta eft. In nomine nil variant libri, nec hic, nec cap. 7, 6. ubi eadem res repetitur. Ceterum apud neminem alium fcriptorem, quod fciamus, ac ne apud Paufaniam quidem in Laconicis, veftigium ullum illius nominis reperitur; apud unum Ariftophanem in Avibus verf. 1125. memoratur Προξενίδης ὁ Κομπασεὺς, ut notatum a Gronovio ad oram fui libri videmus, quod tamen parum huc facit. E Stephano Byzantino nihil fubfidii hic peti poteft, quoniam intercidit ibi quidquid inter duo nomina, Κελαίθρα & Κόραχος πέτρα, fuerat interjectum. Argumentum hujus eclogæ apud Livium nufquam ex profeffo tractatum reperimus; fed lib. XXXIX. 36, 3. ubi ejufdem cædis fit mentio, *Compafii* nomen latere fufpicati funt interpretes in verbis illis, quæ vulgo fic leguntur, *cædem primum ad conflictum factam*

ctam eorum, qui a Philopoemene ad caussam dicendam evocati venissent: quorum interpretum rationem suo calculo comprobavit Reiskius.

Vers. 2. *Vers.* 2. ἐξεπορίσατο correxit Casaub. ἐξεπορήσατο Vrsin. cum msstis. — *Ibid.* Λεπίδου. Μάρκου Ἐλλεπίδου Bav. Consulatum gessit *M. Lepidus* A.V. 567. Conf. mox notanda ad vers. 4.

Vers. 3. *Vers.* 3. κεχειρικέναι. Mendose κεχειρηκέναι Vrsin. cum msstis.

Vers. 4. *Vers.* 4. Εὐθέως ὁ Φιλοποίμην πρεσβευτὰς καταστήσας τοὺς περὶ τὸν Νικόδημον τὸν Ἠλεῖον. Et hæc legatio, prætore Philopoemene ab Achæis Romam missa, & illa quæ Alexandriam missa est, (vers. 6.) referendæ videntur ambæ ad A. V. 568. Nam anno 569. demum (vide ad cap. 6, 1.) & *Nicodemus* hic *Eleus*, & legati Alexandriam missi, legationem renunciant Achæis, (cap. 7, 5. & cap. 9.) paulo ante quam Q. Cæcilius, qui eodem anno Roma in Macedoniam missus erat, (cap. 6, 6.) ex Macedonia in Peloponnesum advenisset. (cap. 10, 1.) Itaque quod modo (vers. 4. hujus cap. 1.) de *M. Lepidi* Consulatu dictum est, de extremo tempore consulatus ejus intelligendum videtur: & inde ab hoc *Vers.* 4. ad oram exempli nostri adscribi debuit *A. V.* 568. *Ol.* 148. 2. idemque annus adscribendus deinde reliquæ narrationi, usque cap. 4. extr.

Vers. 6. *Vers.* 6. ὁ παρ' ἡμῶν πατήρ. Nisi frequentissimus Polybii usus, (de quo vide notata ad III. 9, 2.) ita ferret, ut præpositio παρὰ, cum genitivo casu constructa, prorsus abundare videri possit, & idem valeat atque nudus genitivus; facile probaremus REISKII rationem, quæ & nobis ipsis ac putamus & aliis hujus loci lectoribus per se in mentem venerat, literas παρ vel πρ, cum lineola horizontali superne imposita, scriptas in vetusto aliquo exemplari fuisse pro πατὴρ; ad quod compendium scripturæ quum alius sive superne sive ad oram vocabulum ipsum πατὴρ adnotasset, ortam inde esse eam scripturam, quam hodie codices mssti præferunt ὁ παρ' ἡμῶν πατήρ. — *Ibid.* Ῥωσιτέλης. Σωσι-

Σωσιτέλης, per figma initio vocis, fcribendum contendit Reifkius. — *Ibid.* Σικυώνιοι. Σικυώνιος Bav. Sed recte pluralem e fuo putamus codice expreffit Vrfinus, nam & Theodoridas Sicyonius fuit, ut difcimus ex XXIX. 8, 6.

Verf. 7. ὑπὲρ τῶν Ἀχαιῶν. An hoc dicit, Philopoemenem amicitiam cum Ptolemaeo renovaffe *pro Achæis*, id eft, *nomine Achæorum*, quemadmodum verf. 6. ait, legatos jusjurandum præftitiffe *pro Achæis*, id eft, *nomine Achæorum?* An perperam, ex præcedenti verfu, nunc iniquo loco repetita illa præpofitio eft; quæ fane, fi abeffet, a nemine defideraretur? An ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν fcribendum, ut voluit Reifkius? Verf. 7.

Verf. 8. ὑποβαλὼν ὁ πρεσβευτής, *ad ea quæ ab aliis erant propofita fubjecit, refpondit, in vicem ipfe exorfus eft.* conf. ad I. 80, 1. & ad XI. 22, 10. — *Ibid.* τῆς περὶ τοὺς ἵππους. τῆς deeft ed. Vrf. & msstis, adjectum a Cafaubon. Verf. 8.

Verf. 9. βαλεῖν ἐφ' ἵππου. In latina verfione adjice omiffam interpretationem duarum pofteriorum vocum, *equo infidentem.* Poffis & ἀφ' ἵππου fufpicari, *ex equo jaculantem feriiffe* vel *confeciffe taurum.* In ora Bav. ad h. l. hæc fcripta verba: Ζήτει ἐν τοῖς περὶ Κυνηγίας. Fuit nempe hic unus ex illis titulis, per quos diftributa erant Excerpta ex græcis Hiftoriarum fcriptoribus juffu & aufpiciis Conftantini Porphyrogeniti Imperatoris confecta. περὶ Κυνηγεσίας citat Valefius in Præf. ad Excerpta de Virt. & Vitiis. Verf. 9.

CAPVT II. Cap. II.

Verf. 1. Κατὰ τὴν Βοιωτίαν &c. De ftatu Aetolorum per ea tempora confer Lib. XX. cap. 4 fqq. Verf. 1.

Verf. 3. διὰ τὸ πλείους εἶναι τοὺς καχέκτας τῶν εὐπόρων. — „Mireris, τοὺς καχέκτας opponi τοῖς εὐπόροις. Sunt aliâs οἱ καχέκται, *feditiofi, inquieti, quibus præfens rerum ratio difplicet, exulcerati animis erga rempublicam;* vulgo, *male contenti.* Vide ad p. 179, 13. [Nempe ad II. 41, 9. Verf. 3.

Verf. 3. 41, 9. monuerat Reifkius, *καχεξίαν fimultatem, diffenfiones, atque odia* denotare, ficut apud Diodor. T. II. p. 569, 22. ubi perperam vulgo interpres *pravam adminiftrationem* reddiderat.] Sed univerfe eft *καχεξία pravus habitus, corruptela* pervagata five per animum & voluntatem, five per rem cujufque familiarem; ut hic loci *καχέκται* funt *κατὰ τὰ χρήματα, quibus res domeftica afflicta & peffumdata eft*, & quibus propterea expedit, novas tabulas & everfionem reip. fpectare." REISKIVS. — Gemina Reifkio jam notaverat CASAVBONVS ad I. 9, 3. ubi, poftquam monuit, *καχεξίαν* & *καχέκτας* dici de *hominibus feditiofis, quorum animi alienati funt a præfenti ftatu reipublicæ, qui rempublicam in factiones dividunt*, (conf. Strab. lib. XIV. p. 675.) monuit deinde, *τοῖς καχέκταις* a Polybio h. l. opponi *τοὺς εὐπόρους*, quia miferorum & obæratorum eft proprium, non adquiefcere præfentibus, cupiditate tabularum novarum & novæ divifionis agrorum. Confer Valef. ad XX. 6, 1. Sententiam perfpecte Cafaubonus hoc loco in verfione expreffit, quam verbotenus tenuimus.

Verf. 4. *Verf.* 4. *τὸν Ζεύξιππον.* Confer lib. XVIII. cap. 26.

Verf. 5. *Verf.* 5. *καὶ τοὺς ἅμ' αὐτῷ φυγόντας.* Mendofe *τοὺς ἀμφ' αὐτῷ* Vrfin. *τοὺς ἀμφ' αὐτῶν* Bav. quod ex *τοὺς ἀμφ' αὐτὸν* corruptum videri poterat; quod ipfum quidem ferri poffet, eadem notione ac *τοὺς περὶ αὐτὸν*, nifi adjectum effet *φυγόντας*, quod participium ante cum his verbis præcedentibus cohæret, nam ad fequentia certe, *εἰς οἰκείαν*, referri non poteft. Incommode autem & contra fermonis ufum hoc dictum fuerit *τοὺς ἀμφ' αὐτὸν φυγόντας.* Itaque, quoniam *αὐτῷ* habet Vrfinus, *τοὺς ἅμ' αὐτῷ* fcripfiffe Polybium fufpicati fumus. Amat autem illum ufum præpofitionis *ἅμα* fcriptor nofter. Monuerat jam GRONOVIVS in Notis editis: „Lege *ἅμ' αὐτῷ*, aut *ἀμφ' αὐτόν*." — *Ibid. εἰς τὴν οἰκείαν* recte Cafaub. & feqq. *οἰκίαν* h. l. Vrfin. cum msstis; fed iidem mox verf. 9. in *οἰκείαν* confentiunt.

Verf.

Verſ. 6. *κατακηρυχθῆναι*, *per præconem edici*, *promulgari*; probum verbum, quod nullo modo ſolicitari, nedum loco moveri debuerat. Quare non magis probamus *στηριχθῆναι*, quod ſuaſit Reiſkius, quam *κατακυρωθῆναι*, quod ex Caſauboni ingenio vulgatum ad hunc diem erat. *Ibid.* *ἃς ἦσαν πρότερον αὐτοῖς ἔτι ὑπογεγραμμένοι.* Vrſinus in Notis ſic citavit hæc verba, *ἃς ἦσαν αὐτοὶ ἔτι πρότερον* &c. Quam verborum ſeriem probans tenenſque Reiſkius, improbavit quidem *αὐτοὶ*, quod ex Vrſini ingenio in editiones omnes erat propagatum, & *αὐτοῖς* ex msstis reſtituendum monuit; ſed *ἔτι πρότερον* in *ἔτει πρότερον*, *anno ſuperiori*, mutandum cenſuit: haud ſane abſque veri ſpecie; (conf. ad III. 107, 4. & 114, 6.) & videndum erit, annon, ſervata verborum ſerie, in quam cum Vrſini contextu conſentit Bavaricus codex, pariter *ἔτει* pro *ἔτι* reponendum ſit. — *Ibid.* *κρίσιν τινὶ ὑπογράφεσθαι*, eodem REISKIO interprete, eſt *diem alicui dicere*, *præſcribere litem & crimen*, de quo judicandum erit ſitne reus, an inſons. „*ὑπογράφεσθαι*, ait, eſt idem atque *προγράφεσθαι*, *programmate publice propoſito*, ſeu tabulis promulgatis, *ſeſe ferre judices*, in cauſa judicio ſuo agitanda ſuper hoc vel illo crimine." — ERNESTVS *ἦσαν ὑπογεγραμμένοι* *probarant* interpretatus eſt, putamus eadem ſententia, qua Caſaubonus vertit *condemnatio Zeuxippi cui ante ſubſcripſerant*: ſed veremur, ne in græco ſic oportuerit *αἷς*, non *ἅς*. Fortaſſe ſatis fuerit: *ſententias*, vel *condemnationes*, *quas jam ante contra illos perſcripſerant*, vel, *ſcripto conſignaverant*. Sed in loco ceteroquin etiam vel mutilo vel male adfecto, ne de eis quidem, quæ ſana fortaſſe ſuperſunt, certum judicium ferri poteſt. Hianti ſuſpenſæque orationi neſcimus quo pacto mederi poſſe Reiſkius putavit, ſi mox *verſ.* 8. pro *Ταῦτα δὲ*, *Ταῦτα δὴ* legeretur. Verſ. 6.

Verſ. 8. *φάσκοντες οὐ δύνασθαι.* Sic recte Caſaub. cum Bav. Perperam *φασκ. δὲ οὐ δυν.* Vrſin. Verſ. 8.

Verſ. 9. *τὴν τῶν Βοιωτῶν προαίρεσιν.* — „Forte *τὴν κατὰ* (vel *περὶ*) *τῶν Βοιωτῶν προαίρ.* *quam in Boeotos* (vel Verſ. 9.

de

de Boeotis) ſententiam ſignificarunt ſcripto." REISKIVS. *Ibid.* κατάγειν. Corrupte κατὰ γῆν Bav.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. τοῦ μὲν διὰ στρατοπέδων. μετὰ στρατοπέδων maluit Reiſkius; idemque τὴν ἔφοδον probavit, ſcil. ἐπὶ τοὺς Βοιωτοὺς, vel ἔξοδον, nempe κατὰ τῶν Βοιωτῶν. Vocabulum ἔξοδος enim, ait, in hac re eſt uſitatius.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. ὠλιγώρησαν correxit Caſaub. ὀλιγωρ. Vrſ. cum msstis.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. ἀποτιθεμένου. — „ἀποτεθειμένου, aut potius ἀποθεμένου." REISKIVS. — In iſta connexione neceſſaria videtur hæc emendatio. — *Ibid.* τὰ ῥύσια. Vide Adnot. ad IV. 53, 2.

Verſ. 15. *Verſ.* 15. ἔλαχε *. — „Forte ἐπελάβοντο τῶν Μυῤῥίχου θρεμμάτων καὶ τῶν Σίμωνος. *Boeoti comprehendebant greges Myrrichi & Simonis;* qui Megarenſes fuiſſe videntur. De nomine Myrrichi adhuc dubito: aliàs Μώρυχος novi græcum nomen." REISKIVS. — Verbum ἔλαχε, quum quid ſit quod intercidit neſciamus, ſolicitare nos quidem non auſimus. Ceterum Boeoti nobis fuiſſe videntur, quorum pecora ab Achæis (impetrata a prætore Philopoemene poteſtate per vim res repetendi) ſunt abacta.

Verſ. 16. *Verſ.* 16. Εἰ μὲν οὖν ἡ σύγκλητος. Correxit hoc Vrſinus. ἡ μὲν οὖν σύγκλ. abſque εἰ dabant mssti.

Verſ. 17. *Verſ.* 17. οἵ τε Μεγαρεῖς ἐπέσχον τὰ ῥύσια, διαπρεσβευσαμένων * τοῖς συναλλάγμασιν. Caſaubonus, aſteriſco poſt ῥύσια poſito, quem nos poſt διαπρεσβ. repoſuimus, hanc verſionem latinam ſubjecit: *Tum & Megarenſes, legatione miſſa ſuper contractibus quos habebant Achæi cum Boeotis, violentam rerum repetitionem inhibuerunt.* REISKIVS vero: „Poſt ῥύσια, ait, videtur Ἀθηναίων deeſſe. Megarenſes inhibebant violentam rerum repetitionem, *Athenienſibus* intercedentibus, & reconciliationem gratiæ inter Megarenſes, qui foederati Achæorum erant, cum Boeotis, efficientibus." — Cur *Athenienſes* huc invectos vir doctus voluerit, non ſatis videmus cauſſæ. *Megarenſes,* inter Achæos & Boeotos medii habitantes, olim cum Achæis,

Achæis, dein cum Boeotis, ad extremum rurſus cum Achæis ſocietate atque foedere erant conjuncti, ut docet Polyb. XX. 6. Itaque hoc videtur dixiſſe Polybius, *Megarenſibus operam ſuam interponentibus, compoſitas eſſe Bœotorum cum Achæis lites.* Ac fortaſſe tali quodam modo ſupplendus orationis defectus: οἵ τε Μεγαρεῖς ἐπέσχον τὰ ῥύσια, διαπρεσβευσάμενοι πρὸς ἀμφοτέρους, *legatis miſſis ad utroſque*, καὶ τῶν Βοιωτῶν τὸ ἱκανὸν πεποιημένων τοῖς συναλλάγμασιν, *& poſtquam Boeoti ſatiſfeciſſent contractibus.* Verſ. 17.

CAPVT III. Cap. III.

Verſ. 2. Καθ' οὓς καιροὺς &c. Vide XXII. 7, 7. & cap. 27, 8. — *Verſ.* 3. Λυκίοις recte Caſaub. cum Bav. Λυκαίοις Vrſin. — *Verſ.* 5. οὐκ εὐκαταφρόνητος. Perperam οὐκ ἂν καταφρόνητος Bav. conf. c. 2, 14. — *Verſ.* 7. τὰ μέχρι. confer duo loca paulo ante citata, & quæ ibi notavimus. De adjiciendo iſto articulo monuit etiam Reiſkius. Verſ. 2 ſqq.

Verſ. 9. Forte, veſtigia ſequendo codicis Bavarici, legendum Μεγάλης δ' οὔσης σπουδῆς καὶ παραλλαγῆς; aut σπουδῆς ἐκ τῆς παραλλαγῆς. Verſ. 9.

Verſ. 10. οἱ Λύκιοι διελέγοντο. — REISKIVS: „Aut οἱ Λύκιοι legendum, quod Caſauboni interpretatio ſubjicit, aut τοῖς Ῥοδίοις, & *Lycii* ſunt ſubaudiendi. *Cum autem in concionem Rhodiacam progreſſi Lycii auderent cum Rhodiis*, ut pares cum paribus, *de ſocietate belli agere.*" — Λύκιοι, juxta Caſauboni interpretationem corrigendum eſſe in græco, monuerat etiam Gronovius. — *Ibid.* περὶ συμμαχίας. Perperam περὶ ναυμαχίας Bav. ſed continuo tenore ibidem adjectum (quod in margine haud dubie fuerat ſcriptum in exemplari) ἤτοι περὶ συμμαχίας. — *Ibid.* ἐφώτισε τὴν ἑκατέρων αἵρεσιν, *ſententiam utrorumque patefecit, in lucem produxit, clare aperuit.* Vſus eſt eodem verbo Noſter XXX. 8, 1. *de literis interceptis, & apertis, in lucem productis.* Sic Paulus Apoſtolus I. ad Co- Verſ. 10.

Verſ. 10. rinth. 4, 5. ὁ κύριος φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους. ad quem locum vide quæ a Raphelio (in Annot. ad N. T. e Polyb.) & a Wetſtenio notata ſunt. Commodiſſime vero Suidas Φωτίζειν interpretatur εἰς φῶς ἄγειν, ἐξαγγέλλειν; adjecto exemplo, quod, cum auditorem ipſe non nominaverit, Polybio nos quidem vindicandum putemus. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι νομίσαντες ἤδη τὸν καιρὸν παραδιδόναι φωτίζειν τὸ κατὰ τὴν ἐντολὴν ἀπόῤῥητον. *Romani exiſtimantes permittere jam tempus, ut enunciaretur arcanum quod in mandatis habebant.* Habes verbum Polybianum φωτίζειν, & dictionem τὸν καιρὸν παραδιδόναι, ſimillimam illi quam XXII, 24, 9. habuimus, τῆς ὥρας παραδιδούσης. Quare iſtud fragmentum ſuo loco adjici poterit Polybii Fragmentis Grammaticis, Tomo V. hujus edit. a nobis collectis.

Ibid. Poſt Λυκίοις utique deeſſe aliquid putemus cum Caſaubono & Reiſkio: v. c. ἐξέφαινον οὗτοι (nempe οἱ Λύκιοι) τὴν ἑαυτῶν γνώμην, ut ſuſpicatus eſt Reiſkius, aut ſimilem aliquam ſententiam.

Cap. IV.

CAPVT IV.

Tituli hi ſive Argumenta Eclogarum, quæ partim deinde ipſæ exhibentur, partim etiam prætermiſſæ ſunt, videntur fuiſſe monita, præſcripta amanuenſi ab eo, qui conficiendis colligendiſque his Eclogis præfuit, ut ſciret amanuenſis quaſnam hiſtoriæ Polybianæ particulas in harum Eclogarum numerum referre deberet. (conf. cap. 5, 4. extr.) Per errorem deinde ipſi hi Tituli pro Eclogis ſunt tranſſcripti.

In Nota ad IV. 1 ſeqq. lin. 4. *p.* 253. *pro* Argumentum Legat. XLI. *corrige,* Argumentum Legat. XL.

Cap. V.

CAPVT V.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. καὶ οἱ ῥηθέντες ὑπ' ἀμφοτέρων λόγοι &c. Hinc intelligitur, gravem illam ac notabilem *Lycortæ orationem,* quam Livius exhibet XXXIX. 36 ſq. non eſſe pro more hujus ſcriptoris ex ipſius ingenio ſictam, ſed ex Polybio, cujus pater Lycortas ille fuerat, depromptam.

CAPVT

CAPVT VI.

Cap. VI.

Verſ. 1. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιρούς, *Olympiade CXLVIII*, ut diſcimus ex cod. Bav. Vide cap. 4, 1. Ceterum conf. Liv. XXXIX. 24. e quo etiam ipſum annum, quo hæ legationes Romam ſunt miſſæ, diſcimus, nempe Appio Claudio Pulcro, M. Sempronio Tuditano Coff. id eſt A. V. 569. Verſ. 1.

Ibid. διασαφοῦντες τὸν ἐξοδιασμὸν τοῦ Φιλίππου τῶν ἐπὶ Θρᾴκης πόλεων. Caſaubonus: *de Thraciis oppidis per vim a Philippo tributum pendere coactis acturi.* Quem ſecutus Erneſtus in Lexic. Polyb. ἐξοδιασμὸν interpretatus eſt *exactionem tributi:* prorſus contra uſum, ſi quid videmus, ſermonis & contra analogiam. πρόσοδοι ſunt *reditus; ἔξοδοι, expenſæ, ſumtus:* hinc ἐξοδιάζειν, *expendere, impendere, erogare. diſpenſare.* Quæ notio prorſus contraria eſt ei, quam vocabulo ἐξοδιασμός, ab illo verbo proxime derivato, adſingunt. Aliter, & rectius, ut videtur, Livius l. c. *querelas legatorum Eumenis* dixit *de Thraciis oppidis per vim occupatis.* Nempe vocabulo ἐξοδιασμός, quod quidem neſcimus an apud alium, præter noſtrum, ſcriptorem occurrat, eadem notione uti Polybius videtur, atque ἡ ἐξοδία *expeditio:* ut vertendum fuerit, *denunciantes expeditionem a Philippo adverſus Thraciæ oppida ſuſceptam.* Neſcimus, an in eadem ſententia Reiſkius fuerit, cum legendum cenſuit τοῦ Φιλ. κατὰ τῶν ἐπὶ Θρᾴκ. nulla adjecta interpretatione: ſed præpoſitio κατὰ utique ſupplenda nobis quoque videtur.

Verſ. 2. ἀναφέροντες correxiſſe videtur Vrſinus. Codex certe Bav. mendoſe ἀνέφερον habet. Verſ. 2.

Verſ. 3. Ἀθαμᾶνες. Ἀθαμανεῖς Bav. Idem in accuſativo caſu Ἀθαμανοὺς dedit XXII. 8, 6 & 10. & in genit. Ἀθαμανῶν conſtanter. conf. ad XVIII. 19, 4. Stephanus Byzantinus, ut jam alias monuimus, cum Livio & Strabone nullam aliam formam hujus nominis gentilis novit, niſi οἱ Ἀθαμᾶνες. — *Ibid.* Idem Bav. corrupte Περρααγοὶ habet pro Περραιβοί, & Φάρκονες pro Φάσκοντες. — Verſ. 3.

 Ibid.

Ibid. — „Si Livium fequimur, videtur poft Θετ]αλοὶ excidiffe Μάγνητες. Sed nil deeft: *Magnetes* nomine *Theſſalorum* continentur.“ REISKIVS.

Verf. 5. *Verſ.* 5. παρὰ τοῦ Φιλίππου. τοῦ caret Bav.

Verf. 6. *Verſ.* 6. Τιβέριον Σεμπρώνιον. Vide Liv. XXXIX. 24 extr. Satis ne vero cauffæ habuerit Vrfinus ex Livio Polybium corrigendi, an contra ex Polybianis codicibus *Claudius* fuerit apud Livium reponendus, addubitare licebit. Verum tamen *Tib. Sempronium* rurfus in eadem legatione nominat idem Livius lib. eod. cap. 33. Ceterum, quifnam intelligi debeat *Tib. Sempronius*, non magis adparet, quam quis *Tib. Claudius.* Appium Claudium anno fequenti in Græciam legatum miffum videbimus cap. 12, 4.

Verf. 7. *Verſ.* 7. Συνέβαινε τοὺς Αἰνίους &c. Anonymum hoc Fragmentum non dubitavimus ad Polybium auctorem cum Vrfino & Cafaubono referre. Adjiciendos autem putavimus Μαρωνίτας ex cap. 13, 9. Add. Livius XXXIX. 24. & Polyb. hoc lib. cap. 11, 2 & 4. coll. cap. 6, 2.

Cap. VII.

CAPVT VII.

Verf. 1. *Verſ.* 1. Verba ὡς μὲν, ad integritatem orationis neceffaria, cum prætermififfet Vrfinus, adjecimus ex codice Bav. — *Ibid.* ἐδηλώσαμεν correxit Vrfinus. Bavarius certe corrupte ἐλέσαμεν habet; adjicit autem hæc duo verba, Φησὶν ὁ Πολύβιος. De re vide cap. 1, 4 & 6. — „Ad hoc Fragm. vide Diodor. Sic. T. II. p. 622. Fragm. 13. quod hujus eft compendium; & Liv. XXXIX. 33.“ REISKIVS. — Locus, quem ex Livio citavit vir doctus, pertinet ad cap. 11 feq.

Verf. 2. *Verſ.* 2. κατὰ τὸν ἐνεστῶτα χρόνον. Nempe A. V. 569. quo Q. Cæcilius legatus in Macedoniam miffus eft. Vide cap. 6, 6. & Adnot. ad c. 6, 1. adde cap. 10, 1. & de temporis ratione confer etiam notata ad cap. 1, 4. — *Ibid.* Ἀρισταίνου. Ἀριστένου h. l. Bav. Sed deinde recte in Ἀρίσταινος confentit. Conf. ad XVII. 1, 4. — *Ibid.*

Duo

Duo verba, πρέσβεις ἦλθον, desiderantur in msstis, ex ingenio suppleta ab Vrsino.

Vers. 3. ἐξαπεστάλκει δὲ καί. Rectius *punctum minus* ante hæc verba fuisset positum, & litera minuscula scriptum verbum ἐξαπεστ. quoniam hæc cohærent cum eo, quod præcedit, οἵ τε παρὰ Πτολ. — *Ibid.* τόκων. Mendose τόμων Bav. Vers. 3.

Vers. 4. παρὰ Σελεύκου, *a Seleuco* Philopatore, qui eodem anno patri Antiocho Magno in Syriæ regnum successerat. Vers. 4.

Vers. 5. Νικόδημον τὸν Ἠλεῖον correxit Vrsinus ex cap. 1, 4. Νικόνομον h. l. mssti, & τὸν Ἴλιον cod. Vrsin. τὸν ἥλιον Bav. — *Ibid.* τούς τε ῥηθέντας. τοὺς τηρηθέντας Bav. Vers. 5.

Vers. 6. τῇ τῶν τειχῶν καθαιρέσει, καὶ τῇ καταλύσει τῶν ἐν τῷ Κομπασίῳ διαφθαρέντων. — „Vide Plutarch. vit. Philopoem. & Pausan. p. 542. cujus pæne totus liber septimus, quo Achaica exsequitur, huc pertinet, & has contentiones Lacedæmoniorum cum Achæis mirifice illustrat, per quas Græciæ vires fractæ, nervi incisi, sublata denique libertas ipsa & omnis extincta est pristina gloria. καθαιρέσει est ab Vrsino profectum, cujus in codice exaratum erat συντελέσει. unde colligo, Polybium dedisse: καὶ τῇ τῶν τειχῶν σὺν τοῖς τέλεσι καὶ τῇ πολιτείᾳ (vel καὶ τοῖς νόμοις) καταλύσει, καὶ τῷ φόνῳ τῶν ἐν τῷ Κομπασίῳ διαφθαρέντων. Causas irarum a Romanis adversus Achæos conceptarum ex injuriis civitati Spartanæ datis vide p. 1187, 20. [c. 12, 2.] & apud Livium XXXIX. 33. cujus hæc sunt verba: *simul Lacedæmoniis deplorantibus moenia diruta, abductam plebem in Achaiam & venundatam, ademtas, quibus ad eam diem civitas petiisset, Lycurgi leges.* Erant Spartæ quatuor τέλη, seu *ordines:* hi designantur verbis σὺν τοῖς τέλεσι. vid. p. 1194, 4. [XXIV. 1, 6.] De cæde vid. p. 1173." [XXIII. 1, 1.] REISKIVS. — Consulto ad verbum hæc transscripsimus, ut judicent, si qui sunt, quibus magis ea, quam nobis, pro- Vers. 6.

 bari

Verſ. 6. bari poſſunt. Sed ſane *quatuor Lacedæmone ordines*, qui τέλη ſint dicti, nemo facile noverit: neque profecto huc ſpectant illa quatuor γένη, quæ Polybius dicit loco a Reiſkio citato, XXIV. 1, 6. quæ ſunt quatuor factiones, quæ per ea tempora Lacedæmone erant, conf. ib. cap. 4, 1-5. τέλη dicti ſunt *ſummi magiſtratus*, apud Lacedæmonios quidem præcipue, (vide Scholiaſt. Thucyd. I. 58. & Meurſ. Miſcell. Lacon. II. 4. & III. 7.) ſed & apud alios Græciæ populos, quod & ſatis ceteroquin notum, & ex profeſſo docuit Dukerus ad Thucyd. l. c. Itaque, ſi σὺν τοῖς τέλεσι hic ſcripſit Polybius, intelligendum de *magiſtratuum* abrogatione. Sed difficile fuerit, deſperato loco certam adferre medicinam. συντέλεσις quidem utique ne græcum quidem vocabulum eſt, pro quo συντέλεια oporteret, niſi plane alienum hoc eſſet ab auctoris ſententia. Vrſinus, καθαιρέσει corrigens, Plutarchum ob oculos habuit, in Philopoem. p. 365. ſcribentem, τὰ δὲ τείχη καθεῖλεν. Eodem modo Pauſan. p. 542. & τείχη δὲ περιεῖλε τῆς Σπάρτης idem p. 703. lib. VIII. c. 51. Et ipſe Polyb. c. 12, 3. τῶν τειχῶν περιῃρημένων. Vocabulum τῇ καταλύσει quod adtinet, videri utique debet ad aliud quid, quod interciderit, potius referendum, quam ad τῶν καταφθαρέντων. Et poſſis præcipue cogitare de καταλύσει τῆς πολιτείας vel τῶν τοῦ Λυκούργου νόμων. Poſſis vero etiam ad id referre, quod ait c. 12, 2. καταλελῦσθαι τὴν τῆς πόλεως δύναμιν. An de *morte*, de *exitu eorum, qui ἐν τῷ* Κομπασίῳ (conf. cap. 1, 1.) *interfecti ſunt*, accipi omnino idem nomen κατάλυσις poſſit, dubitare ſubit. Nam quod verbi cauſa X. 25, 3. τὴν διάλυσιν τοῦ τυράννου dixit, non eſt ea *cædes* tyranni, ſed *deſtructio*, *everſio* ac *dejectio de imperio*: & ἡ τοῦ Περσέως κατάλυσις non eſt *cædes* vel *mors* Perſei, ſed *everſio regni ejus*. Ceterum ad eumdem hunc locum VRSINVS: „Multa erant, inquit, in hoc Fragmento mendoſe ſcripta, quæ nos ita reſtituimus, ut emendari oportere exiſtimavimus. Itaque indicandis ſingulis correctionibus, brevitatis cauſa, ſuperſedebo." — Nos, ne quis Reiſkius au-

rem

rem nobis velleret, conquerereturque, ſe de correctionibus ex ingenio factis judicare non poſſe, niſi librorum ſcriptura, quantumvis depravata, fideliter ſemper fuerit adnotata, diſceſſiones omnes codicis Bavarici ab impreſſo Vrſini exemplo, aut ab exemplo quod noſtra præfert editio, diligenter adnotandas putavimus. Verſ. 6.

Ibid. οὐ μὲν ἄκυρόν τι ποιεῖν. Mendoſe ἄκυρόν τε Bav. Pro ποιεῖν vero, ποιοῦσι ſcriptum voluit Reiſkius, quia præceſſit δυσχρεστοῦνται. Sed eo magis ferendum videtur iſtud ἀνακόλουθον, quoniam etiam ipſa per ſe conjunctio ὅτι cum infinitivo nonnumquam conſtructa reperitur. De qua conſtructione diximus ad I. 4, 1. Tom. V. p. 138 ſqq.

Verſ. 7. Οὐδενὸς ſua auctoritate edidit Caſaub. οὐθ' ἑνὸς vel οὐθενὸς Vrſin. cum msſtis, quod teneri poterat, & ſæpe deinde occurrit. Vide rurſus c. 8, 3. & 13. Verſ. 7.
Ibid. οὕτω πως παρεπέμφθη. — „*Hac ratione, eo facto, tranſmittebatur fere abſque ulla animadverſione*, ſcil. Nicodemus, aut ejus oratio.“ REISKIVS.

Verſ. 8. εἰσῆλθον. Sic Caſaub. ἐσῆλθον Vrſin. ἐπῆλθον Bav. non male. Verſ. 8.

Verſ. 9. καὶ πλείω δέ. Aut πλείω eſſe legendum, aut ad πλείους adjiciendum vocab. λόγους, monuit Gronov. Sed cum πλείους λόγους oportebat verbum ποιησαμένους, aut διαθεμένους, non διαλεχθέντας; quare priorem prætulimus rationem. Reiſkius καὶ πλείω δὲ πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν maluerat. Verſ. 9.

CAPVT VIII. Cap. VIII.

Verſ. 1. Ἀπολλωνίδας ὁ Σικυώνιος. Sic c. 11, 6. c. 12, 1. XXVIII. 6, 2. Nomen Ἀπολλώνιος familiarius erat librariis, unde prona a vero nomine aberratio. Verſ. 1.

Verſ. 2. εἰς ἣν δίδοται. Sic ſcribendum Reiſkius monuerat, cum δίδονται dediſſent ſuperiores editiones cum msſtis. — „Redit enim, ait REISKIVS, ad δωρεὰν, non Verſ. 2.

ad χρήματα." — Reiſkio obtemperavit in ſua editione Erneſtus, quem ſecuti ſumus; nec tamen præciſe damnemus δίδονται, quod haud ita incommode ad χρήματα referri poſſe videtur.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. μηδένα. Sic Bav. in contextu; ſed idem in ora γρ'. μηθένα, quod ipſum Vrſinus in contextu habet, & tenuere Caſaub. & Gronov. non male. confer ad c. 7, 7. μηδένα ſua auctoritate reſcripſit Erneſtus, e cujus editione hoc in noſtram eſt propagatum. — *Ibid.* μηδ' ὁποίαν οὖν πρόφασιν. Dele particulam οὖν, quam præter neceſſitatem & contra codicum fidem inſeruit Caſaub. Vide IV. 21, 6. 65, 3. V. 21, 7. &c. μηδοποίαν Vrſ. μηδ' ὁποίαν diſtincte Bav.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. καταπεπωκότας recte edd. καταπεπτωκότας Bav. — *Ibid.* ἔχειν. ἔχει Bav.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τοῖς τε βασιλεῦσι. τε caret Bav. Sed βασιλεῦσι idem recte. βασιλεῦσιν Vrſin. ut ſæpe aliâs ante conſonam literam. — *Ibid.* δημοκρατίαις. Perperam ταῖς δημοκράταις Bav.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἀπείπασθαι recte Caſaub. ἀπειπάσθαι Vrſin. ἀπειπᾶσθαι Bav.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Κάσανδρος. πάσανδρος Bav. Sed conf. cap. 13. 4 & 6. & Liv. XXXIII. 34. — *Ibid.* ὅτι τε Πόπλιος. Omnino ὅτε Πόπλιος reſcriptum malimus cum Reiſkio. De re confer XI. 6, 8. & Liv. XXVII. 23. ubi tamen non niſi in tranſcurſu tangitur. — *Ibid.* Σουλπίκιος. Σολπίκιος Bav. non male, pro more Græcorum.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. κατὰ τὰς πρὸς Ῥωμαίους συνθήκας. Cum in editionibus omnibus verba hæc, interſerto commate poſt τῆς πόλεως, cum ſequentibus eſſent conjuncta; recte REISKIVS monuit, comma poſt συνθήκας eſſe reponendum. „Non enim Aetoli, inquit, ex pactis ſuis cum Romanis Attalo Aeginam tradebant, ſed ex eo pacto Aeginam tenebant, &, quod penes eos erat, pro jure ſuo, Attalo eam vendebant. Locus, ad quem Polybius hic ablegat, ubi pluribus his de rebus expoſuit, hodie deſideratur."

tur." — Polybii sententiam recte in versione latina jam expresserat Casaubonus.

Vers. 13. μηδένα rursus ex edit. Ernesti in nostram irrepsit. Rescribe μηθένα cum editt. superioribus & msstis. Vers. 13.

CAPVT IX. Cap. XI.

Vers. 1. εἰσήχθη τὸ περὶ τοῦ Πτολεμαίου διαβούλιον. *Proposita est consultatio de Ptolemaeo.* Hoc dicere voluisse hoc loco Polybium, evincere utique videntur ea quae sequuntur: & sententia haec graece eis verbis, quae posuimus, fuit exprimenda. Vulgatam scripturam παρὰ τοῦ Πτολ. sic interpretatus est Casaubonus: *profertur Ptolemaei decretum;* quae interpretatio quidem speciem aliquam nanciscitur ex vers. 12. Sed διαβούλιον *consultatio, deliberatio* est, velut cap. 12, 6. & tantum non constanter aliâs. Vers. 1.

Vers. 2. προκληθέντων. προσκληθέντων voluerat Reiskius, scil. πρὸς τὴν ἐκκλησίαν. At haud dubie Lycortas ejusque legationis socii non exclusi fuerant a superiori deliberatione, & nunc demum intro vocati. Sed jam ante concilio interfuerant; nunc vero provocati sunt, ut legationem renunciarent. — *Ibid.* ἀπελογίσατο recte Casaub. & seqq. cum Bav. *exposuit.* Perperam ἀπελογήσατο Vrsin. — *Ibid.* In contextu quidem Vrsini praetermissa sunt verba παρὰ τῶν Ἀχαιῶν; in Notis vero, postquam ex codice suo protulit hunc locum VRSINVS eodem modo quo in Bav. legitur, scilicet τίνα τρόπον καὶ δοῖεν καὶ λάβοιεν τοὺς ὅρκους παρὰ τῶν Ἀχαιῶν, sic monuit: „Vel παρὰ τοῦ Πτολεμαίου legendum, vel τίνα τρόπον καὶ λάβοιεν, καὶ δοῖεν τοὺς ὅρκους παρὰ τῶν Ἀχαιῶν, scribendum." — Vers. 2.

Vers. 4. βραχέα correxit Vrsin. Corrupte χαβρέα mssti. Vers. 4.

Vers. 5. ἤρετο correximus. Mendose vulgo εἴρετο, ex solenni librariorum nostrorum errore, ει & η confundentium. — *Ibid.* ἀνανεωσόμενος. — „ἀνανεωσάμενος in Vers. 5.

aoriſto: renovata enim jam dum erat ea ſocietas, non renovanda." REISKIVS. — conf. verſ. 8. & cap. I, 5.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. In οὐδενὸς nunc conſentiunt omnes; ſecus ac paulo ante.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. τὴν ἀλογίαν recte Caſ. & ſeqq. cum Bav. τὴν ἀναλογίαν Vrſin. Sæpe eodem modo in eadem voce erratum. vide ad verſ. 12. — *Ibid.* κατὰ τὰς τῶν καιρ. Perperam καὶ τὰς Bav.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ὁ παρὰ Πτολεμ. πρεσβευτής. Vide cap. I, 5. *Ibid.* ὅτε ἀνενεοῦτο. Mendoſe ὅτ' αὖ ἐνοῦτο Bav. ὅταν ἐνεοῦτο e ſuo codice citavit Vrſinus, quod ille in ὅταν ἀνενεοῦτο mutavit, idque tenuere ceteri editores: male, quandoquidem ὅταν conjunctivum modum poſtulabat. Et ad veſtigia ſcripturæ codicum & ad grammaticam rationem adcommodatiſſimum utique cenſendum, quod & a Gronovio & a Reiſkio adnotatum eſt, ὅτ' (vel ὅτε) ἀνενεοῦτο.

Verſ. 10ſqq. *Verſ.* 10. ἀνανεοῖτο Caſaub. & ſeqq. ἀνανέοιτο Vrſin. ἀνανέοιτε Bav. — *Verſ.* 12. μεγάλην ἐφείλκετο φαντασίαν recte Caſaub. cum Bav. ἐφείλετο Vrſin. — *Ibid.* ἀλογίαν. Rurſus mendoſe ἀναλογίαν Vrſin. ut verſ. 7. — *Verſ.* 13. πρὸς τὸν Σέλ. πρὸς deeſt Bav.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. διέλυσαν εἰς τὰς ἰδίας ἕκαστοι πόλεις. ἕκαστος Bav. — „Dixiſſet alius διελύθησαν, quod eſt uſitatius, [ſic & Noſter IV. 86, I.] aut διέδυσαν. Sed, ſi ἀναλύειν eſt *excedere* & *movere* [*ſe*] *e loco*, (eſt autem id frequentiſſimum) & καταλύειν, *aliquo concedere*, *alicubi conſidere*, ubi ſubauditur ἑαυτὸν aut τὰς ἑαυτοῦ ἀποσκευάς, neceſſe quoque eſt, ut bene dictum ſit διαλύειν pro *diſcedere*." REISKIVS.

Cap. X.

CAPVT X.

Verſ. 1. *Verſ.* I. τῆς πανηγύρεως ἀκμαζούσης. — „*Nemea* deſignare videtur, quia paulo poſt de *Argis* oppido ſubjecit." REISKIVS. — Conf. II. 70, 4. V. 101, 5. & Adnot. ad X. 26, I. — *Ibid.* ἦλθε Κόϊντος Καικίλιος ἐκ Μακεδονίας. Ad verba ἐκ Λακεδαιμονίας, quæ hic vulgo conſen-

ſentientibus msstis legebantur, monuit GRONOVIVS: Verſ. 1. „Aut alienanda ſunt hæc verba, quod in Latinis fecit interpres, aut corrigendum ἐκ Μακεδονίας, quam permixtionem alibi obtinuiſſe in hoc auctore ſcimus." — Nihil certius hac emendatione. De re confer cap. 6, 5 ſeq. Eadem fere nomina perperam a librariis permutata inter ſe vidimus IV. 1, 5. IV. 29, 1. IX. 28, 1.

Verſ. 2. ὁ Κόϊντος ἐμέμφετο, Φάσκων αὐτοὺς βαρύτερον. Quatuor poſtrema verba prorſus deſiderantur, ut diximus, in Bav. Vrſinus ſic edidit: εἰσελθὼν ὁ Κόϊντος, ἐμέμνητο, Φάσκοντος αὐτοῦ βαρύτερον. In Notis vero nihil ad h. l. adnotavit. Græca Vrſini quum tenuiſſent poſteriores editores, Gronovius ad oram ſui exempli ſua manu adnotavit, ἐμηνύετο pro ἐμέμνητο legendum; perſpecte vero KEISKIVS monuit: „Forte ἐμέμφετο, Φάσκων αὐτοὺς βαρύτερον. aut ἐμέμνητο, τοῦ συνεδρίου Φάσκοντος αὐτοὺς βαρύτερον. *mentionem faciebat ſenatus Romani, cenſentis, eos* (Achæos) *nimis duriter & acerbe* &c. Sed præfero priorem conjecturam." — Reiſkii conjecturam, quæ per ſe eximiam veri ſpeciem habebat, confirmat id quod in codice Bav. de argumento hujus eclogæ alio loco legitur, quod ſupra cap. 4, 7. exhibuimus: Παρουσία Κοΐντου Καικιλίου, καὶ μέμψις ὑπὲρ τῶν κατὰ Λακεδαίμονα διῳκημένων. De re quæ hoc cap. agitur, confer Pauſan. lib. VII. c. 9. Verſ. 2.

Verſ. 3. ᾠκονομημένοις correxit Gronov. ᾠκονομουμένοις ed. 1. 2. Poteras pariter οἰκονομουμένοις corrigere. Verſ. 3.

Verſ. 4. Ὁ δὲ Διοφάνης. De hoc confer XXI. 7, 3 ſeq. Verſ. 4.

Verſ. 6. Φυγαδικῶν. „Poteſt repeti ab οἱ Φυγαδικοὶ, ſcil. ἄνδρες. Poteſt etiam a τὰ Φυγαδικὰ, quod malim, ſubaudiendo σώματα aut κτήματα." REISKIVS. — *Ibid.* περὶ τὸ τοῦ Τίτου διάγραμμα. — „Opinor, ſignificari διάγραμμα, quo T. Quinctius Laconicæ oræ caſtella vicoſque in fidem Achæorum tutelamque tradidit. Liv. XXXVIII." [c. 31.] VRSINVS. — At in illo Titi decreto, apud Livium quidem, nulla fit *Meſſeniorum* mentio. De græca Verſ. 6.

ſcri-

Verf. 6. fcriptura nihil monuit Vrfinus. In Bav. prorfus corrupte hæc fcripta, *πρὸς ἀλλήλους περιέλοι τουτὶ τὸ διάγραμμα.* qua in fcriptura lateat ne id ipfum quod Vrfinus edidit, an aliquid aliud, videant acutiores. Reifkius pro *περὶ*, *παρὰ*, *ob*, *propter*, malle fe dicens, nullam hujus conjecturæ rationem adjecit.

Verf. 8. Τοῦ δὲ Φιλ. Mendofe Τοὺς δὲ Bav. — *Ibid.* *σὺν δὲ τούτοις.* Caret δὲ Bav. — *Ibid.* *διῳκῆσθαι.* *διῳκεῖσθαι* Vrfin. cum msstis. — *Ibid.* In eodem Bav. defiderantur fex verba, *καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δίκαια.*

Verf. 10. *Verf.* 10. *ἠξίου, τοὺς πολλοὺς αὐτῷ συναγαγεῖν εἰς ἐκκλησίαν.* Sic mox verf. 11. *οὐκ ἔφασαν αὐτῷ συνάξειν τὴν ἐκκλησίαν*, ubi *αὐτῷ* ad *συνάξειν* referendum, non ad *ἔφασαν.* Eodem modo Paufanias VII. 9. p. 543. *οἱ δὲ σφίσιν ἀπεκρίναντο, μηδὲ ἐκείνοις Ἀχαιοὺς ἐς σύλλογον μήτε ἄλλῳ συνάξειν* &c.

Verf. 13. *Verf.* 13. *ἀνακόκριτος.* *ἀνακόκριτον* Bav. male.

Verf. 14. *Verf.* 14. *παρουσίας τῆς Μάρκου τοῦ Φελουΐου.* Vocabulum *παρουσίας* perperam ab Vrfino fuiffe exturbatum, monuerat etiam Reifkius; de ipfo vocabulo provocans ad XXIV. 5, 18. De Fulvii adventu in Peloponnefum ad difceptandas Achæorum cum Lacedæmoniis lites conf. Liv. XXXVIII. 31 feq. Particulam vero *ἅμα*, quam abjecit Cafaubonus, reftitutam utique velimus, fed aut ante *καὶ τῆς πρότερον*, aut certe proxime poft *παρουσίας* collocatam. Ibidem pro *Φολουΐου* Bavaricus nofter codex in contextu *Φλαυΐου* habet, fed in margine notatur *εἶχε* (nempe alius codex, ac fortaffe ipfum exemplar e quo nofter defcriptus eft) *Φολουΐου.* — *Ibid.* *τῶν περὶ τὸν Καικίλιον.* Sic recte Cafaub. & feqq. cum Bav. Articulum *τῶν* non habet Vrfinus.

Cap. XII.

CAPUT XI.

De Argumento hujus Eclogæ conf. Liv. XXXIX. 33 feqq.

Verf.

Verſ. 1. εἰσῆγον εἰς τὴν σύγκλητον τοὺς - - πρεσβευτάς. Ad verbum εἰσῆγον intercidiſſe vel οἱ ὕπατοι, vel ipſa conſulum hujus anni nomina, ſuſpicatus eſt Drakenb. ad Liv. l. c. cap. 33, 1. At, quamquam adjici poterat vocabulum οἱ ὕπατοι, vel οἱ στρατηγοὶ (ut XXIV. 1, 8.) nil tamen opus eſt, & haud incommode ſubintelligitur ejuſmodi nominativus, ut paſſim aliâs, de quo dictum ad XXI. 1, 3. Verſ. 1.

Verſ. 2. Μαρωνείας ſervavimus correctum ab Erneſto, ſic & mox verſ. 4. cum utrobique minus recte Μαρωνίας dediſſent editt. 1. 2. 3. cum msstis: ſed cap. 13, 4 & 8. in Μαρώνειαν conſentiebant omnes. Verſ. 2.

Verſ. 3. ἀπόκρισιν. ἐπίκρισιν fuiſſe videtur pariter in Vrſini cod. ſicut in Bav. Monuit certe Vrſinus, multa hoc loco mendoſe ſcripta fuiſſe in ſuo codice, ab ipſo correcta. Satis ne cauſſæ vero habuerit, ut in iſto vocab. diſceſſerit a codicum ſcriptura, dubitare fortaſſe licebit. Ceterum in Bav. nullus in hac regione diſſenſus ab impreſſo exemplo Vrſini eſt, niſi in hoc vocabulo, & in eis quæ ſtatim *verſ.* 4. ſequuntur, ubi pro εἶτα τοὺς ἐπιτάξοντας, habet εἶτ' εἰς τοὺς ἐπιτάξαντας. Verſ. 3.

Verſ. 6. Ἀπολλωνίδαν. conf. ad cap. 8, 1. — *Ibid.* δικαιολογηθησομένους recepimus ex Bav. Mendoſe δικαιολογησαμένους Vrſin. quod in δικαιολογησομένους mutavit Caſaubon. Verſ. 6.

Verſ. 7. Ἀρεὺς καὶ Ἀλκιβιάδης. Mendoſe Ἀρεῦσας Ἀλκιβιάδης Bav. conf. XXIV. 4, 3. *Areus & Alcibiades*, nobiliſſimi olim inter Spartanos, cum a Nabide urbe eſſent ejecti, apud Achæos exſularant; mortuo vero Nabide ab eiſdem Achæis, invitis Lacedæmoniis, in patriam fuerant reſtituti. Nunc vero eoſdem Achæos, optime de ſe meritos, invidioſiſſime apud ſenatum Rom. criminati ſunt. Pauſan. VII. 9. p. 544. — *Ibid.* τῶν ἀρχαίων φυγάδων. Vide Notata ad XX. 12, 4. Verſ. 7.

Verſ. 8. τοὺς Ἀχαιούς. τοὺς ἀρχαίους Bav. — *Ibid.* τῷ δοκεῖν. τοῦ δοκεῖν Bav. — *Ibid.* ἀχαριστεῖσθαι παρ' Verſ. 8.

αὐτῶν.

Verſ. 8. αὐτῶν. REISKIO obſecuti ſumus, ita jubenti: „παρ' αὐτῶν, *ſuo beneficio tam malam gratiam referri.*" — Fortaſſe tamen teneri librorum ſcriptura, παρ' αὐτοῖς, debuerat. Sic certe paſſim apud Polybium præpoſitionem παρὰ cum dativo caſu conſtructam vidimus, ubi genitivum exſpectaſſes, & id quidem in ſententia vicina ei, quam hic habemus. Verbi cauſa III. 31, 8. παρ' οἷς μὲν χάριν, εὐεργεσίαν, βοήθειαν ὑμῖν ὑπάρχουσαν, παρ' οἷς δὲ τἀναντία τούτων. Et VIII. 14, 7. ἔτυχε πρεπούσης τιμῆς παρὰ τῇ πατρίδι, ubi quidem pariter παρὰ τῆς πατρίδος voluit idem Reiſkius. — *Ibid.* σωσάντων. δοσάντων Bav. Paſſim in hoc cod. atque etiam in Vrſiniano confundi literas σ & δ, jam aliàs monuimus.

Cap. XII.

CAPVT XII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Πεποιημένων δὲ καὶ τούτων πρὸς ἀλλήλους ἐκ συγκαταθέσεως τὴν δικαιολογίαν. Caſaubonus: *quum utriuſque partis legatos inter ſe Patres commiſiſſent, atque illi ſuæ cauſſæ juſta expoſuiſſent.* REISKIVS, pro ἐκ συγκαταθεσ. præciſe contendit, ἐκ συγκαθέσεως ſcribendum, quod interpretatur *ex mutuo conſenſu & comparatione.* „συγκαθιέναι (inquit) dicitur, non συγκατατιθέναι, pro *conſentire inter ſe in aliquam rem, inter ſe comparare*, ut Livius ait. Sententia hujus formulæ eſt hæc: quum ambæ partes hæ adverſæ in hoc inter ſe conſenſiſſent, ut ambæ una in curiam intrarent, non uni poſt alteros, quod moris erat in curia & in legatis, ſed, velut in foro & inter litigantes agi ſolet, committerentur in certamen, & audirent alteri alteros, ut rei accuſatores, & in continenti ad accuſationes occurrerent. Non ergo male vertit Caſaubonus, *cum utriuſque partis legatos* &c. In συγκάθεσις & συγκαθιέναι, quatenus vocabula forenſia ſunt, ſubauditur ἑαυτῶν, & ἑαυτοὺς εἰς τὸ δικαστήριον vel εἰς διαδικασίαν. Vide ad p. 1193. [XXIV. 1, 2.] ad voc. σύμβολον dicenda." In eamdem fere ſententiam ERNESTVS, ſed tenens librorum ſcripturam, ἐκ συγκαταθέσεως interpretatur *e compacto*, con-

consensu: „nam συγκατατίθεσθαι, inquit, est *consentire*.“ — Quae sicut nos non praefracte spernimus, sic fatemur nobis non satis commoda visa esse. Quemadmodum vero ἐκ παραθέσεως de rebus dicitur, quarum altera juxta alteram ponitur, ut ambae inter se conferri, & de utraque rectum ferri judicium possit: sic ἐκ συγκαταθέσεως cogitavimus fortasse eadem ratione nunc dici potuisse, qua ἐκ συγκαταστάσεως diceres, a verbo συγκαθίστασθαί τινι, *congredi; contendere cum aliquo*; quo pacto aliàs ἐξ ἀντικαταστάσεως Polybius noster dixit IV. 47, 4. de *hominibus, qui ambo simul coram judice comparent, & caussam suam altera in alterius praesentia disceptant*. In eamdem cogitationem Gronovius inciderat, qui in ora sui libri ad vocab. συγκαταθεσ. notavit, alibi pro eo ἀντικατάστασιν dixisse Polybium. — *Ibid.* ὡς οὐκ ἂν δυνατὸν εἴη. Corrupte ὡς αὖ δυνατὸν εἴη Bav. Vers. 1.

Vers. 2. τῶν τε, τῶν δὲ, putamus, oportebat; quia refertur ad praecedens τῶν μέν. — *Ibid.* εἶτ' οὖν αὐτοῖς. Poterat utcumque ferri ἐν αὐτοῖς, sed verbum καταλείπεσθαι per se dativum casum postulat. Particulam οὖν subinde pleonastica quadam ratione insertam vidimus, III. 41, 2. XI. 14, 6. XXII. 12, 8. XXXVIII. 3, 11. Et εἶτ' οὖν, *deinde vero*, vidimus ad XVIII. 11, 9. — *Ibid.* Quum desiderarentur vulgo sex verba, quae ex codice Bav. nunc supplevimus, lacunam *asterisco* post ἐν αὐτοῖς interposito indicaverat Casaubonus. In promtu est caussa, qua factum, ut ista verba in Vrsini codice fuerint praetermissa: quae verba quum ignoraret Vrsinus, pro ἐν αὐτοῖς legendum suspicatus erat εἶναι αὐτοῖς, ut esset, εἶτ' εἶναι αὐτοῖς ἐπισφαλῆ μὲν ὀλίγοις οὖσι &c. quam tamen emendationem non facere satis, intellexit ipse. De re conf Liv. XXXVIII, 34. & Plutarch. in Philopoem. p. 365. Vers. 2.

Vers. 4. διακούσασα καὶ τούτων. Pro καὶ utique videri poterat aut δὲ cum Reiskio, aut οὖν esse rescribendum. Neque mirum, si in minutis istis particulis, quae intricatis scripturae compendiis exarabantur, quorum saepe aliud Vers. 4.

ab

Verf. 4. ab alio haud fatis dignofci poterat, erratum eft fubinde a librariis. Sed nil opus eft hoc quidem loco fcripturam codicum folicitare. Cum in eodem fenatus concilio plures deinceps legati fint auditi, & plures difceptationes habitæ, plura refponfa a fenatu data; inferta eft hic particula καὶ eadem ratione, qua verf. 1. ποιησαμένων δὲ καὶ τούτων, & ad iftam ipfam particulam refertur hæc, quæ nunc in apodofi orationis repetitur. — *Ibid.* Ἄππιον Κλαύδιον. Supra c. 6, 6. perperam, pro Sempronio, *Claudium* pofitum a librariis noftris vidimus. Hic nunc fuo loco illud ftat nomen. In Baf. ante Ἄππιον Κλαύδιον defunt decem verba, τούτων ἐντολὰς &c. ufque καὶ περί.

Verf. 7 fqq. *Verf.* 7. γράμματα φέρειν. Mendofe γραμματοφέρειν Bav. — *Verf.* 8. τῶν τε περί. τόν τε περὶ τ. Φιλ. Bav. *Verf.* 9. πέμψει. πέμψῃ Bav.

Verf. 10. *Verf.* 10. παρήνει προσέχειν. παρῆν ἐς προσέχειν idem; permutatis ι & ς, ut fæpe aliàs. — *Ibid.* καταδοχὴν ποιεῖσθαι τὴν ἁρμόζουσαν. Maluerat quidem ἀποδοχὴν Reifkius, id eft, *eo modo eos accipere, eorumque orationi id honoris affenfufque deferre, quod par eft, & convenit eorum loco & dignitati.* Sed eadem notione tenendum fuit καταδοχὴν, quod propius eft fcripturæ librorum. Literas Δ & Λ fæpius inter fe permutatas vidimus; χ quidem & γ rarius, fed haud obfcura erroris origo, ex foni vicinitate. Sententiam magis, quam verba Polybii, expreffit Livius: *Oftendit fenatus, curæ iis effe debere, ut Romanis legatis femper adeundi concilium gentis poteftas fieret; quemadmodum & illis, quoties vellent, fenatus daretur.*

Poft res hoc capite expofitas, perfecutus erat Polybius ea, quæ gefta funt ab Achæis, cum Appius Claudius, legatus Romanorum, ex Macedonia in Achaiam veniffet: de quibus rebus breviter monuit compilator in Argumento, quod vulgo *Ecloga XLIII. de Legationibus* numerabatur, nos fupra cap. 5. cum aliis fimilibus defignationibus argumenti rerum hoc libro comprehenfarum conjunximus.

CAPVT

CAPVT XIII. — Cap. XIII.

De Argumento confer Liv. XXXIX. 34 seqq. In codice Bav. desideratur prior pars hujus Eclogae, usque ad cap. 14, 6. extr.

Vers. 5. τοὺς αὐλικοὺς ἐγκαθικότος εἰς τὰς πόλεις. ἐγκαθεικότος voluit Reiskius, ab ἐγκαθιέναι, *in aliquo loco deponere, aliquo immittere.* Nos quidem nil caussae videmus, cur a vulgato discedamus: *aulicos habitatum miserat in illas urbes.* Vers. 5.

Vers. 9. τοὺς ἐν αὐτοῖς στασιάζοντας Μαρωνίτας. Conf. c. 6, 7. ibique notata. Vers. 9.

CAPVT XIV. Cap. XIV.

Vers. 1. ἵνα πύθηται ἡ σύγκλητος περὶ τῶν γεγονότων. Vocabulum ἡ σύγκλητος, cum abesset a suo codice, supplevit Vrsinus ex Livio, qui sic habet: *Onomastum & Cassandrum mitteret Romam, ut eos senatus percunctari posset.* Vers. 1.

Vers. 2. ἵνα πύθηται περὶ τούτου τὰς ἀληθείας. Probamus Reiskium, monentem, παρὰ τούτου scribendum, id est, *ab eo, ex eo*, scil. Casandro. Sed praeterea τῆς ἀληθείας utique corrigendum putemus pro τὰς ἀληθ. Vers. 2.

Vers. 4. διασαφήσῃ correximus, ut postulabat ratio grammatica. Mendose vulgo omnes διασαφήσει, ex perpetuo librariorum nostrorum more vocales ει & η inter se permutandi. Vers. 4.

Vers. 7. Ὁ δὲ Φίλιππος &c. Codex Bavaricus, in quo desiderari diximus priorem partem hujus Eclogae, nunc demum ab his verbis incipit: Ὅτι Φίλιππος ὁ Μακεδών, γενόμενος καθ' ἑαυτὸν &c. Est autem γενόμενος καθ' ἑαυτὸν, *cum solus esset*, nempe digressis legatis — *Ibid.* ἐπὶ πολύ. ἐπὶ τὸ πολὺ προβεβ. Bav. non male. — *Ibid.* Verba καὶ ταύτην οὐκ ἔτι, usque πλείστοις οὖσαν, desunt Bav. Vers. 7.

Vers. 8. πῶς ἂν ἐπιγένοιτό τις ἀναστροφή. Nil variant libri: sed haud dubie legendum πῶς ἂν ἔτι γένοιτό Vers. 8.

τις ἀναστ. *quo pacto adhuc aliqua fieret mora.* De ἔτι & ἐπὶ inter se permutatis sæpe diximus, velut ad VIII. 7, 4. XVIII. 8, 5. &c.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. εἰ καί τις ἄγνοια ἐγεγόνει περὶ αὐτόν. αὐτὸν pro αὐτῶν ſcribendum monuerat Reiſkius. Recte omnino; vide ad V. 110, 7. ubi ejuſdem dicendi formulæ, quam hic defendit, oblitus erat idem vir doctus.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. διὰ τὴν ὑπεροχήν. — „Livius: *quod Romæ obſes ſpecimen regiæ indolis dediſſet.* Bene. ὑπεροχὴ eſt omnis *excellentia, animi & corporis.* vid. p. 1274. 1439. [XXIX. 11, 6. XXV. 9, 3.] Apud Diodorum T. I. p. 285, 13. οἱ ἐν ὑπεροχαῖς νεανίσκοι ſunt *ſummæ nobilitatis juvenes.*“ REISKIVS. — Livii interpretationem tenuit Caſaubonus. Erneſtus: *propter gratiam inſignem, quam ſibi conciliaſſet, cum obſes eſſet.* Quarum interpretationum neutra cum uſu Polybii & propria dictionis vi ſatis convenit, ſed vero propius accedit poſterior. ὑπεροχὴ ut plurimum apud Polybium eſt *dignitas, poteſtas, potentia:* (vide mox cap. 18, 2.) igitur hoc dicit, *propterea quod Romæ, cum obſes eſſet, gratia, dignitate, auctoritate plurimum valuiſſet: quoniam in magna dignitate, honore, auctoritate ibi fuiſſet.* Appianus de Reb. Macedon. c. 4. Δημήτριος ἐς ἀντιλογίαν ἐπρέσβευεν ὑπὲρ αὐτοῦ, κεχαρισμένος ἔκπαλαι Ῥωμαίοις ἀπὸ τῆς ὁμηρίας.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. ἐκείνων στοχαζ. Perperam ἐκείνῳ Bav. — *Ibid.* ὑπὸ τὴν Προποντ. Si verum eſt ὑπὸ, notabit *poſt*, id eſt, *à tergo.* Sed præſtat haud dubie ὑπὲρ, quod ſuaſit Reiſkius, *ſuper Propontidem.* Eamdem præpoſitionem ὑπὸ perperam a librariis pro ὑπὲρ poſitam vidimus V. 18, 5. & XII. 5, 9.

Cap. XV. CAPVT XV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ἐν Γορτύνῃ. Perinde & ἡ Γόρτυν, τῆς Γόρτυνος, & ἡ Γόρτυνα, τῆς Γορτύνης, nomen hujus urbis eſſe docent Stephanus Byz. ejuſque interpretes, quibus adde Euſtath. ad Dionyſ. Periegeſ. vſ. 88. — *Ibid.* Κύδα. *Cydas*

das Cretenſis, dux Gortyniorum, memoratur apud Liv. XXXIII. 3. rurſuſque XLIV. 13. & 24. Sed obliquos quidem caſus Livius *Cydantis*, *Cydantem*, format, non *Cydæ*, *Cydam*; at eadem forma, qua Polybius, Cicero utitur, *Cydam* Cretenſem nominans Philipp. V. & 9. — *Ibid.* *Λυκάστιον.* Λύκαστος vocatur oppidum apud Homer. & Steph. Byz. Hinc τὸ καλουμ. Λυκάστιον apud Polybium videri regiunculam dici, non ſolum oppidum, monuit Berkelius ad Steph. — *Ibid.* τὸ δὲ Διατόνιον. *Diatonium* nuſquam aliàs memoratum reperitur: ac videndum, ſatis ne ſana ſcriptura ſit. An Δικτάμνιον, vel Δικτύννιον? Non liquet: & ſunt iſta in alia inſulæ parte. Verſ. 1.

Verſ. 2. Cum ſic vulgo eſſet editum, περὶ τούτων * τῶν Κνωσσίων καὶ Γορτυνίων, lacunam Reiſkius ſupplere tentavit, περὶ τούτων πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Κνωσσίων. GRONOVIVS vero, citata ſcriptura codicis Vrſini: „Vide, ait, an fuerit, ὑπὲρ τούτων ἐν τῇ Κνωσσέων καὶ Γόρτυνι, nempe πόλει." Verſ. 2.

Verſ. 3. τὴν Φαλάσαρναν. Stephanus: Φαλάσαρνα, πόλις Κρήτης. Quod vero Vrſinus, de hac urbe, & omnino de Appii Claudii in Cretam legatione, videndum Livium libro XXXIX. ait, neſcio quid ille ſive in animo, ſive ob oculos habuerit: Certe nec Phalaſarnæ ulla mentio in illo libro occurrit, & Appii Claudii in Cretam trajectionem prorſus ſilentio prætermiſit Livius. Cydoniatarum Cretenſium adverſus Gortynios Gnoſſioſque bellum tetigerat hic ſcriptor lib. XXXVII. 60. Phalaſarnei hominis mentionem facit lib. XLII. 51. ipſam urbem Phalaſarnam nuſquam, quoad reperimus, nominavit. Verſ. 3.

Verſ. 4. περὶ δὲ τῶν κατὰ κοινοδίκαιον. Vide Spanhem. Orb. Roman. p. m. 294. Caſaubonus: *permiſerunt etiam illis, ut concilii publici eſſent, ſi vellent.* Hinc Erneſtus in Lexico Polyb. κοινοδίκαιον, *conſilium publicum & commune.* *Ibid.* συνεχώρησαν correxit Vrſinus, cum ἀπεχώρησαν dediſſet codex ejus. Verſ. 4.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. οἱ ἀπέκτειναν. οἱ ex ingenio adjecit Vrſin. cum abeſſet a codice.

Cap. XVI. CAPVT XVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τὴν Λύκων πόλιν. Duas in Aegypto *Lycopoles* fuiſſe docet Stephanus Byz. alteram in Thebaide, alteram ad mare in præfectura Sebennytica. Poſteriorem hic intelligendam docet vicinitas Saidis urbis, quæ verſ. 4. commemoratur.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. In brevius hæc contracta eſſe a compilatore Eclogarum, ſatis adparet. — *Ibid.* οἷς κακῶς ἐχρήσατο. Tyrannicam Ptolemæi hujus ſævitiam, quæ eam Aegyptiis exoſum fecit, notavit Diodorus in Exc. de Virt. & Vit. Tom. II. edit. Weſſel. p. 574. — *Ibid.* Non temere ſolicitandum verbum ἐνέπεσεν. Nil enim impedit, quo minus credi poſſit, ipſum regem ob ſævitiam in periculum incidiſſe. Et docet Diodorus l. c. parum abfuiſſe, quin regno excideret.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Πολυκράτης. De hoc confer lib. XVIII. c. 38.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. εἰς τὸν Σάϊν. Immo vero εἰς τὴν Σάϊν. Id genus enim & forma nominis & uſus poſtulat.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. δήσας τοὺς ἀνθρώπους γυμνοὺς ταῖς ἁμάξαις. — Alius dixiſſet ἐνδήσας." REISKIVS.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τοὺς ἐξενολογημένους ἄνδρας ἐκ τῆς Ἑλλάδος. Eo ſpectabat foedus cum Achæis renovatum, (XXIII. 1,5.) ut regi liceret milites e Græcia conducere.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. διὰ τὴν Πολυκράτους ἀδικοδοξίαν. Vocabulum ἀδικοδοξία, originem & analogiam ſi ſpectes, recte *iniquum conſilium* interpretatus eſt Valeſius; quamquam, quamnam *iniquitatem conſilii* nunc dicat Polybius, haud ſatis adparet. τὴν ἀσέλγειαν καὶ βίον ἄσυρῆ illius hominis ſupra notavit lib. XVIII. 38, 7. Suidam ſi audias, Ἀδικοδοξία idem valet ac παράδοξος λοιδορία, in illo fragmento, quod ad Polybium retulit Valeſius, ὁ δὲ στρατηγὸς &c. vide Polybii Fragm. Gramm. T. V. p. 76. n. 5. ubi tamen nos pariter *iniquum conſilium* intelligendum cenſuimus.

REIS-

REISKIVS (putamus, quod non recordaretur illius fragmenti a Suida citati citati) quovis modo corruptum id vocabulum, de quo quærimus, cenſuit: „Aut ἀδικίαν aut ἀφιλοδοξίαν legendum, ait; *illiberalem & gloriæ non appetentem, degenerem animum:* honori enim habitum fuiſſet ipſi, ſi regem ſiviſſet rerum bellicarum partem attingere, cum eoque ſi gloriam a bono ſucceſſu partam communicaſſet. Rurſus poſſit φιλοδοξίαν legi, *propter nimiam Polycratis cupiditatem gloriæ & ſuperbiam inſignem.*" — Verſ. 7.

Ibid. καὶ περ ἔχων ἔτη πέντε καὶ εἴκοσι. Ptolemæus Epiphanes ſucceſſerat Eupatori, puer quinquennis: (Iuſtin. XXX. 2.) ſucceſſerat autem A. V. 551. Annum igitur viceſimum quintum ingreſſus eſt A. V. 570, ad quem annum hanc Eclogam retulimus.

CAPVT XVII. Cap. XVII.

Cum de eodem *Ariſtonico* agat hæc Ecloga, cujus modo cap. 16. vſ. 6. facta eſt mentio, proxime illi ſubjiciendam hanc putavimus; licet in ſerie Eclogarum de Virt. & Vitiis in codice Peireſciano poſt eam, quam cap. 16. poſuimus, proxime ſequatur illa de *Apolloniade*, quam exhibemus cap. 17. deinde illa de *Ortiagonte*, quam in librum XXII. cap. 21. conjecimus, ac tum demum hæc de *Ariſtonico*. Eamdem vero hanc Eclogam ex Polybio Suidas etiam in voce Ἀριστόνικος ad verbum deſcripſit. — *Verſ.* 5. Tria verba πρὸς δὲ τούτοις deſiderantur apud Suidam in edit. Küſteri; ſed habet ea princeps Mediolanenſis editio.

CAPVT XVIII. Cap. XVIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἀπολλωνιάς. — „Male hanc foeminam Plutarchi codices *Apollonidem* appellant in libello de Mulierum virtutibus." REISKIVS. — Non in libello de Mulierum virtutibus, ſed de Fraterno Amore p. 480. edit. Wechel. Ἀπολλωνίδα hanc τὴν Κυζικηνὴν, Plutarchus commemorat; *Eumenis regis matrem; ac trium præterea filiorum, Attali, Philetæri & Athenæi: quam ſubinde beatam*

 ſe

Verf. 1. *fe prædicaffe* ait, *diifque gratias agere folitam, non propter divitias vel imperium, fed quod tres filios natu minores videret fatellites effe fratris natu maximi, eumque in medio ipforum gladios haftafque ferentium abfque metu verfari.* Nec vero apud Plutarchum folum, fed & apud Strabonem lib. XIII. p. 624. Ἀπολλωνὶς, Ἀπολλωνίδος, nomen fertur hujus mulieris, non Ἀπολλωνιάς. Ejufdem matronæ jam meminimus ad XVIII. 24, 8. Apud Suidam in Ἄτταλος, Ἀπολλωνὶς vocatur: fed in Ἀπολλωνιὰς cum codice Peirefciano confentit idem Suidas, ad ipfam hanc vocem, ubi eamdem Polybianam eclogam exhibet. Et paulo poft rurfus, in Ἀπολλωνιὰς λίμνη, apud eumdem Suidam adducitur aliud fragmentum de eadem muliere, quod forte ex alio Polybii noftri loco ductum eft; Ἄτταλος (Attali filius, Eumenis frater & fucceffor in regno) τὴν αὐτοῦ μητέρα Ἀπολλωνιάδα μεταλλάξασαν κατὰ τὸ μέγιστον ἱερὸν Περγάμου κατέθετο, ὅπερ αὐτὸς ἐδείματο, τήν τε γείτονα λίμνην αὐτῇ προσωνόμασεν. Quanam vero occafione hoc loco Polybii mentionem hujus matronæ fecerit, indicavit compilator in fine eclogæ, verf. 8.

Ibid. ἀξία μνήμης καὶ παρασημασίας. — „παρασημασίας fi bene habet, eft vocabulum medium, & interpretationis in utramque partem patiens: nam hic quidem loci non poteft nifi in laudem accipi, fupra autem p. 1417, 11. [XVI. 22, 1.] reprehenfionem, vituperationem indicabat. Aliâs ἐπισημαίνεσθαι & ἐπισημασίαν ufurpat, quamquam & hoc ipfum utramque in partem, modo approbationis, modo improbationis.“ REISKIVS.

Verf. 2. *Verf.* 2. μέχρι τῆς τελευταίας. — „In Suidæ lexico additur ἡμέρας, quod tamen non minori elegantia fubaudiri poffit.“ VALESIVS. — „Poteft ἡμέρας addi, auctore Suida; poteft omitti, nam facile fubaudietur: ego tamen τελευτῆς malim.“ REISKIVS.

Verf. 3. *Verf.* 3. πρὸς πάντας τούτους &c. Cogitaveramus πρὸς πάντων τούτων, *ab omnibus filiis fuis incredibilem amorem & benevolentiam conftanter ufque ad extremum*

vitæ

vitæ finem experta eſt. Sed nil mutandum. — *Ibid.* διεφύλαξε τὴν εὔνοιαν. ἐφύλαξε εὔνοιαν Suidas. — *Ibid.* μέχρι τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς. μέχρι τελευτῆς idem.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἐν τῇ παρεπιδημίᾳ. Valeſius: *ceterum Attalus cum fratre in illo matris adventu in urbem Cyzicum.* At de *matris adventu* nihil eſt in græco. Videtur mater poſt Attali mortem *Cyzici* habitaſſe, unde oriunda erat: eo viſitatum illam venerunt & per aliquot dies commorati apud illam ſunt filii Eumenis cum Attalo.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Κλέοβιν καὶ Βίτωνα. *Nota fabula eſt*, ait Cicero Tuſcul. I. 47. *Argiæ ſacerdotis, Cleobis & Biton, filii prædicantur. Cum illam ad ſolemne & ſtatum ſacrificium curru vehi jus eſſet, ſatis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta; tunc juvenes hi, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt, ad jugum acceſſerunt: ita ſacerdos advecta in fanum, cum currus eſſet ductus a filiis.* &c. Fuſe rem narravit Herodot. I. 31. indeque alii multi.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. μετὰ τὴν διάλυσιν τὴν πρὸς Προυσίαν τὸν βασιλέα. — „Hæc de *compoſitione pacis* nihil invenio in fragmentis Legationum, quæ nobis a Polybio ſuperſunt." REISKIVS. — Videtur pax compoſita poſt illud bellum, quod memorat Polyb. XXIV. 1, 4. & Livius XXXIX. 46. unde intelligitur, bellum illud geſtum eſſe A. V. 570. ad quem annum retulimus hanc eclogam.



ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XXIV.

RELIQVIAS.

CAPVT I.

Lib. XXIV. Cap. I Verf. 1. *Verf.* 1. Κατὰ τὴν θ' καὶ μ' Ὀλυμπ. In Bav. plene hæc fcripta funt: Κατὰ τὴν ἐννάτην καὶ τετ]αρακοστὴν Ὀλυμπ. De Eclogæ hujus Argumento conf. Liv. XXXIX. 46-48.

Verf. 2. *Verf.* 2. Φιλίππου συγκλεισθέντος εἰς τὴν κατὰ τὸ σύμβολον δικαιοδοσίαν. — „*Ad verbum: Philippo conclufo intra redditionem jufti & æqui, ex compacto.* δικαιοδοσία eft *præftatio juris* ejus, quod alicui vim & injuriam paffo fatiffacit. τὸ σύμβολον eft *jus condictum, compactum* inter duos, feu privatos, feu civitates aut reges & populos; formula, lex juris æqui, fecundum quam inter eos in communione rerum, quæ ipfos intercedit, agitur & agi debet. In Notis Fulvii Vrfini legitur συμβόλαιον, cafu, ex confilio, incertum. [In Bav. σύμβολον, ut in contextu Vrfini.] Vtrumque dicitur, σύμβολον & συμβόλαιον. vide Valef. ad Harpocrat. p. 333 fq. Poteft τὸ σύμβολον repeti ab eo, quod inter partes pacifcentes συμβάλλεται, *conftituitur* & confenfu decernitur atque confirmatur, aut ab eo, quod partes litigantes pari utrimque jure apud judicem συμβάλλουσι, *conveniunt.* Quæ verf. 34. appellat συμβόλαια (fcil. κρίματα, vid. p. 1194, 39) [infra, verf. 11 fq.] ea funt Latinis *recuperatoria judicia,* ubi judex cognofcit, quis alterum

rum re sua privarit, & fraudato res suas reddit. Versu 37. [nobis vers. 12. hujus cap.] *σύμβολον* est *conventus partium ad jus æquum exposcendum & res repetendas atque reddendas.*" Hæc REISKIVS; — quæ quamquam nec plana satis, nec omni ex parte adcurata nobis visa sunt, tamen in loco, qui difficultate non caret, integra adponere placuit, præsertim, quum ad hæc ipse provocarit in eis quæ ad XXIII. 12, 7. adnotavit. De vocabulo *δικαιοδοσία* jam diximus ad IV. 16, 4. ubi veremur ne nimis strictam ac fortasse prorsus ab usu alienam notionem ei tribuerimus, cum diximus, esse *satisfactionem pro damno inlato, & sponsionem vel satisdationem de damno non inferendo.* Nempe ibi nimis ad literam accipiebamus hanc vocem; & ab oculos versabatur Casauboni interpretatio fragmenti illius Polybiani, quod est apud ipsum num. 42. nobis vero Fragmentum grammaticum XXXIX. Tom. V. p. 84. ubi verba ista, *ἢ κατά τινας ἄλλας ὑποκειμένας δικαιοδοσίας* sic ille interpretatus erat, *secundum alias moribus hominum receptas rationes luendæ injuriæ & satisfaciendi:* quasi *ἡ δικαιοδοσία* fere idem esset ac *τὸ δίκην δοῦναι*, quod tamen diversum est. At cognatæ & conjugatæ, ut ajunt grammatici, voces sunt *δικαιοδοτεῖν*, *δικαιοδότης*, *δικαιοδοσία*. Est autem *δικαιοδοτεῖν*, cum apud alios auctores, ab Henr. Stephano in Thes. ad hoc verbum laudatos, tum apud Diodorum Sicul. in Eclogis de Virt. & Vitiis ex lib. XXXII. Tom. II. edit. Wesseling. p. 608. nihil aliud, nisi *jura reddere, jus dicere, judicium exercere.* *ἀναρχίας δ᾽ οὔσης*, inquit, *διὰ τὸ μηδεμίαν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν δικαιοδοτεῖν*, id est, *cumque* (in Sicilia) *justitium esset, eo quod nullus prætor populi Romani jus diceret.* Paritur *ὁ δικαιοδότης* apud Strabonem lib. XVII. p. 797. dicitur ille magistratus Aegypti ab Augusto constitutus, qui *exercendis judiciis & juri dicundo* erat *præfectus*, quem *Iuridicum* latine nominabant: & generatim apud Suidam *δικαιοδότης* exponitur per *ὁ δικαστὴς*, id est, *judex.* Pari itaque ratione *ἡ δικαιοδοσία* erit *juris redditio, jurisdictio, exercitium judiciorum*, & ipsum *judicium* Vers. 2.

Verf. 2. *cium.* Sic Dionyfius Halic. Antiq. Roman. X. 19. de L. Quinctio confule loquens: *Καταστάντος τοῦ θορύβου*, ait, *δικαστήριά τ' ἀπεδίδου τοῖς δεομένοις, ἐκ πολλῶν παρειλκυσμένα χρόνων, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἐγκλημάτων αὐτὸς ἴσως καὶ δικαίως διέκρινε, δι' ὅλης ἡμέρας ἐπὶ τοῦ βήματος καθεζόμενος, εὐπρόσοδόν τε καὶ πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον τοῖς ἐπὶ τὴν δικαιοδοσίαν ἀφικνουμένοις ἑαυτὸν παρέχων.* Vbi recte interpres: *omnibus qui ad difceptandum in jus veniebant,* (proprie, *qui veniebant in judicium, qui veniebant petituri ut jus fibi diceretur) fe facilem & lenem & humanum præbens.* In eamdemque fententiam IV. 16, 4. verba ifta, *εἴ τις αὐτοὺς εἰς δικαιοδοσίας προὐκαλεῖτο περὶ τῶν γεγονότων ἢ καὶ νὴ Δία τῶν μελλόντων*, non male Cafaubonus fic reddidiffe videtur: *fi quis propter illa quæ feciffent, aut etiam mehercule quæ facere pararent, in jus eos vocaret;* quamquam non diffimulandum, dubitationem ibi nonnullam exfiftere poffe ex verbis *ἢ καὶ νὴ Δία τῶν μελλόντων*, quoniam haud ita facile adparet quo pacto *ob futura* aliquis *in jus vocari* poffit, nifi ea fine, ut *caveat de damno non inferendo;* quo fpectabat interpretatio, quam ibi tentaveramus, vocabuli *δικαιοδοσία.* Rurfus vero XX. 6, 2. *τὴν δικαιοδοσίαν* percommode Valefius non aliter, nifi *jurifdictionem* interpretatus eft: *ἐξέκοπτον ἀεὶ τὴν δικαιοδοσίαν, jurifdictionem affidue differebant;* quam eamdem dictionem rurfus hoc ipfo capite, in quo verfamur, verf. 12. habemus, fed eam mifere vulgo corruptam deformatamque. Denique eodem hoc loco, in quo hæremus, verba ifta, *συγκλεισθέντος Φιλίππου εἰς τὴν δικαιοδοσίαν*, nil aliud fonant, nifi, *cum Philippus eo effet redactus, ut jure difceptare, ut judicio judicis fefe fubmittere cogeretur;* quam fententiam etiam Cafaubonus expreffit. Denique vocabulo *δικαιοδοσία*, per metonymiam quamdam five fynecdochen, utitur Polybius pro *quavis fingulari ratione juris dicendi & fententiam pronunciandi*, fcilicet five ex fcripta lege, five ex præcedente quodam pacto inter partes inito, five ex æquo & bono, ut judicat arbiter, five quod fit aliud

aliud ſententiæ pronunciandæ fundamentum. Sic XXXII. 17, 4. quum Delii, in civitatem Achæorum cooptati, poſtulaſſent, ut judices Athenienſes ſibi jus dicerent ſecundam illam juris formulam, quæ continebatur pacto inter Athenienſes Achæoſque convento, dicunt Athenienſes, *nullam talem juris dicendi rationem*, (δικαιοδοσίαν) *nullam talem juris formulam, nullum tale jus ſibi cum Deliis intercedere.* Eodemque modo accipiendum hoc vocab. in illo fragmento, quod ſupra diximus, (Fragm. Gramm. XXXIX.) ὅταν ᾖ τὸ δίκαιον ἐκλαβεῖν παρὰ τῶν ἀδικησάντων, ἢ κατὰ νόμους, ἢ κατά τινας ἄλλας ὑποκειμένας δικαιοδοσίας. id eſt, *Cum jus repetere ab eis, qui nos injuria adfecerunt, licet, ſive ex legibus, ſive ex alia quadam, quæ adeſt, quæ in medio poſita eſt, juris formula, juris ratione, juris fundamento.* Intelligere autem, (ut ibi monuimus) per ἄλλας δικαιοδοσίας videtur eas, quæ fiunt κατὰ σύμβολον, quemadmodum & XXXII. 17, 3. dicit, & hoc loco, ad quem hæc adnotamus. Eſt autem σύμβολον, ut perſpecte Valeſius docuit in Notis ad Harpocrat. p. m. 72. & in Notis ad Notas Mauſſaci p. 133. *pactum, inter duos populos conventum, de ratione juris dicendi & litem judicandi, ubi controverſia eſt inter cives utriuſque populi.* Confer Reiſkium in Indice Græcitatis Demoſthenicæ, voc. σύμβολον. Quod vero idem Reiſkius in Adnotatione ad hunc locum, ſupra adſcripta, ſignificare videtur, idem dici σύμβολον & συμβόλαιον, id quidem ſecus eſſe, & differre σύμβολον a συμβολαίῳ, poſt Valeſium loco citato, idem ipſe monuit ad Dionyſ. Halicarn. Vol. IV. p. 2314 ſq. Ceterum vide quæ ad verſ. 11. notamus. Pro δικαιοδοσίαν, mendoſe h. l. διαδοσίαν habebat uterque codex mstus; ſed in δικαιοδοσ. recte conſentiunt verſ. 12. Verſ. 2.

Ibid. τῶν πρὸς αὐτὸν ἀμφισβ. Caret τῶν Bav.

Verſ. 4. Προυσίᾳ. παρουσίᾳ Bav. — *Verſ.* 5. τούτους ἀπολογησόμενος. τούτοις ἀπολογησαμ. Bav. & Vrſini codex. — *Ibid.* μεθ᾽ ἑαυτοῦ. μεθ᾽ αὐτοῦ (ſic Bav.) *Verſ.* 6. ἀφ᾽ ἑκάστου γένους τῶν ἐν τῇ πόλει. Vide infra, cap. 4, 2 ſqq. Verſ. 4 ſqq.

Verſ.

Verf. 8. *Verf.* 8. τὸν Δημήτριον εἰσαγαγόντες οἱ στρατηγοί. Casaubonus: *Confules Demetrium introduxerunt.* στρατηγοὶ, quod fatis notum eft, & *prætores* & *confules Romani* dicuntur. Vide ad I. 7, 12. Recte vero hoc loco *confules* vertit interpres, præeunte Livio XXXIX. 46. *priusquam confules in provincias proficifcerentur, legationes tranfmarinas in fenatum introduxerunt.* Nos quidem *prætores* fcripfimus, cum ex Appiani Mithridat. c. 6. meminiffemus, a prætore urbano legatos regum & populorum in fenatum introductos; quod & Livius confirmat, X. 45. XXXIV. 57. XXXIX. 54. Sed, id quidem nonnifi abfentibus confulibus factum, opportune monuit Drakenborch. ad Liv. XXXIX. 33, 1. Conf. quæ notavimus ad Polyb. XXI. 1, 3. Tacemus quod unus tantum prætor urbanus fuerit, non plures. *Confulum* vero officium fuiffe, *legationes in fenatum introducere*, diferte Polybius etiam nofter docet VI. 12, 2. Conf. Liv. III. 4. XXXII. 8. XXXVIII. 43. XXXIX. 46. XL. 20. &c. Quare utique in verfione noftra *Confules*, pro *prætores*, refcriptum velimus. Pariterque *cap.* 2, 9. ad verba illa, Ἀποδεξαμένη γὰρ τὸν Δημήτριον - - διὰ τοῦ στρατηγοῦ, revocatam Cafauboni verfionem velimus: *Demetrio namque per confulem magnifice laudato & benigne habito.*

Ibid. Si verum eft παρεκαλέσαντο, fuerit illud eodem modo dictum quo mox & fæpe aliàs παρῆγον pro παρεισῆγον. Et παρακαλεῖν pro *advocare* paffim apud fcriptores, quos H. Stephanus laudavit, & præcipue apud Xenophontem, occurrit, Cyropæd. I. 5, 7. VIII. 5, 22, aliifque locis, quæ notata a Zeunio funt in Indice græcitatis.

Verf. 9. 10. *Verf.* 9. περὶ τοῦ. περὶ δὲ τοῦ πῶς Bav.— *Verf.* 10. Ἀθαμάνων. Ἀθαμανῶν Vrfin. cum msstis, conftanter.

Verf. 11. *Verf.* 11. περὶ συμβολαίων. Reifkius quo pacto hoc loco, collato cum verfu fequenti, συμβόλαια κρίματα invenerit, nefcire nos profeffi fumus in Adnot. ad verf. 2. hujus cap. Commemorat quidem Thucydides I. 77. ξυμβολαίας δίκας, quæ funt difceptationes feu actiones inter cives

cives diverſorum populorum, quæ inſtituentur *ἀπὸ συμβόλου*, id eſt, ex pacto inter duos populos de jure dicundo & dirimendis litibus concluſo. At nunc haud dubie pro ſubſtantivo utitur Polybius hoc vocabulo. Eſt autem *συμβόλαιον*, ut recte ERNESTVS in Lexic. Polyb. monuit, *ſyngrapha*, &, per metonymiam, *æs alienum e ſyngrapha, pecunia quæ e ſyngrapha debetur:* quam in partem ad Dionem Caſſium provocavit lib. LVIII. p. 634. & ad Geſnerum & Reitzium ad Luciani Aſin. T. II. p. 567, 68. Generatim, quilibet *contractus ſcripto conſignatus de re pecuniaria*, tum ipſum *ſcriptum quo de ea re cautum eſt*, denique *debitum ex contractu*. Heſychius: Συμβόλαιον· *συνάλλαγμα, συγγραφή, ἀσφάλεια, γραμματεῖον.* Frequens vocabuli uſus apud Oratores; de quo confer Reiſkium noſtrum in Indice græcitatis Demoſth. Apud Polyb. XX. 6, 1. habuimus *ἰδιωτικὰ συμβόλαια*, *contractus inter privatos de re pecuniaria.* Verſ. 11.

Verſ. 12. *κατὰ τὸ σύμβολον.* Vide notata ad verſ. 2. Verſ. 12.
Ibid. διὰ τὸ τὸν Φίλιππον ἐγκόπτειν τῇ δικαιοδοσίᾳ. Commode, quoad ſententiam, Caſaubonus: *quia rex, quo minus jus redderetur, impediret.* Sed græca verba minime in liquido ſunt. *ἐγκόπτειν* cum dativo caſu, pro *impedire,* vix ullibi in græco ſermone invenietur. At, ne agnoſcunt quidem id verbum codices, ſed pro ſua auctoritate illud poſuit Caſaub. *ἐκκόπτειν τῇ δικαιοδοσίᾳ* habet Vrſinus cum msstis; quam quidem ſcripturam & ipſam corruptam eſſe intelligimus; ſed alia parte, quam qua Caſaubonus putavit, latere error nobis videtur. Perſæpe literam *ν* in fine, pro librariorum ſive libidine ſive negligentia, perperam vel adjectam vel omiſſam vidimus. Lege *ἐκκόπτειν τὴν δικαιοδοσίαν,* & a vero, ni toti fallimur, proxime aberis. Eadem ipſa phraſi in re ſimillima uſus eſt ſcriptor noſter XX. 6, 2. *ἐξέκοπτον ἀεὶ τὴν δικαιοδοσίαν,* id eſt; *jurisdictionem ſemper differebant; extrahebant, judicium in aliud tempus rejiciendo eludebant.* Eodem modo *ἐκκρούειν* & *διακρούεσθαι δίκην*, apud Demoſthenem, eſt *judi-*

Verf. 12. *judiciam cavillationibus extrahere*, *differre*, adeoque *declinare*.

Ibid. ἐγκαλοῦντες τοῖς κρίμασιν, ὡς παραβεβραβευμένοις, Haud dubie vera iſta lectio, & commodiſſima ſententia: *querebantur de judiciis male & inique adminiſtratis.* βραβεύειν τὰ κρίματα, *adminiſtrare judicia;* παραβραβεύειν, *male adminiſtrare*, παρακρίνειν, ut interpretatur Heſychius, id eſt *perperam judicare.* Cum παραβεβραβευμένοι vulgo legerent, ad ἐγκαλοῦντες id referentes, interpretati ſunt, *injuria ſe eſſe adfectos in judicio;* quæ notio in verbum καταβραβεύειν utcumque conveniebat, quo uſus eſt Demoſthenes, non in παραβραβεύειν.

Verſ. 13. ἀκρισία perſpecte Caſaub. correxit; id eſt, *perturbatio*, *confuſio.* Familiare id vocabulum Polybio, vide II. 39, 8. V. 25, 6. &c. Immo adjectis eiſdem verbis ποικίλη τις ἦν ἀκρισία, V. 48, 5. Denique ſubinde cum ἀκρασία perperam a librariis permutatum hoc vocab. *Ibid.* δυσχώρητος. — „Forte δυσχείριστος, vel potius δυσθεώρητος, aut δυσδιαχώρητος, ex illa verbi διαχωρεῖν notione, de qua ſupra ad p. 1070, 22. [XVIII. 23, 3.] egimus, qua ſignificat *bene ſuccedere*, aut δυσεγχείρητος, *ægre tractabilis*, *quam vix audeas attingere;* aut δυσχώριστος, *ægre extricabilis.*" REISKIVS. — Non ſolicitandum videtur vulgatum. Quemadmodum αἱ δυσχωρίαι τῶν τόπων ſunt *difficultates locorum*, *loca vix permeabilia & ſuperabilia*, II. 6, 4. III. 28, 5. &c. ſic ἀκρισία ἀχώρητος, *confuſio e qua ægre invenitur exitus;* & ſi quid mutandum, ſuſpicaremur δυσεκχώρητος. Sed rurſus, quemadmodum ἀχώρητον dicitur quod *capi*, *comprehendi*, *intelligi nequit;* cujus uſus exemplum ab Henr. Stephano prolatum eſt: ſic ἀκρισία δυσχώρητος fuerit *confuſio*, *captu* vel *intellectu difficilis;* quam ſententiam commode Caſaubonus his verbis expreſſit, *quum tot res ſimul memoria complecti haud facile eſſet.* *Ibid.* Sex verba (ἐκ τῶν κατηγορουμένων. Ὅθεν ἡ σύγκλητος perperam deſunt codici Bav.

CAPVT

CAPVT II.

Cap. II. Verf. 1.

Verf. 1. ἐφ' ἑκάστοις τούτων λόγον ὑπέχειν. Præpofitionem ἐφ' vel ἐπὶ ignorat Vrfinus cum msstis: fua auctoritate adjecit Cafaubonus, perperam, ut nobis videtur; temere certe, ac citra neceffitatem. In verfione idem pofuit, *ut horum omnium rationem redderet.* Dele in græco praepofitionem, & in verfione fcribe, *ut his omnibus* (nempe legatis Philippum accufantibus) *figillatim rationem redderet*, vel *refponderet.* Vulgatiffima phrafis, λόγον ὑπέχειν τινί.

Verf. 2.

Verf. 2. διακειμένη. Mendofe διακειμένοις Bav. — *Ibid.* τῆς τοιαύτης συστροφίας καὶ ποικιλίας. Facile utique ex εὐστροφίας, (quod *verfutiam, vafritiem* denotat) in συστροφίας aberrare potuit librarius. At, verum fi quærimus, nullum in querimoniis de Philippo jactatis veftigium *verfutiæ* adparet: quilibet jus fuum perfequebatur, aut de injuria libere & ingenue querebatur. Itaque non folicitandum erat vulgatum: & videtur vocab. συστροφία eadem notione accipiendum cum συστροφή, *coitio multorum in unum, multorum conjunctus & tumultuofus impetus.* conf. Lexic. Polyb. in συστρέφεσθαι. ERNESTVS, vulgatum pariter tenens: „Non bene Cafaub. *vafritiem* intelligit, inquit, quod hoc verbum fignificare non poteft. Eft potius *vis acriter & vehementer agentium cauffas: impetum actionis* dixit Quintil. XI. 3." — Sed ea quidem notio veremur, ne precario prorfus huic vocab. tribuatur. Reifkio, præter εὐστροφίας, etiam δυστροπίας, id eft, *malignitatis*, in mentem venerat. — *Ibid.* ἀπολειπόμενον. ἀπολιπόμενον Bav.

Verf. 5. βιβλίδιον οὐ μέγα. βιβλίδιον, ὃν οὐ μέγα voluit Reifk. præter neceffitatem. — *Verf.* 7. πασχόντων correxit Vrfinus. παρασχόντων erat in msstis. — *Verf.* 8. μίαν ἐποιησ. λίαν ἐποιησ. Bav. Verf. 5fq.

Verf. 9. διὰ στρατηγοῦ non debueramus *per prætorem* interpretari. Recte Cafaub. *per confulem*, quod repofitum velimus. Vide ad cap. 1, 8. Verf. 9.

Verf.

Verf. 10. *Verf.* 10. *κατὰ τὴν τῆς συγκλ. τὴν* caret Bav. — *Ibid.* *διότι τῆς συμπεριφορᾶς τυγχάνει ταύτης, eum hanc experiri indulgentiam.*

Cap. III.

CAPVT III.

Verf. 1. *Verf.* 1. *περί τε τῆς βοηθείας τῆς ἀποσταλείσης ὑπὸ τοῦ Φιλίππου τῷ Προυσίᾳ.* Non de auxilio olim Prufiæ a Philippo miffo hic agitur, de quo dictum eft XV. 22, 1. & XVII. 4, 7. fed de auxilio Prufiæ nuper miffo adverfum Eumenem eo bello, cujus obiter mentio facta eft XXIII. 18, 8. — *Ibid.* *ἐξαγηοχέναι* recte Cafaub. cum Bav. *ἐξαγειοχέναι* Vrfin.

Verf. 3. *Verf.* 3. *τῶν ἐπὶ Θρᾴκης τόπων.* Poteft hic genitivus pendere a *πάντα*, quod fequitur; poteft etiam præpofitio *περὶ* fubintelligi. — *Ibid.* *παρακρουομένη περὶ τούτων.* Sic correctum voluit Vrfinus, & fic habet ed. Cafaubon. & feqq. *παρακρουομένης* mssti. *παρακρουμένη* editio Vrfini, errore operarum. Poteft autem utique per fe ferri verbum *παρακρουομένη*, eadem fententia, quæ & lib. XXXIV. 5, 2. recurrit, *fibi verba dari, fibi imponi, decipi fefe.* Sed haud fatis convenire videtur id quod adjicitur, *περὶ τούτων.* Ac prope abfumus, ut perfuafum habeamus, *παρακουομένη περὶ τούτων* legendum, *fibi in his non obtemperatum;* quod mire convenit cum eo quod præceffit, *διῳκημένα κατὰ τὴν τῆς συγκλήτου γνώμην, adminiftrata ex fenatus voluntate.* Sic verbum *παρακούειν* non folum cum nudo genitivo conftructum habemus, XXVI. 2, 1. fed & fequente præpofitione *περὶ*, XXX. 18, 2.

Verf. 5. *Verf.* 5. *τῆς οἰκίας ἀτυχίαν.* Corrupta *τῆς οἰκείας ἀτυχίας* mssti. Correxit Vrfinus.

Verf. 7. *Verf.* 7. *ὅ τε καί τις ἐκκαλεσάμενος.* — „Si mei judicii res fit, (fic ad h. l. PALMERIVS notavit) vellem legi, *Ὅτι καὶ* Τῖτος. Eft enim, ut videtur, principium fragmenti.“ — Vulgatum defendit Gronovius, & fimiliter dictum ait, ut illud XXII. 12, 10. *τοῖς δὲ περὶ τὸν Δαμοτέλη ὑπέθετό τις.* Nos, iterum iterumque relegentes ifta

ista verba, non dubitamus pronunciare, Τῖτος pro τις scribendum; eoque magis, quod particulam καὶ (quod nunc demum animadvertimus) ignorant mssti & Vrsinus, quæ temere adjecta a Casaubono est. Scribe igitur ὅ τε Τῖτος, quod refertur ad id quod vers. 6. præcessit, ἥ τε σύγκλητος. *Titum Flamininum* præcipue tunc fovisse & commendasse Romanis Demetrium, diserte testatur Appianus de Reb. Macedon. Eclog. VII. cap. 4. Sed plane rem conficit id, quod apud Livium XL. 11. de Demetrio ad Philippum patrem dicit Perseus: *Titus Quinctius nunc est auctor omnium rerum isti, & magister:* adde quæ ibidem & præcedunt & sequuntur. Vers. 7.

Vers. 8. ὡς αὐτίκα μάλα συγκατασκευασόντων αὐτῷ &c. συγκατασκευσάντων Vrsini cum msstis. Correxit Casaubonus. — *Ibid.* ἠρέθισε γράψας correxit Casaub. ἠρέθισε γράψαι Vrsin. cum msstis. ἐξ αὐτῆς. Commodius ἐξ-αὐτῆς, una voce, ut alias. Cum editum esset ὡς πλεῖστον ὠφέλιμον καὶ χρησιμώτατον, quæ verba ad Demetrium referens Casaubonus, ita erat interpretatus, *magno namque ipsi usui & commodo eo loci illum futurum;* recte monuit REISKIVS: „ὠφέλιμον Vrsino debetur, a cujus codice id aberat, & recte quidem. Legendum enim, ὡς πλείστων καὶ χρησιμωτάτων, *cum amicis quam plurimis & quam commodissimis.* — χρήσιμος, *commodus, idoneus, solers, ad usum aptus.* conf. III. 35, 8. VI. 2, 11. Eamdem emendationem Gronovius ad oram sui libri sua manu notaverat, & confirmat eam Livius, nisi quod vocabulum χρησιμωτάτων non expressit, sed sua auctoritate (nam, apud Polybium, aliam scripturam in suo exemplo eum invenisse, non putamus) aliud substituit. Perseum, fratrem Demetrii, ad patrem Philippum hæc verba facientem Livius l. c. inducit: *Quo spectare illas literas ad te nunc missas T. Quinctii credis, quibus & bene te consuluisse rebus tuis ait, quod Demetrium Romam miseris, & hortatur ut iterum, & cum pluribus legatis, & primoribus quoque Macedonum remittas eum? - - - Quæruntur adjutores consiliis,* Vers. 8.

quum te plures & principes Macedonum, cum isto mittere jubet.

Verf. 10. *Verf.* 10. τὰ κατὰ μέρος. Vide Liv. XXXIX. 53. & XL. 5 feqq. Adde Noftrum cap. 7 fq. hujus libri.

Cap. IV.

CAPVT IV.

Verf. 2. *Verf.* 2. Τούτων δ' ἦσαν διαφοραὶ δ'. Conf. I. 6. *Quatuor genera hominum*, ait, *Lacedæmone adfuiffe legatos.* Temere a Reifkio nefcimus quæ quatuor τέλη Lacedæmoniorum, quos quatuor *ordines* ille dixit, fictos vidimus in Adnot. ad XXIII. 7, 6.

Ibid. οἱ μὲν γὰρ περὶ Λύσιν ἥκοντες * τῶν ἀρχαίων Φυγάδων. περὶ λύσιν habet Bav. neque aliter in Notis locum hunc citat Vrfinus, in cujus contextu tamen περὶ λύσεως, ex ipfius utique emendatione eft editum. Vrfini fcripturam tenens Cafaubonus, fic eft interpretatus: *quidam ad liberationem impetrandam veterum exulum venerant.* At, quos *veteres exfules*, ἀρχαίους Φυγάδας, Polybius dicit, de eorum *liberatione* non nunc demum agitari quæftio potuit, quippe qui (ut docuimus in Adnot. ad XX. 12, 4.) jam A. V. 565. ex decreto Achæorum per prætorem Philopoemenem in civitatem reftituti funt: & ex ipfa petitione, quam nunc proferunt hi veteres exfules, fatis adparet, eos jam reftitutos fuiffe; non enim *reditum in patriam* petunt, quem jam pridem obtinuerant, fed *bonorum reftitutionem*, quorum in poffeffione ante exfilium fuiffent. Itaque perfpecte jam REISKIVS, codicum quidem fcripturam ignorans, (certe fcripturæ illius, quæ in Notis Vrfini exhibetur, nullam faciens mentionem, fic monuit ad hunc locum: „In λύσεως latet nomen proprium; forte Λυσίαν, ut legendum fit οἱ μὲν γὰρ περὶ Λυσίαν ἥκοντες ὑπὲρ τῶν ἀρχαίων Φυγάδων." — Nos, quum nihil impediat quo minus Λύσιν verum viri nomen putemus, non deferendam codicum fcripturam duximus. Ac videtur idem nomen latere in Κλῆτιν vel Κλῆσιν, qui memoratur XXV. 2, 5. unde fortaffe, cum in exemplari fuiffet οἱ μὲν γὰρ περὶ Λύ-

σιν,

σιν, ὄντες τῶν ἀρχαίων φυγάδων, (*qui e numero veterum exſulum erant*,) aliquis ſive ſuperne ſive ad latus adnotaverat ἢ κ, nempe ἢ Κλύσιν, quod alius librarius, perperam accipiens, ad verbum ὄντες retulit, idque in ἥκοντες mutavit. Conf. mox ad verſ. 3. Verſ. 2.

Ibid. ἀφ' ὧν ἔφυγον, *a quibus pulſi fuerant cum in exſilium mitterentur*. conf. XXVI. 5, 2.

Verſ. 3. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄρεα καὶ Ἀλκιβιάδην. Hos pariter e numero veterum exſulum fuiſſe, docuerat jam XXIII. 11, 7. Quare commode verſu præced. pro ἥκοντες legeretur καὶ οὗτοι ὄντες. Pro Ἄρεα vero, quod nunc quidem omnes habent, Ἀρέα ſcribendum penacute, ut XXIII. 12, 2. a primo caſu Ἀρεὺς, XXIII. 11, 7. Videntur autem Areus & Alcibiades, cum nobiliſſimi olim fuiſſent Spartanorum, (ut docet Pauſan. VII. 9. p. 544.) adeoque haud dubie multum in bonis habuiſſent, nunc, cum ex omnibus ſuis bonis ſingulis talentis contentos ſe fore ſignificant, conciliare ſibi voluiſſe animos Spartanorum, quibus invitis in patriam ab Achæis fuerant reducti. Nam hæc ipſa cauſſa maxime fuiſſe videtur, cur ægre a Spartanis, qui tunc urbem tenebant, recepti, & ad extremum rurſus ejecti ſint veteres illi exſules, (conf. ad cap. 5, 18. & ad XXV. 1, 10.) ne Spartani cogerentur his bona, quæ olim poſſediſſent, quæ nunc ſive publico ærario ceſſerant, ſive in aliorum privatorum manibus erant, reſtituere. — *Ibid.* ἐφ' ᾧ. Perperam ἐφ' ὧν Bav. Verſ. 3.

Verſ. 4. Σήριππος. — „Ἥριππος. Sibilus adhæſit e fine vocabuli proximi: ut Δίϊππος, ita quoque Ἥριππος, Ποσείδιππος, vide tamen p. 1204, 3." REISKIUS. — Locus, quem indigitat vir doctus, eſt XXIV. 10, 11. ubi rurſus Σήριππος memoratur. — *Ibid.* μένειν τὴν ὑποκειμένην κατάστασιν &c. *ut in eum ſtatum reſtitueretur Lacedæmoniorum reſpublica, qui tum fuit, cum Achæorum concilii erant*. Eum putamus ſtatum dici, quo fuit reſpublica Lacedæmoniorum tum, cum a Philopoemene A. V. 562, poſt occiſum ab Aetolis Nabidem tyrannum, Lacedæmo- Verſ. 4.

nii primum ſocietati Achæorum juncti ſunt: cujus rei memoria apud Polybium quidem intercidit, ſed conſervata eſt apud Livium XXXV. 37. Pauſan. VIII. 51. p. 703. Plutarch. in Philop. p. 364 ſq. — *Ibid.* ἦν ἔχοντες. ἦν ἔχοντος Bav.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Ἀπὸ δὲ τῶν τεθανατωμένων καὶ τῶν ἐκπεπτωκότων κατὰ τὰ τῶν Ἀχαιῶν δόγματα. Perperam τὰ κατὰ τῶν Ἀχ. Areus & Alcibiades in concilio Achæorum capitis fuerant damnati, eo quod legationem Romam adverſus Achæos, optime de ſe meritos, ſuſceperant, & invidioſe apud Romanos de eis conqueſti erant. Liv. XXXIX. 35. Pauſan. VII. 9. p. 544. ſed ea damnatio mox rurſus, intercedente Appio Claudio, Romanorum legato, ſublata erat. Liv. ib. c. 37. Et illi nunc ipſi rurſus Romæ legati aderant; quare de his hic non agitur; nec ab horum partibus ſtetit *Chæron.* De eis agitur, qui tum, cum Lacedæmonii ab Achæorum ſocietate defeciſſent, ab Achæis, prætore Philopoemene, partim capitis damnati, partim in fugam pulſi erant. De quibus nihil quidem Livius, in ejus rei narratione, XXXVIII. 34. diſerte commemorat; quamquam ceteroquin Polybium maxime in horum temporum hiſtoria, & in Græcorum rebus, ſecutus. Nempe is *ſeptemdecim per tumultum interfectos, ſexaginta tres poſtero die capitis damnatos & ad ſupplicium traditos* narrat; aliorum damnatorum aut in exſilium pulſorum in ea quidem narratione non meminit. Quo pertinet, quod in Polybianæ hiſtoriæ Reliquiis XXII. 23, 2. ex Plutarcho vidimus, Polybium *octoginta Lacedæmonios Philopoemenis juſſu interfectos* prodidiſſe. Sed quod ſi cum hoc conferimus, partim quod, eodem Plutarcho teſte, Ariſtocrates trecentos & quinquaginta Spartiatas a Philopoemene interfectos ſcripſit, partim quod Pauſanias VIII. 51. ait, *trecentos Spartanos, defectionis auctores, Peloponneſo a Philopoemene pulſos:* hæc, inquam, ſi inter ſe conferimus, intelligi par eſt, præter eos qui ad ſupplicium traditi ſunt, complures alios partim in exſilium pulſos eſſe, partim abſentes capi-

capitis damnatos. Confer infra, verſ. 14. Horum igitur cauſſam nunc Romæ *Chæron* defendebat. Id ſi non placet, vide, an τοὺς ἐκπεπτωκότας κατὰ τὰ τῶν Ἀχαιῶν δόγματα nunc illos novos Spartæ cives dicat, quorum magnus erat numerus, qui a tyrannis olim e ſervitute liberati & civitate donati fuerant, qui a Philopoemene & Achæis coacti ſunt Lacedæmone excedere, & in Achaiam ducti, teſte Liv. XXXVIII. 34. & Plutarch. p. 365. quo & pertinet quod apud Polyb. XXIII. 12, 2. legimus.

Verſ. 5.

Ibid. οἱ περὶ Χαίρωνα. Cum Χάρωνα vulgo legeretur, monuerat jam Reiſkius, videri hunc eumdem eſſe, qui Χαίρων nominatur in Excerpt. Valeſ. (nobis lib. XXV. cap. 8.) Recte: nam, cum ibi dicat Polybius, Χαίρωνα illum anno ſuperiori Romam iviſſe legatum; videmus lib. eod. cap. 2, 4. illo anno, de quo agitur, χάρωνα eumdem, qui hic commemoratur, rurſus a Lacedæmoniis Romam miſſum. Sed quandoquidem h. l. Bavaricum codicem in ſcripturam Χαίρωνα cum codice Peireſciano & Suida conſentientem habemus, non dubitari debet, verum eſſe hoc hominis nomen: & facile intelligitur, quid librarium deceperit, ut in Χάρωνα aberraverit, quod ei familiarius nomen erat.

Ibid. καὶ τὴν πολιτείαν ἀποκαταστα϶ῆναι τοιαύτην **. Caſaubonus, nihil de lacuna ſuſpicatus, cum verſionem horum verborum adjicere eſſet oblitus, in Corrigendis monuit, adjicienda verba, *& ut reſpublica in priorem ſtatum reſtitueretur.* Quæ ſi ſententia poteſt græcis verbis ineſſe, intelligenda ex ſuperori verſu illa verba fuerint, ἣν ἔχοντές ποτε &c. Sed id quidem durius videtur: & aut verba nonnulla in eam aut in ſimilem ſententiam videntur fuiſſe adjicienda, aut pro τοιαύτην ſcribendum τὴν αὐτὴν, vel τὴν πρώτην, quæ Gronovii fuerat ſuſpicio, quam in ora ſui exempli ſignificavit. Ceterum ſi plane abeſſet vox τοιαύτην, non admodum deſideraretur, nec ulla lacunæ ſuſpicio facile eſſet obortura, verba iſta καὶ τὴν πολιτ. ἀποκαταστ. interpretando, *& ut jus civitatis illis reſtitueretur.*

 Sed

Vers. 5. Sed verendum est, ne frustra indulgeamus conjecturis: nam & alia hoc loco misere corrupta in codicbus sunt; statim enim *vers. seq.* non ἐποιοῦντο habent libri, quod ex Casauboni emendatione est, sed ἐπορεύοντο; & post hoc verbum nescimus an conjunctionem δὲ ex ingenio adjecerit Vrsinus, quam Bavaricus certe codex ignorat.

Vers. 7. *Vers.* 7. Οὐ δυναμένη δέ. δὲ adjecit Casaub. Deest edit. Vrsin. & msstis. — *Ibid.* προεχειρίσατο recte Casaub. cum Bav. προεχειρήσατο Vrsin. — *Ibid.* Τῖτος, Καικίλιος, *. VRSINVS, in Notis, hæc verba referens, Οὗτοι δὲ ἦσαν Τῖτος Κόϊντος Καικίλιος, — „Locus sine dubio corruptus, ait. Opinor autem designari Q. Cæcilium Metellum, M. Bæbium Tampilum, & Ti. Sempronium, de quibus supra." — Casaubonus, in græcis tenens id quod in contextu Vrsini est editum, Τῖτος, Κοΐντιος, Καικίλιος, in versione sic posuit, *hi autem erant Titus * Quintius, Cæcilius.* REISKIVS, scripturam respiciens quam in Notis exhibuit Vrsinus, hæc monuit: „Κόϊντος Καικίλιος est unus. Sed tum deerit tertius legatus: nominavit enim duos, Sempronium Gracchum, tum Q. Cæcilium Metellum: restat tertius, M. Bæbius Tamphilus. vid. Fulv. Vrsin. ad h. l. Sed multo probabilius Pausanias VII. 9. Appio Claudio hæc tribuit." — Respexerat scilicet Vrsinus tres illos legatos, qui XXIII. 6, 6. nominantur. At ex illis tribus, in his verbis, de quibus nunc quærimus, non nisi unum agnoscere licet; certe Ti. Sempronium Gracchum non magis, quam M. Bæbium, hic agnoscas. Cum haud dubie nominetur primum Τῖτος, id est, *Titus Quinctius*, qui, postquam victo Philippo Græciæ libertatem reddiderat, rursus A. V. 562 & 563. princeps legationis fuerat in Græciam missæ; (Liv. XXXV. 23 &c. conf. Adnot. ad Polyb. XX. 12, 1.) tum *Q. Cæcilius*, qui princeps legationis fuerat A. V. 569; (Polyb. XXIII. 6, 6. Livius XXXIX. 24.) probabile utique est, tertium, cujus nomen intercidit, *Ap. Claudium* fuisse, principem legationis missæ A. V. 570. (Polyb. XXIII. 12, 3.) Eaque etiam Grono-

vii

vii fuerat fuſpicio, qui ad oram ſui libri h. l. adnotavit: „*Deeſt Appius.*" — Deeſt autem tertii legati nomen non modo in Bavarico codice, qui nil aliud niſi Τίτος, Καικίλιος, habet; verum etiam in ambigua atque dubia Vrſini lectione: nam ſive Κοΐντιος dedit codex ejus, fuerit hic *T. Quinctius*; ſive Κόϊντος, fuerit *Quintus Cæcilius.* Pauſanias VII. 9. p. 544 ſeq. de eadem re, quæ hic agitur, loquens, ſolum *Appium Claudium* nominat, a quo litem diremtam ait: ſed in hoc prorſus diſcedit a Polybio, (cujus ipſius verba, ut videtur, perperam accepit) quod ait, Ap. Claudium, cum eis qui in ſuperiori legatione comites ejus fuerant, rurſus in Græciam fuiſſe a ſenatu Romano miſſum ad lites Lacedæmoniorum Achæorumque judicandas. Immo vero, tres illos viros non in Græciam miſſos Polybius dicit; ſed ex mandato ſenatus Romæ coram his emuleatius diſceptatæ ſunt quæſtiones controverſæ, & his denique arbitris & conciliatoribus compoſitæ lites. Novus legatus in Græciam non Ap. Claudius, ſed *Q. Marcius* nominatus eſt. vide hoc cap. vſ. 16. & c. 6, 1. & Livius XXXIX. 48. Verſ. 7.

Verſ. 8. ἐφ᾽ οἷς γενομένων λόγων πλειόνων. ἐφ᾽ οἷς, *apud quos, coram quibus, quibus arbitris.* Vſitatius aliâs cum genitivo caſu conſtruitur in iſta notione præpoſitio ἐπὶ, quemadmodum v. c. Pauſanias in eadem re p. 745. ait, καὶ λόγων ῥηθέντων ὑπὸ ἀμφοτέροις ἐπὶ τῆς βουλῆς, *apud ſenatum, coram ſenatu.* Sed nec exempla deſunt hujus ſtructuræ cum tertio caſu, de qua diximus ad III. 22, 8. Sic ἐπὶ μάρτυσι, *coram teſtibus*, apud Appian. T. I. p. 197, 45. & T. II. p. 411, 97. & 496, 25. noſtræ editionis. — *Ibid.* περὶ τοῦ μένειν. περὶ τούτων μένειν Bav. Verſ. 8

Verſ. 9. εἰς ἑκάστους φυγάδας, *in quemque* (vel *pro quoque*) *ex exſulibus.* Cum in contextu Vrſinus ſic edidiſſet (quod & ceteri tenuere editores) εἴς * τε γὰρ φυγάδας, ad oram notavit τοὺς, quod quo relatum volue.. haud ſatis adparet. Illud ex Notis ejus intelligimu, codicem ipſius cum Bavarico in εἴς τε γὰρ τοὺς φυγάδας conſenſiſſe. Verſ. 9.

 Qua

Verf. 9. Qua in mendofa fcriptura quænam fententia lateat, fatis ex verf. 2. intelligitur. Aliena vero haud dubie huc invexit REISKIVS, cum tali modo reftituendum locum fufpicatus eft, *πότερον δεῖ τὸ τάλαντον τοὺς εἰς τε Τεγέαν Φυγάδας ἐκ τῶν ἰδίων ἐκλεξ.* Sed illud probamus, quod adjiciendum fimul alterum quoddam orationis membrum cenfuit idem vir doctus, velut, *ἢ τὸ πᾶν ἔχειν*, aut *ἢ τὰ ὅλα ἀνακτᾶσθαι.*

Verf. 10. *Verf.* 10. Duo verba *γίγνεσθαι ἐκέλευον*, cum abeffent a msstis, ex ingenio adjecit Vrfinus, utpote ad fenfum neceffaria. — *Ibid. ἐφ' ᾧ πάντες ἐπεβάλλοντο τὰς ἰδίας σφραγῖδας. ἐφ' ὃ* Bav. quod verum putamus, & in contextum receptum velimus. Deinde rectius fortaffe fuerit *ἐπέβαλλον*, pro *ἐπεβάλλοντο*, fed ferendum hoc, neque contra librorum fidem mutandum. conf. vf. 15.

Verf. 11. *Verf.* 11. *εἰς τὴν ὁμολογίαν ἐκπλῆξαι, injecto terrore, ad confentiendum impellere. ἐμπλέξαι* voluit Reifkius; fed nil opus videtur, ut folicitetur vulgatum, præfertim cum paulo poft (verf. 15.) dicat *τὰ δὲ καταπληττόμενοι τοὺς ἄνδρας*, cum quo hoc ipfum *ἐκπλῆξαι* h. l. non male convenit. *Ibid. τοὺς περὶ Ξέναρχον.* Prætor hic deinde fuit Achæorum A. V. 581. Liv. XLI. 24. frater Archonis, qui memoratus eft fupra, XXIII. 10, 8.

Verf. 13. *Verf.* 13. *ἐνέπεσον. ἐνέπεσε* Bav.

Verf. 14. *Verf.* 14. *ἐδυσαρεστοῦντο. καὶ ἐδυσαρεστ. μὲν γὰρ* Vrfinus cum msstis. *Καὶ* delevit Cafaubonus, præter neceffitatem. Sane centies particulam iftam *καὶ* cum *γὰρ* conjunctam videmus, ut apud Latinos *etenim;* hoc vero loco fignatam etiam vim habet, *etiam, partim:* quare revocatam velimus. — *Ibid. τοῖς ὅλοις* recte Cafaub. & feqq. cum msstis. Temere *τοῖς ἄλλοις* Vrfin. in contextu, *ὅλοις* ad marginem rejecto. — *Ibid. διότι δεῖ.* Verbum *δεῖ*, cum abeffet a msstis, ex conjectura adjecit Vrfinus.

Verf. 15. *Verf.* 15. *ἐπεβάλλοντο τῇ σφραγῖδι.* Vtique *τὴν σφραγῖδα* fcribendum putemus cum Reifkio, aut potius *τὰς σφραγῖδας* in plurali. Verbo activo aliâs dicitur

citur ἐπιβάλλειν τὴν σφραγίδα, ſed verbum medium pariter paulo ante uſurpatum in eadem re vidimus verſ. 10. ἐπεβάλλοντο τὰς ἰδίας σφραγίδας. ἐπεβάλοντο vero, ſimplici λ, hoc loco habet Bav.

Verſ. 16. προχειριζομένη. προχειρισαμένη Bav. Verſ. 16.

CAPVT V. Cap. V.

Verſ. 1. τὸν Τῖτον πρεσβευτὴν &c. De iſta *T. Flaminii ad Pruſiam legatione* conf. Liv. XXXIX. 51. Verſ. 1.

Verſ. 2. τὸν Λακωνικὸν πόλεμον. Bellum dicit cum Nabide a Tito geſtum. — *Ibid.* χειριεῖν τὰ κατὰ τὴν Μεσσήνην πάντα &c. Conſilium hic homo agitabat, Meſſenicos ab Achæorum ſocietate abſtrahendi; (conf. verſ. 9.) quod conſilium etiam, licet ad id exſequendum opera Titi non potuerit uti, (verſ. 18.) tamen eodem adhuc anno perfecit, teſte Plutarcho in Philopoem. p. 366. & prætor Meſſeniorum eſt creatus. conf. Pauſan. IV. 29. p. 352. & Liv. XXXIX. 49. Verſ. 2.

Verſ. 4. Καὶ ἦν μὲν ὁ Δεινοκράτης οὐ μόνον &c. Eclogam hanc ex Polybio decerptam exhibet etiam Suidas, ad voc. Δεινοκράτης. Inferendam autem hoc loco eſſe, recte Valeſius monuit. Verſ. 4.

Verſ. 5. πραγματικόν. πρακτικὸν Suidas in Ῥωπικός. *Ibid.* ὑπέφαινε correxit Valeſ. ex Suid. in Δεινοκρ. ὑπέφηνε idem Suid. in Ῥωπικός. ἐπέφαινε codex Peireſc. quod defendit Reiſkius ex XXVI. 5, 5. & ibi ſane cum cod. Peireſc. conſentit Suidas. Quod vero porro hic monet Reiſkius, in ἐπὶ (in verbo ἐπέφαινε) ſubaudiri ἑαυτῷ, id quale ſit, nobis non liquere, profitemur. — *Ibid.* ῥωπικός. Suidas interpretatur κεχρωσμένος, id eſt *coloratus*, *fucatus*. Verſ. 5.

Verſ. 6. τὴν εὐχέρειαν καὶ τὴν τόλμαν. Conf. ad XI. 21, 4. Verſ. 6.

Verſ. 7. πρόχειρος. πρόθυμος Suidas. — *Ibid.* παρά τε. περί τε idem. — *Ibid.* εὐτράπελος καὶ πολιτικὸς, facetus & urbanus. Verſ. 7.

Verf. 8. *Verf.* 8. *περὶ δὲ κοινῶν.* *περὶ κοινῶν δὲ* Suidas. — *Ibid.* *ἀσφαλῶς.* *ἐμφρόνως* idem.

Verf. 9. *Verf.* 9. Καί *ποτε κεκινηκὼς ἀρχὴν μεγάλων κακῶν τῇ πατρίδι.* Poterat fic fcribere compilator Eclogarum de Virt. & Vitiis, e connexione cum reliqua narratione hæc evellens; fed dubitari non debet, *καὶ τότε* fcripfiffe Polybium, *& eo ipfo tempore* (Romæ quum effet) *cum magnorum malorum exordium molitus effet patriæ;* nempe, cum confilium cepiffet, Meffenios ab Achæorum focietate abftrahendi, unde non poterat non grave cum Achæis bellum Meffeniis fupervenire. Confer dicta ad verf. 2. & adde Plutarch. in Tito Flamin. p. 378. cujus verba adpofuiffe juvabit: Ἐπεὶ δὲ Δεινοκράτης ὁ Μεσσήνιος ἐν Ῥώμῃ παρὰ πότον μεθυσθεὶς ὠρχήσατο, λαβὼν ἱμάτιον γυναικεῖον, τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸν Τῖτον ἠξίου βοηθεῖν αὐτῷ, διανοουμένῳ τὴν Μεσσήνην ἀφιστάναι τῶν Ἀχαιῶν· ταῦτα μὲν ἔφη σκέψεσθαι, θαυμάζειν δὲ ἐκεῖνον, εἰ τηλικαύταις ἐπικεχειρηκὼς πράξεσιν, ὀρχεῖσθαι δύναται παρὰ πότον καὶ ᾄδειν.

Ibid. Quatuor verba, *προορώμενος οὐδὲν τῶν μελλόντων,* uncis inclufit Valefius, de cauffa non admonens: putamus vero, eo id factum, quod verba ifta a codice Peirefc. abeffent, & e Suida effent a Valefio adfcita, quemadmodum & aliâs fubinde fecit. Nos uncinos, a pofterioribus editoribus fervatos, delevimus. — *Ibid.* *ἀφ' ἡμέρας.* *ἐφ' ἡμέρας* edidit Küfterus apud Suidam in Κωθωνίσαι, ubi hæc verba repetuntur: fed recte ibi *ἀφ' ἡμέρας* habet editio Mediol. quemadmodum codex Peirefc. & omnes Suidæ editiones in Δεινοκρ. Latinifmum effe ait Reifkius, *de die convivia celebrare;* id eft, cum adhuc clarus dies eft, cum nondum vefperafcit. Eamdem vero dictionem & aliâs Polybio frequentatam vidimus, VIII. 29, 4. conf. ad VIII. 27, 11. A Græcis eam loquendi formulam mutuatos effe Latinos, fufpicatus erat Valefius ad Diodor. Sicul. T. II. edit. Weffel. p. 577.

Verf.

Verf. 11. *ἐν μακροῖς ἱματίοις.* λαβὼν ἱμάτιον γυναικεῖον aït Plutarch. l. c. — *Ibid.* περὶ πατρίδος. περὶ τῆς πατρίδος voluit Reifkius. Verf. 11.

Verf. 13. ὡς ἀνοίκειον ὑπόθεσιν τῆς ἰδίας αἱρέσεως καὶ φύσεως ἀπέδωκε, *alienum, abfurdum, indignum fpecimen inftituti ingeniique fui edidiffe ;* vel, *fententiam, opinionem, parum commodam, de inftituto ingenioque fuo adtuliffe hominibus.* Verf. 13.

Verf. 14. Πλὴν τότε παρῆν εἰς τὴν Ἑλλάδα μετὰ τοῦ Τίτου. Sic perfpecte Valefius correxit, cum πλήν τό γε παρῆν &c. daret Codex Peirefc. & Suidas. In Eclogis de Legationibus, poft illa verba ἀπηρείσατο τὰς ἐλπίδας, (quæ funt verf. 3.) ita ftatim perrexit compilator, Καὶ ὁ Δεινοκράτης παρῆν μετὰ τοῦ Τίτου εἰς τὴν Ἑλλάδα, πεπεισμένος &c. prætermiffis eis, quæ alter compilator in Excerptis de Virt. & Vitiis retulit. — *Ibid.* τὰ κατὰ τὴν Μεσσήνην ἐγχειριστήσεσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν. Sic ex Eclogis de Legat. vulgo editur, perperam; quod obfervationem noftram olim præterierat. Omnino χειρισθήσεσθαι legendum ex codice Peirefciano, qui Eclogam hanc in his ipfis verbis finit, χειριθήσ. κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν. Mendofe Suidas χειρωθήσεσθαι. Verf. 14.

Verf. 15. Οἱ δὲ περὶ τὸν Φιλοποίμενα &c. Quæ adhuc funt expofita, gefta funt initio anni 571. Interim ineunte vere ejufdam anni, apud Achæos, Lycortæ, qui A.V. 570. prætor fuerat, (Liv. XXXIX. 36.) fucceffit *Philopoemen,* (Liv. XXXIX. 49.) octavum nunc prætor Achæorum creatus, tefte Plutarcho p. 366. & Paufan. p. 704. Verf. 15.

Verf. 16. τοῖς δημιουργοῖς τῶν Ἀχαιῶν. Hefychius in Δημιουργός· παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν, οἱ ἄρχοντες, τὰ δημόσια πράττοντες, [Δημιουργοὶ, vel Δαμιουργοὶ] ὥσπερ Ἀθήνῃσιν οἱ Δήμαρχοι, λέγονται. Livius XXXII. 22. *Magiftratus gentis* (Achæorum) *Damiurgos* [alii *Demiurgos*] *vocant; decem numero creantur.* Adde Liv. XXXVIII. 30. & quæ ibi ex Turnebo adnotavit Drakenborchius. οἱ ἄρχοντες iidem Verf. 16.

iidem vocantur apud Polyb. XXIII. 10, 11. & c. 12, 5 & 7. & mox hoc cap. verſ. ſeq.

Verſ. 17. *Verſ.* 17. ἂν γράψῃ correxit Vrſinus. Corrupte ἀναγράψαι mssti.

Verſ. 18. *Verſ.* 18. καὶ τῶν ἀρχαίων λεγομένων Φυγάδων, τότε δὲ προσφάτως ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἐκπεπτωκότων. Primum videtur καὶ αἱ τῶν ἀρχ. ſcribendum, quo commodius ſubintelligatur vocabulum ἐλπίδες. Deinde vero, quinam ſint *hi veteres exſules, recens tunc Lacedæmone ejecti*, quorum ſpem tunc everſam ait, fatemur nobis non ſatis liquere. Qui *veteres exſules* dicebantur, (οἱ ἀρχαῖοι Φυγάδες, de quibus vide notata ad XX. 12, 4.) eorum commoda jam olim curaverat T. Flamininus, cum legatus in Peloponneſo adeſſet, quemadmodum ibidem docuimus. Quare & nunc quidem hi ſpem ſuam, ſi quid cuperent, in eodem Tito reponere potuerant. Sed quum *veteres* hos *exſules* non ſolum in rebus adhuc anni proxime præcedentis (lib. XXIII. 11, 8.) *nuper admodum ab Achæis in patriam reſtitutos* dixiſſet, νεωστὶ κατηγμένους εἰς τὴν οἰκείαν, *recenti beneficio*, προσφάτου οὔσης τῆς εὐεργεσίας; verum etiam eodem hoc anno (lib. XXIV. 4, 2 ſq.) Romæ apud ſenatum non de exſilio querentes induxerit, ſed de bonis poſt reditum in patriam nondum reſtitutis: quæſivimus, quid eſſet, quod eoſdem nunc *nuper Lacedæmone pulſos* dicat. Et primum quidem ſubierat ſuſpicari, turbatum forte corruptumque nonnihil in verbis eſſe ut pro τότε δὲ legendum ſit τῶν τε προσφάτως ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἐκπεπτωκότων, intelligendique ſint illi, quos ἐκπεπτωκότας κατὰ τὰ τῶν Ἀχαιῶν δόγματα dixit cap. 4, 5. Mox vero probabilius viſum eſt, ut ſtatueremus, in ea parte narrationis, quæ intercidit, expoſuiſſe Polybium, eoſdem veteres exſules, quos ab Achæis reſtitutos ægerrime tulerant Spartani, (Liv. XXXVIII. 34.) quos in urbem quidem coacti receperant, ſed quibus bona nondum erant reſtituta, denique qui partim de Spartanis, partim etiam de ipſis Achæis, optime de ſe meritis, queſtum Romam legatos miſe-

miſerant, ſub hoc ipſum tempus, de quo nunc agitur, a Spartanis, nec invitis Achæis, urbe eſſe ejectos. Quo pertinere utique videtur id, quod infra rurſus lib. XXV. c. 1. 9 ſq. legimus. conf. notata ad XXIV. 4, 3. Sed id ſi ita accipiendum eſt, videtur ſaltem particula αὖϑις, aut alia quæpiam in eamdem ſententiam fuiſſe adjicienda, hoc modo: τῶν ἀρχαίων λεγομένων φυγάδων, τότε δὲ προσφάτως αὖϑις ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἐκπεπτωκότων. Verſ. 18.

CAPVT VI. Cap. VI.

Verſ. 1. Κόϊντον τὸν Μάρκιον. Conf. c. 4, 16. De reliquo hujus & ſequentis Eclogæ argumento conf. Livius XXXIX. 53. In codice Bav. deſideratur hoc cap. 6. quæ Eclogæ XLVIII. de Legat. vulgo numeratur. — *Verſ.* 4. Ὀδρύσας. Ὀδρύσα in contextu Vrſini eſt, operarum errore. — *Verſ.* 5. Φιλίππου πόλιν. Vide notata ad V. 100, 8. Verſ. 1 ſqq.

CAPVT VII. Cap. VII.

Verſ. 1. Τοῦ Δημητρίου παραγενηϑέντος ἐκ τῆς Ῥώμης. Livius l. c. reditum Demetrii legatorumque in Macedoniam conjungit: Polybius ſignificare videtur, Q. Marcium primum adveniſſe (cap. præc. verſ. 1.) deinde Demetrium. Verſ. 1.

Verſ. 3. προσεδόκων reſtituimus ex Bav. Perperam vulgo προσεδόκουν ed. Vrſin. & ſeqq. quod fruſtra ex I. 53, 11. defendere conatus eſt Reiſkius, nam & ibi ex mendoſis codicibus temere receptum προσεδόκουν erat. In Adnot. ad eum locum pro *omnes* προσεδόκου, quod operæ noſtræ ibi peccarunt, corrige, *omnes* προσεδόκουν. Confer alia loca ibidem citata. Verſ. 3.

Verſ. 4. μηδένα λόγον ex edit. Erneſti in noſtram propagatum eſt. μηϑένα editiones ſuperiores cum mſstis, ut paſſim aliâs, non male: quamquam nonniſi in Eclogis potiſſimum, tam Vrſinianis, quam Valeſianis, hæc forma occurrit; pro qua conſtanter ſua auctoritate alteram magis vulgatam repoſuit Erneſtus. Verſ. 4.

Verſ.

Verf. 5. *Verf.* 5. Οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Φιλ. ἐπεκρύπτετο. Tota orationis connexio fatis declarat, hanc effe fententiam, quam perfpecte Cafaubonus etiam expreffit: *fed Philippus quidem difplicere hæc fibi diffimulat.* Atqui ifta fententia neceffario interfertam particulam ἀλλὰ poft οὐ μὴν defiderabat.

Cap. VIII.

CAPVT VIII.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἐν καιρῷ. — „*tandem aliquando.* Vifum tamen aliquando eft, auctorem dediffe ἑνὶ καιρῷ, *uno eodemque temporis articulo*, ob fequens πάντων, ut fit antithetum." REISKIVS. — Immo ἐν καιρῷ, *commodo tempore, cum tempus veniffet.* — *Ibid.* παρέστησεν αὐτῷ. Citavit hæc verba Suidas in Ποινή. ubi tamen male εἰργάσαντο in plurali, & παρέστησαν. — *Ibid.* προστροπαίους, intellige δαίμονας, *deos vindices*, *ultores*, *ad quos convertunt fe fupplices* (προστρέπονται) *ii qui injuriam paffi funt.* Sic apud Paufan. II. 18, p. 149. ὁ Μυρτίλου προστρόπαιος (five προστροπαῖος malis) αὐτοῖς ἠκολούθησε, *Myrtili vindex genius eos perfecutus eft;* quemadmodum ibi ex Henr. Stephani fententia (Thef. Gr. Ling. T. III. col. 1634.) bene interpretatus eft Sylburgius. Προστρόπαιος δαίμων τις ἐπὶ τῶν ἐναγῶν ex Photii Lexic. Msto adfertur a docto Hefychii editore ad voc. Προστρόπαιος, adjecta mira nominis ratione, ἐπεὶ οἱ μετὰ τὸ σταθῆναι ἤδη τὸ τρόπαιον οἱ ἀναιροῦντές τινα τῶν πολεμίων, πρόστροποι καὶ ἐναγεῖς εἰσιν. Suidas verba ifta Polybii citans in Προστρόπαιος, nullam interpretationem adjecit; nam quod ait Προστρόπαιος, προστετραμμένος, ἱκέτης, id eft, *fupplex*, *qui fe fupplex ad aliquem convertit*, ad locum ex Sophocle prolatum pertinet, ad hunc Polybianum referri fane non poteft.

Verf. 3. *Verf.* 3. ἔστι τις Δίκης ὀφθαλμός. Placuit inferta vocula τις, quam habet Suidas, fub voce Ἔστι, ubi vide quæ ex aliis auctoribus adnotavit Küfterus. Rurfus tamen idem Suidas in Δίκης, eadem repetens Polybii verba, vo-

culam

culam illam prætermisit. Verbum δεῖ utrobique omisit idem Suidas.

Verſ. 4. μεταγαγεῖν μὲν εἰς τὴν νῦν μὲν Ἡμαθίαν &c. Eadem Livius habet lib. XL. c. 3. in rebus anni sequentis, ubi Q. Marcium legationem renunciantem inducit. Verſ. 4.

Verſ. 7. θεοκλυτήσεις. Citat Suidas in Θεοκλυτήσαντες. Verſ. 7.

Verſ. 8. βουληθεὶς μηδὲν ἀλλότριον ὑποκαθέσθαι. — „Posset ὑπακαθέσθαι ferri, quanquam ὑποκαθῆσθαι præstaret, nisi ἀπολιπεῖν sequeretur, quod necessario ὑποκαθεζόμενον aut ὑποκαθέμενον aut ὑποκαθεσθὲν postulat, [ὑποκαθεθὲν putamus scribere voluerat vir doctus] *nihil relinquere subsidens usquam in insidiis, quod a se sit animis alienatum.*" REISKIVS. — „Profert hunc locum Suidas in h. v. (quod fugit Küsterum) & interpretatur συγχωρῆσαι, ἀφεῖναι, magis e contextu quam accurate. Küsterus vertit *submittere,* melius, sed contextui non satis apte, nec satis clare. Philippus nolebat, relictis interfectorum civium liberis, *immiscere claudestinos hostes, qui velut in insidiis laterent.* Nempe, qui *in insidiis collocat,* dicitur ὑποκαθέσθαι; & ὑποκαθῆσθαι, qui *collocati sunt.* Hesychius: ὑποκαθῆσθαι· ἐνεδρεύειν." ERNESTVS *in Lexic. Polyb.* — Immo vero ὑποκαθέσθαι non minus, quam ὑποκαθῆσθαι, *collocari, latere in insidiis* significat, ut recte monuit idem Suidas, & prolato exemplo nescimus cujus veteris scriptoris docuit; neque quidquam aliud hoc loco desideratur: *noluit Philippus ut aliquid a se alienatum in insidiis lateret.* Neque ullo modo opus est, ut cum Reiskio participium h. l. pro infinitivo requiramus. Verſ. 8.

Ibid. ἀπολιπεῖν τῇ βασιλείᾳ. βασιλείᾳ correxit Valesius, ut est apud Suidam. Mendose τῇ βασιλέως cod. Peiresc. Suspicari autem licet, ἐν τῇ βασιλ. fuisse scribendum, ut præpositio extrusa sit ab ultima litera ν verbi præcedentis; nisi vocabulum βασιλεία nunc accipiendum ut V. 61, 4. & XXIII. 9, 7. pro *regia familia*, vel *aula*, quod vernaculo sermone *la cour* aut *le gouvernement* vocamus.

Ibid.

Verf. 8. *Ibid.* ἀναζητῆσαι τοὺς υἱοὺς - - εἰς Φυλακὴν ἀποθέσθαι. — „ἀναζητῆσαι poteſt defendi, ſic ut ἀποθέσθαι accipiatur pro ἐπὶ τῷ ἀποθέσθαι, *quo eos deponerent*, aut *deponendi ergo*. Malim tamen ἀναζητήσαντας.“ REISKIVS. — Poſſis etiam intelligere ὡς ἀποθέσθαι, vel ἕνεκα τοῦ ἀποθέσθαι.

Verf. 9. *Verſ.* 9. Σάμον. Hujus jam mentio facta V. 9, 4. ubi vide notata. Σάμιον alii vocant, in his Plutarch. in Diſcrim. Amici & Adulatoris, p. 53. ubi interſectum a Philippo ſignificat, offenſo homini aliâs amico, quod peccata ejus ingenue reprehendiſſet.

Verf. 10. *Verſ.* 10. Νήπιος ὃς πατέρα &c. Repetiit Suidas in Νήπιος, & in Φίλιππος ὁ Μακεδών. Ceterum Staſini poëtæ eſſe iſtum verſum, docet Clemens Alexandr. Stromat. lib. VI. p. 451. edit. Sylburg. Eodem pertinent Cyri verba apud Herodot. I. 155. quæ per memoriæ lapſum Xenophonti tribuit Clemens loc. cit.

Verf. 11. *Verſ.* 11. διὰ τὰς τῶν πατέρων προαγωγάς. — Fruſtra ſe torſit VALESIVS, ut παραγωγὰς defenderet, quod ex codice Peireſc. edidit: „*Patrum fortunam* verti, inquit: caute, ut equidem exiſtimo. *Famam* etiam aut *potentiam* poſſis interpretari. Videtur enim ea vox deducta eſſe ἀπὸ τοῦ παράγειν, quod eſt *producere ſe ipſum* atque *in lucem ac famam prodire*. Vnde & ἀντιπαραγωγαὶ a Polybio dicuntur, id eſt *obtrectationes* atque *æmulationes*. Sic enim lib. XVIII. διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀντιπαραγωγάς.“ — Quæ quam ſint parum firma, non eſt quod pluribus oſtendamus. Tam vere, quam præciſe, REISKIVS προαγωγὰς corrigere juſſit, id eſt, ut ipſe exponit, *ſplendida* in aula *munera*, *ſummos honores*. „Non raro, inquit, παρὰ & πρὸ a librariis inter ſe permutantur. Exempla in proximo habemus.“ Illa nempe dicit, *verſ.* 14. παραγεγονότι, pro προγεγονότι, tum XXV. 9, 6. & XXXII. 14, 11. De corrigenda hujus loci menda perſpecte jam monuerat Weſſeling. ad Diodor. T. II. p. 304. Vocabu-

lum

lum προαγωγὴ eadem notione Polybio frequentatum VI. 8, 4. VI. 53, 8. & alibi.

Verſ. 13. τῶν μὲν νεανίσκων ἀλλήλοις ἐπιβουλευόντων. Verſ. 13.
Vide Liv. XL. 8 ſeqq. & 23 ſq. — *Ibid.* ποτέρου δεῖ γίγνεσθαι τῶν υἱῶν φονέα. Quum πότερον vulgo legeretur, Valeſius interpretatus eſt, *cum cogitandum illi eſſet, uter ex filiis cædem auſurus eſſe videretur:* ſed ea quidem ſententia, cum ab orationis connexione, tum a vi verborum δεῖ γίγνεσθαι φονέα utique abhorrebat. Paulo obſcurioribus brevioribuſque utique verbis hic utitur Polybius, nempe anticipando rem tangens, quam fuſius in anni ſequentis hiſtoria erat expoſiturus, quo & ipſe ablegat verſ. 15. Quæ pars hiſtoriæ Polybianæ quum interciderit, interim quæ apud Livium ſuperſunt, ſententiam hujus loci ſatis declarant. *Sedeo*, (ſic apud Liv. XL. 8. ait Philippus) *miſerrimus pater, judex inter duos filios, accuſatorem parricidii & reum; aut confiѕti, aut admiſſi criminis labem apud meos inventurus.* Hoc id eſt, quod Polybius ſcribit, *disceptandum Philippo fuiſſe, utrum filiorum morte adficere deberet:* nempe aut parricidam, ſi verum crimen; aut malitioſum accuſatorem, ſi ſictum. Interjectis aliis, ſic pergit apud Livium Philippus: *vivo & ſpirante me, hæreditatem meam ambo & ſpe & cupiditate improba creviſtis. Eouſque me vivere vultis, donec alterius veſtrum ſuperſtes, haud ambiguum regem alterum mea morte faciam. Nec fratrem, nec patrem poteſtis pati.* Hinc intelligitur alterum orationis membrum apud Polybium: *utrum deinde magis timere debeat* &c. nempe a ſuperſtite timendum erat ne ipſe occideretur: & quidem *magis* ab altero ſuperſtite, quam interim ab utrovis, dum ambo in vita erant; quia, dum uterque vivit, haud ſatis ſcit neuter, ipſe ne, an frater, patri ſucceſſurus ſit, adeoque cunctatur uterque interficere patrem. — REISKIVS, poſtquam monuit, ποτέρου legendum, hæc addit: „Si vulgatam hic ſervamus, & πότερον reddimus *num*, itemque alterum πότερον; tum pro αὐτῶν (πότερον αὐτῶν) legendum erit

Verf. 13. *αὐτὸν, & num ipſe debeat metuere potius.* Si autem ſuſpicioni noſtræ locum damus, tum neceſſe erit, rurſus in fine ſententiæ addi *ὑπ' αὐτοῦ. μὴ πάθῃ τὸ παραπλήσιον ὑπ' αὐτοῦ.*" — Nobis adjectis his verbis neutiquam opus videtur; & unice veram putamus priorem emendationem, quam in contextum recipere non dubitavimus. — *Ibid.* **ἐστροβεῖτο.** **ἐστροβλεῖτο** ed. Gron. & Ern. operarum errore.

Verf. 14ſq. *Verſ.* 14. **προγεγονότι.** Sic haud dubie oportuit; monuerat etiam Reiſkius. — *Verſ.* 15. **ἐκ τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων.** In anni ſequentis hiſtoria. Vide quæ modo monuimus ad verſ. 13. & conſer Liv. XL. 5 ſqq.

Poſt hoc Caput inſerendum eſſe Fragmentum, quod habet Suidas in Ἐναγίζων, diximus in *Spicilegio Reliquiarum ex lib. XXIV.* T. V. p. 42 ſq. Sed, verum ſi quærimus, decerptum illud intelligemus ex ſequentis anni hiſtoria. Vide Liv. XL. 6.

Cap. IX.

CAPVT IX.

Verf. 1. *Verſ.* 1. Φιλοποίμην ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγός. — „Hoc Fragmentum *de Philopoemene*, cum quinque ſequentibus, petitum eſt ex eo loco, quo tres illos imperatores, *Philopoemenem, Hannibalem & Scipionem*, inter ſe comparavit; quod Polybium feciſſe apparet e Livii XXXIX. 50. *Ab ſcriptoribus rerum Græcis Latiniſque tantum huic viro* (Philopoemeni) *tribuitur, ut a quibuſdam eorum, velut ad inſignem notam hujus anni memoriæ mandatum ſit, tres claros imperatores eo anno deceſſiſſe, Philopoemenem, Annibalem, P. Scipionem.* Et XXXIX. 52. *Trium clariſſimorum ſuæ cujuſque gentis virorum non magis tempore congruente comparabilis mors videtur eſſe, quam quod nemo eorum ſatis dignum ſplendore vitæ exitum habuit.*" REISKIVS. — Polybii exemplo eorumdem trium virorum elogia conjunxit etiam Diodorus Sic. cujus confer Eclogas de Virt. & Vitiis T. II. edit. Weſſel. p. 575 ſq. In rebus vero hujus anni ab V. C. 571. coſſ. M. Claudio Marcello, Q. Fa-

Q. Fabio Labeone, mortem Philopoemenis expoſuiſſe Polybium, ſatis ex eodem Livii libro intelligitur cap. 48 ſeqq. qui nominatim etiam Polybium commemorat cap. 52. ubi, expoſito & Philopoemenis & Annibalis obitu, ita pergit: *Hic vitæ exitus fuit Annibalis. Scipionem & Polybius & Rutilius hoc anno mortuum ſcribunt.* Cornelium vero Nepotem ſi audias, (in Hannib. c. 13.) *mortuum Hannibalem* Polybius ſcripſit anno ſequenti, *L. Aemilio Paulo & Cn. Bæbio Tamphilo coſſ.* Ceterum *de obitu Philopoemenis,* ex Polybii narratione, vide quæ notavimus in *Spicilegio Reliquiarum ex lib.* XXIV. p. 43 ſeq. Et de extremis ejus geſtis confer *Fragmenta duo* collecta a Valeſio in Adnotatione *mox ſubjicienda ad verſ.* 2. — *Ibid.* τῶν κατ' ἀρετὴν πρὸ τοῦ &c. Scabroſa eſt oratio, & vel defecta, vel aliàs ſive compilatoris culpa ſive librarii corrupta. Verſ. 1.

Verſ. 2. τετταράκοντα ἔτη συνεχῶς φιλοδοξήσας. VALESIUS. „Sic emendavi, cum in exemplari eſſet συνήθως abſque ſenſu. Vixit porro Philopoemenes annis 70. teſte Plutarcho & Livio, & POLYBIO, qui *de ultima Philopoemenis expeditione* ſic ait: Ὁ δὲ ἐξαναστὰς προῆγε, τὰ μὲν ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ἡλικίας βαρυνόμενος· εἶχε γὰρ ἑβδομηκοστὸν ἔτος. διαβιασάμενος δὲ τὴν ἀσθένειαν τῇ συνηθείᾳ τῇ προτοῦ, παρῆν ἐξ Ἄργους εἰς Μεγαλόπολιν αὐθημερόν. [Id eſt: *Ille vero diſcedens inde perrexit, partim quidem morbo, partim vero ætate gravatus: ſeptuageſimum enim agebat ætatis annum. Sed infirmitatem vi vincens, propter ſuperioris temporis conſuetudinem, Argis eodem die Megalopolin pervenit.*] Hæc duo Fragmenta, quæ divulſa apud Suidam leguntur [qui nominatim Polybio auctori ea adſcribit,] in Βαρυνόμενος & Διαβιασάμενος, ſic recte conjunximus ex auctoritate Plutarchi [in Philopoem. p. 366.] Cum ergo LXX annos vixerit Philopoemenes, & XL continuos in repub. ſit verſatus, relinquitur, eum triceſimo anno ad remp. acceſſiſſe, quæ fuit ſolennis ad rempub. Verſ. 2.

Verſ. 4. capeſſendam ætas apud Achæos, quemadmodum indicat Polyb. Legat. 89. συγκλήτου συναχθείσης εἰς τὴν Σικυωνίων πόλιν, ἐν ᾗ συνέβαινε μὴ μόνον συμπορεύεσθαι τὴν βουλὴν, ἀλλὰ πάντας τοὺς ἀπὸ τριάκοντα ἐτῶν. [lib. XXIX. 9, 6.] Dionyſius quoque Halic. lib. IV. eam fere omnium gentium legem fuiſſe ait: ἀπὸ ταύτης γὰρ οἱ νόμοι καλοῦσι τῆς ἡλικίας ὡς ἐπιτοπολὺ τοὺς ἄρχειν τε καὶ πράττειν τὰ κοινὰ βουλομένους." — Hæc tam perſpecte, quam docte, VALESIUS; quæ noſtram diligentiam, cum Polybii Reliquias digereremus, præterierant. Duo iſta Fragmenta exhibuimus in Fragmentis Grammat. num. XXXI & XXXIV. quæ ſaltem in Spicilegio Fragmentorum ex lib. XXIV. erant reponenda. — *Ibid.* πάντη πάντως. Scribe πάντη πάντως, de qua dictione diximus ad IV. 40, 5.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. Ἀννίβας, ἑπτακαίδεκα ἔτη μείνας ἐν τοῖς ὑπαίθροις &c. Conf. XI. 19, 3. Ex eodem vero Polybii loco, unde breve hoc Hannibalis elogium excerpſit compilator eclogarum de Virt. & Vitiis, videtur pluribus verbis idem elogium ab alio compilatore in aliam partem Eclogarum, Conſtantini juſſu confectarum, relatum; unde Suidas hauſit ea, quæ ſub finem ejus capitis, quo *de Hannibale* agit, his verbis leguntur: Θαυμαστόν ἐστι, καὶ μέγιστον σημεῖον, γεγονέναι τῇ φύσει τὸν ἄνδρα τοῦτον ἡγεμονικὸν, καὶ πολύ τι διαφέροντα τῶν ἄλλων πρὸς τὸν πραγματικὸν τρόπον. ιζ' γὰρ ἔτη μείνας ἐν τοῖς ὑπαίθροις, πλεῖστά τε ἔθνη καὶ βάρβαρα διεξελθὼν, καὶ πλείστοις ἀνδράσιν ἀλλοφύλοις χρησάμενος συνεργοῖς πρὸς ἀπελπισμένας καὶ παραδόξους ἐπιβολὰς, ὑπ' οὐδενὸς ἑκουσίως ἐγκατελείφθη τῶν ἅπαξ αὐτῷ κοινωνησάντων καὶ δόντων ἑαυτοὺς εἰς χεῖρας. Quæ ibidem ſequuntur quatuor verba, ὅπερ καὶ τανῦν ἐμπολιτεύεται, quibus ſenſum nullum ineſſe queſtus Küſterus eſt, abrupta fortaſſe ſunt ab eis quæ Polybius ſuperioribus ſubjecerat, *de mora Hannibalis in Pruſiæ regno*, & de auctoritate qua apud Pruſiam fuerat, ac fortaſſe ita ſonabant, ὅσπερ καὶ τανῦν ἐμπολιτευόμενος &c. Nam quod Livius ſcribit, *per ſe Pruſiam, ut gratificaretur Romanis, necandi*

candi aut tradendi Hannibalis consilium cepisse; in eo an consentientem Polybium Livius habuerit, dubitare licet. Sane Cornelius Nepos, *recusasse Prusiam*, scribit, *ne id a se fieri postularent, quod adversus jus hospitii esset: ipsi, si possent, comprehenderent.* Verf. 5.

Verf. 6. Πόπλιος φιλοδοξήσας &c. Eadem habet Suidas in Πόπλιος. — *Ibid.* πολλὰ κατηγορήσαντος. Particulam μὲν, quæ ex cod. Peiresc. vulgo hic inserta erat, recte ignorat Suidas. Verf. 6.

Verf. 7. ἄλλο μὲν οὐδέν. Mendose ἄλλος μὲν οὐθὲν Suidas, & mox αὐτὸς δὲ οὐκ ἔφη idem. — *Ibid.* τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμ. τῷ Ῥωμαίων δήμῳ Suid. — *Ibid.* οὐθενός. Sic ex cod. Peir. edidit h. l. Valef. & Gron. & consentit Suidas. οὐδενὸς ed. Ern. Poterat & paulo ante adoptari οὐθὲν, quod idem Suidas offerebat. De re conf. Liv. XXXVIII. 50. Appian. Syriac. c. 40. A. Gell. IV. 18. qui paullo aliter narrant. Verf. 7.

CAPVT X. Cap. X.

Verf. 1. Κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος. *Anno altero*, scil. *Olympiadis CXLIX.* quam nominavit cap. 1, 1. — *Ibid.* Φαρνάκου. Mendose Φαρνάκις Bav. idemque mox verf. 3. Φαρνάου. Verf. 1.

Verf. 2. Ῥόδιοι πρεσβεύοντες ὑπὲρ τῆς Σινωπέων ἀτυχίας. — „Intelligenda videtur urbis istius olim liberæ ac sui juris a *Pharnace* rege Ponti expugnatio, memorata a Strabone XII. 545. Quod igitur ipsi *Sinopenses*, a Pharnace subacti, non poterant, hanc eorum cladem Romæ apud senatum per legatos questi sunt *Rhodii*, Sinopensium amici ac foederati, qui antea iisdem Sinopensibus, quum a Mithridate, Pharnacis patre, bellum illatum esset, auxilium tulerunt, teste Polyb. IV. 56." DRAKENBORCH *ad Liv.* XL. 4. Verf. 2.

Verf. 3. περὶ τῶν τοῖς βασιλεῦσιν ἀμφισβητουμένων, *de regum controversiis*, scil. Eumenis & Pharnacis. conf. XXV. 2, 7. & Diodor. Ecl. XIV. de Legat. Verf. 3.

Verf. 4 fqq. *Verf.* 4. Κοΐντου Μαρκίου. Conf. c. 4, 16 & c. 6, 1. *Verf.* 5. καὶ Μακεδονίας. Perperam καὶ Μακεδόνας edd. operarum (putamus) errore, ex Vrfini editione in reliquas propagato. Certe verum habet Bav. quod ex conjectura etiam reponere jufferat Reifkius. — *Verf.* 6. πᾶν τι bene Vrfin. παντὶ ποιήσειν Bav. cf. III. 11, 9. — *Verf.* 7. Διὸ καὶ τοῖς. Διότι καὶ τοῖς Bav. male.

Verf. 8. *Verf.* 8. Περὶ δὲ τῶν κατὰ Πελοπόννησον ὁ Μάρκιος &c. Confer quæ de Q. Marcii in Peloponnefo per iftam legationem geftis infra repetit Callicrates in oratione ad fenatum Romanum, XXVI. 2, 12 fq.

Verf. 9. 10. *Verf.* 9. ταχέως ἡ Λακεδαίμων τῇ Μεσσήνῃ συμφρονήσει. Nempe *Meffena* per id tempus a Dinocrate abftracta erat a focietate Achæorum. Sed interim dum hæc Romæ agebantur, eodem certe anno, Meffena recepta eft ab Achæis: de quo vide cap. 12. Perperam ἡ Λακεδαιμόνων Bav. *Verf.* 10. καταπεφευγότας. καταφεύγοντας exfpectaveramus. — *Ibid.* ἐπὶ Ῥωμαίους. ἐπὶ Ῥωμαίοις Bav.

Verf. 11. *Verf.* 11. Διὸ τοῖς μέν. Διότε τοῖς μὲν idem, male. — *Ibid.* ἀπεκρίθησαν τοῖς περὶ Σήριππον. ἀπεκρίθη ἑαυτοῖς περὶ Bav. putamus & Vrfini codex. Facile patet erroris origo. *Serippus*, idem ille qui anno fuperiori Romam legatus venerat, (XXIV. 4, 4.) nunc rurfus eodem rediiffe intelligendus eft. — *Ibid.* οὐ νομίζουσι τοῦτο τὸ πρᾶγμα πρὸς αὐτούς. conf. XXV. 1, 7.

Verf. 12. 13. *Verf.* 12. μηθείς. Sic rurfus mssti & priores editt. μηδεὶς ed. Erneft. — *Ibid.* εἰσαγάγῃ, & *Verf.* 13. οὐδενὶ correxit Vrfinus, pro εἰσαγαγεῖν & οὐδὲν, quæ erant in msstis.

CAPVT

CAPVT XI. Cap. XI.

Eclogam hanc, quæ alieno loco poſita vulgo erat, huc rejiciendam putavimus. In variorum legatorum numero, qui cap. 10. memorantur, nulli ſunt ex *veterum exſulum* numero; rationem, cur non aderant, hæc ecloga declarat.

Verſ. 1. Ἀγησίπολις, ὡς ἔτι παῖς ὢν &c. Vide Polyb. IV. 35. Liv. XXXIV. 26. Meurſ. de Regno Lacon. cap. 14 & c. 20. Verſ. 1.

CAPVT XII. Cap. XII.

Argumentum hujus Eclogæ breviter tetigit Livius XXXIX. 50. uberius expoſuit Plutarch. in Philop. ſub finem; adde Pauſan. p. 704.

Verſ. 2. πιστεύσαντες τῇ τῶν πολεμίων ἐφεδρείᾳ, *confidentes proximitati hoſtium.* Verſ. 2.

Verſ. 3. διὰ τὸ περιέχεσθαι τοῖς πράγμασιν, εἴξαντες. Interſerto poſt περιέχεσθαι commate, conjungebantur vulgo verba τοῖς πράγμασιν εἴξαντες. Itaque διὰ τὸ περιέχεσθαι Caſaub. interpretatus eſt, *quod undique cinctus teneretur;* (conſentiente Erneſto, qui περιέχεσθαι expoſuit *cinctum populo eſſe;* tum τοῖς πράγμ. εἴξαντες, *temporum neceſſitati cedens.* Nos, commodius abſolute ſtare poſſe rati verbum εἴξαντες, ad περιέχεσθαι vero requiri dativum aliquem, comma poſt πράγμασι tranſtulimus. Verſ. 3.

Verſ. 6. διακούσας. διακούων Bav. — *Ibid.* πρὸς τὸ ἔθνος. πρὸς caret Bav. — *Verſ.* 8. Ἀναγγελθέντων. ἀγγελθέντων Bav. — *Ibid.* πείσεσθαι. πείθεσθαι idem. *Verſ.* 9. τὰ προτεινόμενα. ταπεινόμενα idem. — *Verſ.* 11. ἀμεταμέλητον αὐτοῖς ἔσεσθαι τὴν πίστιν. Caſaubonus: *datam ipſis fidem numquam iri violatum.* Prætulimus interpretationem, quam ad oram ſui libri adnotavit Gronov. *fore ut fidei ipſos non poeniteat.* Verſ. 6 ſqq.

Verſ. 12. συναγαγέσθαι Caſaub. & ſeqq. συναγάγεσθαι (ſic) Vrſin. συνάγεσθαι Bav. quod verum puta- Verſ. 12ſq.

 mus

Verf. 13. mus: requiritur enim paffivum verbum; nec incommodum eft præfens infinitivi cum imperfecto συνέβαινε.

Verf. 13. τούτοις ἐπέταξε παραχρῆμα, πάντας αὐτοὺς ἐξάγειν ἐκ τοῦ ζῆν. Tenuimus Cafauboni verfionem: *univerfis - - ut educerent ipfi fefe e vivis, imperavit:* quæ veremur ne non fit fententia Polybii verbis fubjecta; fimul vero, imperite a compilatore abruptum fcriptoris fermonem intelligimus, cum prætermifit alterum orationis membrum, quod illi, ὅσοι μὲν, refpondebat. Rem conficit explanatque Plutarchus, apud quem quidem & ipfum partim in græcis nonnihil errarunt editores, & in verfione ab auctoris fententia aberrarunt interpretes. Καὶ Δεινοκράτης μὲν (fic Plutarch. fcribit l. c.) αὐτὸς αὑτὸν φθάσας διεχρήσατο. τῶν δὲ ἄλλων, ὅσοις μὲν ἀνελεῖν ἔδοξε Φιλοποίμενα, δι᾽ αὐτῶν ἀπέθνησκον· ὅσοις δὲ [fic cum Vulcob. fcribendum recte Reifkius monuit] καὶ βασανίσαι, τούτους ἐπ᾽ αἰκίαις ποιούμενος [forte ἐκδότους ποιούμενος, ut fufpicatus eft Reifk.] συνελάμβανεν ὁ Λυκόρτας. Id eft: *Et Dinocrates quidem fibi ipfe ftatim manus intulit. Ceterorum vero, quotquot interficiendum Philopoemenem cenfuerant, ab illis* (fcil. Meffeniis) *interfecti funt: qui vero etiam adhibenda tormenta cenfuerant, eos fibi traditos Lycortas comprehendit inter cruciatus necandos.* (conf. XXV. 2, 13.) Perperam vulgo, inde ab Henr. Stephano, δι᾽ αὑτῶν ἀπέθνησκον editur; quod interpretantur, *ultro vitam finiere*, vel *confcifcunt fibi ipfi mortem*, contra veterum codicum fidem, qui in δι᾽ αὐτῶν confentiunt, & contra manifeftam orationis connexionem. Ifta vitiofa apud Plutarchum lectio & prava interpretatio Cafaubonum induxiffe videtur, ut in eamdem fententiam Polybii verba, de quibus quærimus, interpretaretur. Verum fi quæris, intelliges, τούτοις referri ad *Meffenios: his* (Meffeniis) *imperavit, ut e veftigio eos interficerent:* nam quod comma vulgo poft παραχρῆμα ponunt, incommode factum. Dele diftinctionem iftam, aut poft ἐπέταξε repone, &

παρα-

παραχρῆμα cum ſequentibus junge. Ceterum, ſi ad Achæos referre pronomen *τούτοις* malueris, quemadmodum & apud Plutarchum *δι' αὐτῶν ad Achæos* referendum Xylander exiſtimavit, non magnopere repugnabo. Adjecerat autem Polybius id, quod e Plutarcho intelligitur, *qui cruciandum Philopoemenen cenſuerant, eos nunc vincere & ad cruciatus tradi Lycortam juſſiſſe.* Solum Dinocratem ſponte vitam finiſſe, ceteros omnes, qui Philopoemeni necis auctores fuerant, comprehenſos poenas dediſſe, diſerte conſentit Pauſanias p. 704. Verſ. 13.

De exſequiis Philopoemenis, hoc tempore celebratis, in quibus *Philopoemenis urnam portavit juvenis Polybius noſter*, verba Plutarchi huc facientia retuli in *Teſtimoniis Veterum de Vita Polybii.* T. V. p. 7.



ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XXV.

RELIQVIAS.

CAPVT I.

Lib. XXV. Cap. I. Verſ. 1.

Verſ. 1. Οἱ Μεσσήνιοι, διὰ τὴν αὑτῶν ἄγνοιαν &c. E duorum annorum rebus hæc Ecloga excerpta contractaque videtur. Nempe ſub finem Eclogæ, cap. 2, 6 ſeqq. agitur de variis Legationibus, Romæ in ſenatum introductis, adeoque *de rebus in Italia geſtis;* a quibus rebus incipere Polybius in his temporibus conſuevit cujuſque anni hiſtoriam, quemadmodum ex collatione omnium Reliquiarum ſatis patet, & ipſe Polybius diſerte docet Lib. XXVIII. 14, 9. coll. cap. 2. Inde oriebatur quidem illud incommodum, quod & ipſe XXVIII. 14, 10. profitetur, ut nonnumquam de Legationibus Romam miſſis, & de reſponſis, quæ his a ſenatu data ſunt, prius exponeret, quam occaſionem explicaſſet, qua miſſæ ſunt Legationes. At, quoniam, quemadmodum ex Livio conſtat, uſu receptum erat, ut exterarum gentium legationibus ſtatim poſtquam novi conſules magiſtratum iniiſſent, priuſquam in provinciam abirent, adeoque paulo poſt anni initium, ſenatus daretur, decretæ plerumque illæ legationes ſunt anno ſuperiori, & per hiemem Romam miſſæ, ut juſto tempore, ſcil. Idibus Martiis, Romæ adeſſent. Idque etiam in eis legationibus, de quibus hoc cap. & ſeq. agitur, factum videtur. Nam quæ hoc cap. 1. memorantur,

tur, ſaltem quæ initio hujus capitis, ea arctiſſime cum eis, Verſ. 1. quæ in fine cap. præced. (XXIV. 12.) exponebantur, conjuncta ſunt: idem eſt prætor Achæorum Lycortas, qui ante: agitur de his quæ acta ſunt in illo Achæorum concilio, ad quod rem Meſſeniorum Lycortas rejecerat, XXIV. 12, 12. iidem legati, quos retentos Romæ XXIV. 10, 14. dixerat, Romæ adhuc aderant, XXV. 1, 3. At legationes, de quibus ſub finem hujus eclogæ cap. 2. agitur, Romæ in ſenatum anno ſequenti 573, (P. Cornelio Cathego, M. Bæbio Tamphilo Coſſ.) introductas eſſe, cum ex ipſa Polybii narratione colligi poterat, tum ex Liv. XL. 20. adparet. Nempe cum in rebus hujus anni 573. de illis legationibus Romæ in ſenatum introductis ageret Polybius, conſentaneum eſt, repetiiſſe eum ex ſuperioris anni hiſtoria nonnihil de occaſione, qua illæ miſſæ ſunt, & ablegaſſe lectorem ad ea quæ de eiſdem rebus ſupra dicta erant. Itaque compilator hujus Eclogæ vel ea ipſa, quæ Polybius hoc loco e ſuperioribus repetiit, exhibuit, vel paulo, etiam plura e ſuperioris anni hiſtoria, ad declarandum id, de quo nunc agebatur, facientia, huc tranſſcripſit. — *Ibid.* *διὰ τὴν Λυκόρτα καὶ τῶν Ἀχαιῶν μεγαλοψυχίαν.* Illius *magnanimitatis* documentum vide cap. 3, 3.

Verſ. 2. *ἡ δ' Ἄβια.* Sic quidem vulgo omnes. Sed Verſ. 2. *Ἀβία* penacute ſcribendum cum Pauſan. IV. 30. p. 353. *Ἀβέα* Ptolem. — *Ibid.* *Θούρια.* *Θουρία* ſcribe cum eodem Pauſan. IV. 31. & Strab. lib. VIII. p. 360. — *Ibid.* *Φαρά.* Sic quidem Caſaub. & ſeqq. *Φαρᾶ* Vrſin. Sed vix eſt cur dubitemus, *Φαραὶ* ſcripſiſſe Polybium cum aliis auctoribus, qui in pluralem numerum conſentiunt. conf. ad XVI. 16, 8. — *Ibid.* *ἰδίαν δὲ θέμεναι στήλην ἑκάστη* &c. Foede hunc locum in exemplari ſuo corruptum fuiſſe ait Vrſinus. In Bav. nullus alius ab Vrſini editione diſſenſus eſt, niſi quod *ἰδίᾳ* habet, quod ei commune eſt cum Vrſini codice, & teneri poterat; tum vero perperam caret particula *δέ*. Poſt *ἑκάστῃ* Vrſinus *comma* poſuerat, quod nos monente Reiſkio poſt *στήλην* repoſuimus.

Verſ.

Verf. 3. *Verf.* 3. *τῆς πρότερον ἀποφάσεως.* Vide XXIV. 10, 12 fq. — *Ibid.* *τοῖς αὐτοῖς πρεσβευταῖς.* Non fuit hoc folicitandum: nam *eosdem legatos* Romæ retinuerat fenatus, donec de eventu belli Meffeniaci certior fieret, l. c. verf. 14. — *Ibid.* *πρόνοιαν πεποίηνται.* Sic optime Bav. *πεποιηκέναι* in fuo cod. fuiffe ait Vrfinus, quod ille in *πεποιήκασι* mutavit, minus recte. — *Ibid.* *μηθένα.* Rurfus *μηδένα* fola editio Ern. invitis msstis. In *οὐδένα* paullo ante, ut fere alibi, confentiunt libri.

Verf. 5. *Verf.* 5. *κομιζόντων τὴν ἀπόκρισιν.* conf. XXIV. 10, 11.

Verf. 8. *Verf.* 8. *τοὺς δὲ κυριεύοντας τῆς Σπάρτης κατὰ τὸ παρόν.* *qui Spartam nunc tenent.* Horum nomine Serippus & nuperrime Romæ fuerat, (XXIV. 10, 11.) & jam anno 571. (XXIV. 4, 4.) & Romanos rogaverat, ut operam fuam illi interponerent, quo ab Achæis eifdem conditionibus in focietatem reciperentur, quæ ipfis olim poft Nabidis obitum A. V. 562. a Philopoemene & Achæis erant oblatæ. Nam æquo foedere tunc in focietatem Achæorum cooptati videntur. (conf. loca citata ad XXIV. 4, 4.) Sed non folum numquam prorfus perfectum illud foedus eft; verum etiam paullo poft (A. V. 565.) ita ab Achæis adminiftratæ res Spartanorum funt, (vide XXII. 23, 2. & ibi notata,) ut ab eo tempore ad hunc diem non tam foederata Achæorum, quam *obnoxia Achæis* Sparta fuerit, ut ait Livius XXXVIII. 34. Conf. Polyb. XXIII. 12, 5. Quod dicit *κατὰ τὸ παρὸν*, ambiguum eft quorfum referatur, ad præcedentia, an ad id quod fequitur, ut dicat *τὸ παρὸν βούλεσθαι*, *nunc velle.* Quod autem ait, *velle Lacedæmonios cum Achæis rempublicam agere*, hoc putamus dicit, non quia jam pridem id voluerint, fed quod adquiefcant nunc conditionibus ab Achæis latis, neque amplius poftulent, ut in civitatem reftituantur novi illi cives, olim fervi, qui ex Achæorum decreto urbe pulfi & partim etiam venumdati erant; de quibus vide XXIII. 12, 2. & extremam Adnot. noftram ad XXIV. 4, 5.

Ibid.

Ibid. *εἰς αὐτούς.* *πρὸς αὐτοὺς* dixerat XXIV. 10, 11. atque id in iſta formula utique uſitatius. At nec inauditum *τὸ εἰς ἐμὲ*, *quod ad me pertinet:* quare iſtud non temere damnandum. Verſ. 8.

Verſ. 9. *εἶναι γάρ.* *γὰρ* caret Bav. — *Ibid.* [*μέλλουσι*] *προσλήψεσθαι.* *προσλήψονται* placuerat Reiſkio: neque nos quidem valde repugnamus. Ceterum videndum, an fortaſſe etiam per ſe ſtare infinitivus *προλήψεσθαι* potuerit; quemadmodum & aliâs poſt conjunctionem *ὅτι* in infinitivo nonnumquam poſitum reperiri verbum monui ad I. 4, 1. quod genus *ἀνακολουθίας* in oratione obliqua, qualem hic habemus, facilius etiam ferendum videri poteſt. — *Ibid.* *τοὺς διατετηρηκότας τὴν πρὸς τὸ ἔθνος πίστιν.* Veteres Spartæ cives dicit, qui jam olim a Philopoemene ſocietati Achæorum erant juncti. Verſ. 9.

Verſ. 10. *ἀλλ', ἑτέρων αὐτοὺς ἐκκεκλεικότων τῆς πόλεως,* [*τούτους οἳ*] *βεβαιώσαντες* &c. Caſaubonus, quum partim cum Vrſino, partim ex ſua conjectura, ſic edidiſſet, *ἀλλ' ἑτέρους, αὐτῶν ἐκκεκλικότων τῆς πόλεως, οἳ βεβαιώσαντες* &c. hanc adjecit verſionem: *ſed, iis urbe excedentibus, alios recepturi, qui decreta concilii Achæorum confirmabunt* &c. Quæ facile patet aliena eſſe ab auctoris ſententia. REISKIVS, cognita ex Vrſini Notis ſcriptura codicis, quo ille uſus erat, monuit: „Legendum *ἀλλ', ἑτέρων αὐτοὺς ἐκκεκλεικότων τῆς πόλεως, οἳ* &c. Vbi tenendum eſt, (inquit) ante *οἳ* ſubaudiri *τούτους* vel *τοιούτους* oportere, quod regatur ab *ἕξουσι κοινωνοὺς τῆς πολιτείας*, quod præceſſit. Erit itaque hæc ſententia: *Achæos habituros eſſe ſuæ civitatis ſocios, non illos - -, ſed, quum iſtos alii urbe ſua excluſerint, eos qui ſint ſtabilituri* &c. In *ἑτέρων* latere videtur oppoſitio quædam cum Achæis. Non nos Achæi, ait Lycortas, eos excluſimus urbe ſua: nulla in re eſt culpa noſtra, ſed alii fecerunt, cives ipſorummet. *οἳ*, pro *τούτους οἳ*, eſt latiniſmus, *qui*, pro *eos qui.*" — Tum de voce *ἐκείνων*, in illa dictione *βεβαιώσαντες τὰς ἐκείνων προαιρέσεις*, monuit idem REISKIVS: Verſ. 10.

Verf. 10. KIVS: „Rectius hic loci adhibuit ἐκείνων, quam ἑαυτῶν, quamquam illud idem h.l. fignificat atque hoc; quia, fi ἑαυτῶν ufurpaffet, facilius fuiffet lector ad Lacedæmonios, quam ad Achæos, cogitatione deventurus: ambiguitas illa fuit vitanda, quod fecit præferendo vocabulo ἐκείνων alteri.“ Conf. ad XII. 16, 5. — Reifkii ifta ratio, cum græcum noftræ editionis exemplum typis pararem, maxima veri fpecie fefe mihi commendaverat, nifi quod pronomen τούτους, ante οἵ, non modo mente intelligendum, verum etiam diferte adjiciendum putaverimus. Eamdem totius loci fententiam in verfione expreffi. Nunc alio inclinat animus. Nempe ita fe res habere videtur. Spartani, qui nunc in urbe dominabantur, quum ægerrime jam olim tuliffent veteres exfules ab Achæis in patriam reductos, (Liv. XXXIX. 34.) neque ad hunc diem in priftinorum bonorum poffeffionem eos imififfent; (Polyb. XXIV. 4, 2 fq.) iidem, poftquam deinde eifdem veteribus exfulibus, maxime quidem Areo & Alcibiadi, & qui cum his conqueftum de Achæis fimul & de Spartanis Romam iverant aut qui hos miferant, iratos vidiffent Achæos, (XXIII. 11, 7 fq.) Romanum vero fenatum vidiffent exfulibus quidem illis faventem, fed non ferio atque efficaciter commoda eorum curantem, neque pro auctoritate, ut reciperentur & in bona reftituerentur, imperantem; iidem Spartani, inquam, ex illorum veterum exfulum numero cunctos, quibus Achæi, utpote in fe ingratis, infenfi erant, nuper partim urbe ejecerant, partim Roma redeuntes excluferant: (conf. notata ad XXIV. 5, 18. & mox hoc cap. verf. 12.) qua in re quidem fimul animo fuo fuæque avaritiæ erant obfecuti, fed fimul gratificari Achæis voluerant. Eos vero ex veteribus exfulibus, qui in Achæos, a quibus reducti erant, nihil peccaffent, fe recepturos aut fervaturos in urbe fignificaverant. (conf. c. 2, 2.) Igitur Achæis fuis hoc dicit Lycortas: *fi Spartanos in focietatem foederis recepiffent, non illos ex veteribus exfulibus participes reipublicæ habituros, qui ingrate atque impie*

pie adverſus ipſos egiſſent, ſed potius, quum ab aliis (nempe ab ipſis his Spartanis, qui in foedus recipi cuperent) *excluſi hi urbe eſſent, confirmaturos Achæos horum decretum, atque etiam faventibus diis debitam gratiam his relaturos,* nempe quoniam hi, veluti Achæorum nomine, poenam de ingratis impiiſque hominibus ſumſiſſent. Atque hæc ipſa, quam expoſui, ſententia perſpicue græcis verbis, quæ codices mssti exhibent, ineſt, ita ut nihil mutare, nihil adjicere opus ſit. Quare relictis ceteris, prout ex msstis edidimus, *deleta verba illa τούτους οἳ velimus*, quæ etiam, quoniam de eis non ſatis certi fueramus, uncis incluſeramus. Verſ. 10.

Verſ. 12. *δι' ὀλίγους ἀνθρώπους, propter paucos homines.* Areum, putamus, dicit & Alcibiadem, quibus merito ſuccenſere Achæos fatetur: ſed horum cauſſa, quoniam his infenſi eſſent, *non debere eos inſultare calamitati innocentium, nec juvare Spartanos & foedus cum his contrahere, qui multos etiam eorum, qui nihil peccaſſent, contra jus & fas patria ejeciſſent.* Nempe hoc dicit Diophanes inimicitia magis adverſus Lycortam, Philopoemenis amicum, ductus, quam ratione; quemadmodum nonniſi Philopoemenis odio olim ea, quæ & Spartæ & Meſſenæ ab Achæis geſta erant, criminatus erat, XXIII. 10, 4 ſq. Verſ. 12.

CAPVT II. Cap. II.

Verſ. 2. *κατὰ τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους.* Perperam *κατὰ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος* Bav. Verſ. 2.

Verſ. 3. *Βίππον.* — „Qamquam hoc nomen recurrit p. 1209 ſq. [c. 2, 11. & c. 3, 4.] videtur tamen a forma græcitatis tam abhorrens, ut nil dubitem *Εὔϊππον* reſcribere. REISKIVS. — *Βηΐπον* habet h. l. Bav. altero loco *Βήππον*, tertio in *Βίππον* conſentit. Verſ. 3.

Verſ. 4. *Χαίρωνα.* Conf. XXIV. 4, 5. & ibi notata. Verſ. 4.

Verſ. 5. *τοὺς περὶ Κλῆτιν Διακτόριον.* In *Κλῆτιν* videri latere idem nomen, quod *Λύσιν* ſuperius ſcripſere librarii noſtri, Verſ. 5.

Verf. 5. noftri, monuimus ad XXIV. 4, 2. — „Pro Κλῆτιν (ait VRSINVS) placeret Κλῦτιν, vel potius Κλύτιον: quamvis parùm referat, utro modo legatur, dummodo Κλιτόριον pro Διακτόριον retineamus.“ — REISKIVS: „Κλῆτιν fufpectum. Κλεῖτον novi ex hiftoria Alexandri M. Videtur in Κλῆτιν latere κλῆ τὸν, ut illud κλῆ fit exitus nominis alicujus in κλῆς definentis, forte Pericles, ut legatur τοὺς περὶ Περικλῆ τὸν Διακτόριον. Sed & Διακτόριον eft fufpectum. Vrfinus malebat Κλειτόριον. Num Ἀνακτοριεῖον. Anactorium eft oppidum Epiri, unde gentile Ἀνακτοριεῖος. Sed interrogas, quid hominem Anactorieum exfules Lacedæmonii pro fe legatum mittunt? Ego rurfus interrogo: quid hominem Clitorium? ex Arcadia oriundum? Premitur hic locus utrinque eadem dubitatione.“ — Nobis non liquet. Et hujufmodi hariolationibus indulgere quid juvat?

Verf. 6. *Verf.* 6. Εἰς δὲ τὴν Ῥώμην. Vide notata ad cap. 1, 1. & confer Liv. XL. 20. — *Ibid.* παρά τε τῶν ἐκ Λακεδ. Sufpicari cum Gronovio licet, intercidiffe verba παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων. conf. verf. 4.

Verf. 7. *Verf.* 7. τῶν περὶ τὸν Μάρκον πρεσβευτῶν. Si verum eft Μάρκιον, quod habet Vrfinus, ftatuendum erit, *Q. Marcium*, qui anno 571. ad Philippum & in Peloponnefum fuerat miffus, (XXIV. 4, 16.) ftatim poft renunciatam illam legationem initio anni 572, (XXIV. 10, 4 & 8.) rurfus in Afiam ad Eumenem Pharnacemque fuiffe miffum. Si Μάρκον verum eft, quod habet Bavaricus codex, incertum eft quis *Marcus* dicatur. Mentionem quidem Livius XL. 20. facit legatorum anno 572. ad Afiæ reges mifforum, fed nomina legatorum non edidit. Quod Μάρκιον ab Vrfino, (cum nimirum recordatus effet *Q. Marcii*, cujus ante erat mentio facta) ex ingenio editum effe fupicati fimus, inducti fumus ipfius Vrfini verbis, de tota hac Ecloga ita fcribentis: „In hoc Fragmento cum effent multa mendofe fcripta, nos partim conjectura ducti, partim Livianam fecuti verfionem, ita emendavimus, ut legi debere

bere existimavimus." — Nos fideliter omnes codicis Bavarici dissensiones ab impresso Vrsini exemplo, quemadmodum adhuc fecimus, porro enotabimus. Is igitur statim *eodem hoc versu*, pro Εὐμένει καὶ Φαρνάκει, Εὐμένη καὶ Φαρνάκη habet; *versu* autem *præced.* pro Φαρνάκου scripsit Φαρνᾶ mutilato nomine; moxque hoc rursus versu, τῆς Φαρᾶ πλεονεξ. Vers. 7.

Vers. 8. τοῖς προειρημένοις. προειρημένους absque τοῖς Bav. Vers. 8.

Vers. 9. τῶν ἐκ τῆς Λακεδ. Φυγάδων. Eos dicit ex veteribus exsulibus, qui nupera receptione reductioneque non erant comprehensi. conf. vers. 2. & c. 1, 10. Vers. 9.

Vers. 11. τῶν περὶ Βίππον τὸν Ἀργεῖον. Βήππον τὸν Ἀργείων Bav. & caret τῶν. Ceteroquin nil dissentit in tota Ecloga. Vers. 11.

CAPVT III. Cap. III.

Nil mutat Bav. nisi quod *vers.* 1. (ut sub contextu jam monuimus) careat præpositione ἐκ ante τῆς Λακεδ.

CAPVT IV. Cap. IV.

Vers. 2. τῆς ἐαρινῆς ὥρας ὑποφαινούσης. Sic oportuit. conf. XIV. 2, 1. Sic τῆς ἡμέρας ὑποφαινούσης I. 53, 5. & alibi. — *Ibid.* ἐμβαλῶν scripsit Casaub. ut esset futurum tempus. ἐμβαλὼν Vrsin. Vers. 2.

Vers. 4. κατέπλευσαν ἐκ τῆς Ῥώμης οἱ περὶ τὸν Ἄτταλον. *Attalum* hoc tempore *Romæ* fuisse, nemo memoriæ prodidit: nec ullum ejus itineris vestigium nec apud Polybium nec apud Livium comparet. Anno urbis 574. primum *Roma* ab Eumene fratre missus *Attalus* est, ut docet Polyb. cap. 6. hujus libri. Si nunc Roma advenit, fuerit ibi inter legatos, ab Eumene missos A. V. 572. XXIV. 2, 1. At sic jam ante hoc tempus rediturus fuerat. Aut fuerit inter legatos, hoc ipso anno 573. in senatum introductos, XXV. 2, 6. At sic, putamus, ut amicus Romanorum, rediturus fuerat simul cum ipsis Romanorum lega- Vers. 4.

Verſ. 5. tis: ſed hi adveniunt, dum Attalus cum Eumene in Cappadocia eſt, & Attalus ab Eumene obviam eis mittitur, hoc cap. vſ. 10 ſq. *Rhodii* hoc tempore bellum cum Lyciis vel parabant vel habebant, & ad id ſtudioſe opem petunt ab Eumene, cap. 5, 13. Pro ea quæ Rhodiis cum Eumene intercedebat amicitia facile credi poteſt, Eumenem, cum jam ante opem ab eo petiiſſent Rhodii, miſiſſe primum ad eos fratrem ſuum Attalum, ad res eorum inſpiciendas & ad tentandam amicam litium compoſitionem. Nomina Ῥόδος & Ῥώμη, Ῥόδιοι & Ῥωμαῖοι paſſim a librariis permutata inter ſe obſervare meminimus, quamquam loca nunc in promtu non habemus, excepto XXVI. 7, 5.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τοῦ Καρσιγνάτου. — „Ἐποσσογνάτου opinor legendum eſſe, cujus in ſuperioribus fragmentis mentionem fecit Polybius." VRSINVS. — Illud nomen Ἐποσσογνάτου etiam ad oram contextus imprimi curavit idem Vrſinus. Contra REISKIVS: „Neſcio, inquit, quare F. Vrſinus ſuſpectum habuerit *Caſſignati* nomen, cum *Caſſignatus* (nam idem videtur eſſe) apud Liv. XLII. 57. legatur." — *Ibid.* ἔτι πρότερον. Non modo nulla vis h. l. ineſſe particulæ ἔτι poteſt, ſed etiam prorſus incommode poſita videri illa debet. Quare ἔτει πρότερον, *ſuperiori anno*, legendum putamus; vide ad III. 107, 4. & ad XXIII. 2, 6. quamquam utique in eam ſententiam & commodius & uſitatius ſit τῷ πρότερον ἔτει, quod cum alibi, tum III. 114, 6. legimus, ubi pariter ἔτι pro ἔτει mendoſe dant codices nonnulli.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. ἐκ Καλπίτου. — „Vox Καλπίτου mihi quidem ſuſpecta eſt: & fortaſſe Καλπείας ſcribendum, quæ eſt urbs Bithyniæ." VRSINVS. — „Num ἐκ Κουβάλλου, an ἐξ Ἀλυάττου? Ambæ ſunt urbes in finibus Phrygiæ majoribus & Galatiæ." REISKIVS. — Interim dum certius aliquid adferatur, vulgato ſimus contenti. — *Ibid.* εἰς Παρνασσόν. — „Pro Παρνασσὸν, Ἀμισὸν reponendum opinamur, quæ urbs Ponti eſt, dierum ſex iter ab Haly fluvio diſtant." VRSINVS. — Perſpecte vero REISKIVS:

„Παρ-

„Παρνασσὸν, ait, restitui debere, quod fuit in Vrsini codice, pro Ἀμισὸν, [quod in contextu erat editum,] recte monuit Wesseling. ad Itinerar. p. 867. [p. 576. scribere voluerat] & p. 700. *Parnassus* est oppidum Cappadociæ. Conf. Constantini Porphyrogen. Ceremon. p. 460. Turbavit hic loci Vrsinus geographicas Galatiæ & Phrygiæ rationes, & temere secuti eum sunt editores Polybii, qui post venerunt. Sic paulo post [*Vers.* 9.] pro Καμισέων, quod fuit in ejus codice, reposuit Ἀμισέων. Atqui absurdum, cum paulo ante dixisset auctor castra venisse ad Amisum, rursus dicere, ea venisse in regionem Amisenorum. Restitui debebat Μωκισσέων. *Mocissus* est metropolis Cappadociæ in omnibus Notitiis Sedium Episcopalium. vid. Ceremoniale idem l. c. & Wesseling. ibid. p. 701. qui tamen p. 576. in hoc loco restituendo alias iniit vias." — Quod Ἀμισέων apud VRSINVM editum est, contra mentem editoris esse, docet ejusdem ad hunc locum Nota: „εἰς Ἀμασέων χώραν, ait, reponendum opinor, pro eo quod est in exemplari, εἰς τὴν Κάμησον χώραν. Est autem Ἀμάσεια & ipsa urbs Ponti, Strabonis Stoici philosophi patria." — WESSELINGIVS p. 576. improbans Vrsini conjecturam, hanc adjecit rationem: „partim quod longius Pontum versus *Amasia* sit remota; tum etiam, quod Cappadociæ apud Ptolemæum lib. V. c. 6. præfectura Χαμάνης, sive ut in Palat. & Coislin. est codice, Χαμάννησος, longe melius quadret. Posses ceteroquin (ait) de *Saramene* ultra Halyn apud Strabon. lib. XII. p. 546. cogitare, nisi Ponto fuisset propior." — Reiskii sententiæ, præter situs rationem, favet etiam, quod facile sic intelligitur erroris origo; nam sicut frequenter librarii nostri vocales α & ω inter se permutarunt, ut vulgatissimam taceam vocalium η & ι confusionem, sic minime mirum est, si in obscuro nomine festinans & negligens librarius sedem literarum κ & μ inter se permutavit.

Vers. 8. Vers. 9.

Vers. 10. τοὺς ἐκ τῆς Ῥώμης πρεσβευτάς. Vide cap. 2, 8. Vers. 10.

Verf. 11. *Verf.* 11. Ἄτταλον μὲν ἐξαπέστειλε. conf. notata ad verf. 4. — *Ibid.* τὰς δυνάμεις ἐδιπλασίαζε. Mirum vero utique videri debet, quo pacto, tam procul quum domo abeffet, fubito *duplicare copias* potuerit. Quare vide, fatin' fanum verbum ἐδιπλασίαζε, aut fatis ne integra oratio fit. Forte hoc dicit, copias, quas in duos exercitus diftributos habuerat, in unum contraxiffe.

Verf. 13. *Verf.* 13. τῶν Ῥοδίων ἐπισπασ. Conf. notata ad c. 4, 4. *Ibid.* καὶ Φιλοτίμως. — „Aut deeft aliquid poft καί, e. c. παρακαλούντων, aut delendum eft καί." REISKIVS. — Immo optime habet vulgatum: nil familiarius Polybio ufu ifto particulæ καί. Vide ad I. 20, 6. III. 40, 9. &c. Ceterum, quæ hoc verfu continentur, ea nimis in breve contracta fuiffe ab Epitomatore adparet.

Cap. VI. CAPVT VI.

Verf. 1. *Verf.* 1. Γενομένων συνθηκῶν πρὸς ἀλλήλους. Correxit Vrfinus, cum σκυθικῶν pro συνθηκῶν darent mssti. συνθήκας vero nunc non effe *pacem confectam*, fed *inducias*, intelligitur ex verf. 3. Eclogam hanc ad annum fequentem pertinere, docet ipfum argumentum, quo de Legatis Romæ auditis & de rebus in Italia geftis (verf. 9.) agitur, a quibus rebus incipere cujufque anni hiftoriam folet. — *Ibid.* οἰκείαν. οἰκίαν Bav.

Verf. 2. *Verf.* 2. πέμπειν τοὺς ἀδελφοὺς ἅπαντας εἰς τὴν Ῥώμην. Mirum eft, hanc legationem filentio præteriiffe Livium. Memoriam ejus non infuper habuit Diodorus Sicul. cujus conferenda Legatio XIV. Tom. II. ed. Weffel. p. 622 fq. Livius XLII. 11. ad annum 582. narrat, eo anno Eumenem regem Romam veniffe, exceptum cum fummo honore. Ait autem, Valerium Antiatem fcribere, Attalum veniffe, non Eumenem. Fortaffe Antias hanc Attali & minorum natu fratrum legationem cum illa Eumenis confuderat. Sufpicio oboriri poteft, Attali hanc fratrumque legationem, de qua nunc agitur, relatam a Livio fuiffe ad confules anni 576. & memoriam ejus intercidiffe cum aliis ejufdem anni

rebus

rebus, quarum expoſitio apud illum ſcriptorem cum exordio libri XLI. injuria temporum intercidit.

Verſ. 3. *πέρας ἐπιθήσειν.* Sic recte ed. Caſaub. (apud quem quidem operarum errore *ἐπιθήσεν* ſcribitur) & ſeqq. *ἐπιθήσων* contextus Vrſini; pro quo in Notis *ἐπιθῆσαι* reſtituendum ille cenſuerat. *ἐπιθήκειν* Bav. in contextu; ſed ipſum *ἐπιθήσειν* inter lineas ab eadem manu. — *Ibid. ὑπάρχουσιν αὐτῷ.* Perperam *αὐτῶν* Vrſin. cum msstis. Correxit Caſaub. Verſ. 3.

Verſ. 4. *προθύμων. προθύμως* Bav. Verſ. 4.

Verſ. 6. *καὶ γὰρ ξένια καὶ παροχὰς - - - ἀπήντησεν. ἀπήντησαν* Bav. non male, ſi præceſſiſſet *ἐξέθηκαν*, pro *ἐξέθηκεν.* — „Livius lib. XXVIII. [c. 39. extr.] *Locus inde lautiaque legatis præberi juſſa.* Et in veteri apud me Senatuſconſulto, quod eſt in ænea tabella inciſum: MVNVSQVE. EIS. EX. FORMVLA. LOCVM. LAVTIAQVE. Q. VRB. EIS. LOCARE MITTEREQ. Et ut græca etiam verba ejuſdem Senatuſconſulti ſubjungamus: ΞΕΝΙΑ ΤΕ ΑΥΤΟΙC ΚΑΤΑ ΤΟ ΔΙΑΤΑΓΜΑ ΤΟΠΟΝ ΠΑΡΟΧΗΝ ΤΕ ΤΟΝ ΤΑΜΙΑΝ ΤΟΝ ΚΑΤΑ ΠΟΛΙΝ ΤΟΥΤΟΙC ΜΙCΘΩCΑΙ ΑΠΟΣΤΕΙΛΑΙ ΤΕ &c. Feſtus, Dautia *dicebant veteres, quæ* Lautia *dicimus:* dabantur legatis hoſpitii gratia." VRSINVS. — Adde quæ a Dukero & Drakenb. ad Livii locum cit. notata ſunt. — *Verſ.* 7. *ἀνενεώσαντο. ἀνανεύσατο* Bav. Verſ. 6.

CAPVT VII. Cap. VII.

Verſ. 1. *Πτολεμ. ὁ βασιλεύς. ὁ* caret Bav. — *Ibid. ἐπαγγελλόμενος.* Sic Caſaub. & ſeqq. *ἐπαγγελόμενος* Vrſin. *ἐπαγγελλόμενον* Bav. — *Verſ.* 2. *ἀσμένως ἐπεδέξαντο τὴν ἐπαγγελίαν.* Seleuci tamen ſimillimum oblatum reſpuerant XXIII. 7, 4. & c. 9, 13. Fortaſſe quia donum a Syriæ rege acceptum ſuſpectos Achæos facere potuerat Romanis; non item donum acceptum a Ptolemæo, Romanorum amico. Verſ. 1.

Verf. 3. *Verf.* 3. τοὺς ἅμα μέν. καὶ τοὺς ἅμα μὲν εὐχαριστ. ed. Cafaub. & feqq. perperam & invitis msstis. — *Ibid.* περὶ τῶν ὅπλων &c. Vide XXIII. 9, 2. — *Ibid.* Quinque verba, τὰ πλοῖα καὶ πρόνοιαν ποιησομένους defunt Bav.

Verf. 5. *Verf.* 5. νεώτερον ὄντα τῆς κατὰ τοὺς νόμους ἡλικίας. Id eft, nondum XXX annos natum. Vide Valefii Adnot. ad XXIV. 9, 3. — *Ibid.* διὰ τὸ τὴν τότε συμμαχίαν. διὰ τὸ τήν τε συμμαχίαν Bav. rectius fortaffe.

Verf. 7. *Verf.* 7. μεταλλάξαι τὸν Πτολεμαῖον περὶ τοὺς καιροὺς τούτους. Ptolemæum Epiphanem mortuum effe hoc anno ab V.C. 574, ad quem Eclogam hanc retulimus, confentit Simfonus in Chronico Vniverfali. Ibi Weffelingius probatiorem fibi videri Petavii rationem ait, ad annum fuperiorem referentis: quo jure, videant quibus vacat.

Cap. VIII. CAPVT VIII.

Verf. 1. *Verf.* 1. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς &c. Totum hoc caput Lexico fuo inferuit Suidas, voc. χαίρων. Vide XXIV. 4, 5. & XXV. 2, 4. ibique notata. Ex pofteriore hoc loco intelligitur, ad annum 574. referendam hanc eclogam, quia anno 573. Romam fuerat miffus: nam de priori legatione, quam A.V. 571. obierat, agi h.l. non poteft, quia feries eclogarum vetat, ne ad annum 572. hæc ecloga referatur.

Verf. 6. *Verf.* 6. θεωρῶν τὸ γιγνόμενον. Sic pro more fcripfimus, cum effet τὸ γινόμενον, in quod confentit Suidæ vetus editio Mediol. τὸ γενόμενον Suidas Küfteri.

Verf. 7. *Verf.* 7. ὁ στρατηγός. — „Is eft Philopoemen. Quod hic narrat Polybius, id videtur accidiffe A.V. 564. Nihilominus tamen fragmentum hoc partem facit elogii, quo Polybius condecoravit Philopoemenem, mortuum anno 570." REISKIVS. — Quo pacto hæc Ecloga pro parte haberi poffit elogii *Philopoemenis*, haud fane fatis adparet; quandoquidem, fi vel maxime largiremur, *prætorem* illum *Philopoemenem* effe, tamen nonnifi ex occafione earum rerum, quæ de *Chæronone* ex profeffo narrantur, prætoris

toris illius fit mentio. Tum vero Philopoemenis elogium persecutus est Polybius in rebus anni 571. quo mortuus est Philopoemen. XXIV. 9. Atqui eodem anno 571, non anno superiori, primum Romam legatus fuerat Chæron. XXIV. 4, 5. confer supra ad vers. 2. Quod vero hanc rem accidisse A. V. 564. (id est, ex nostra ratione, anno 565. quo exsules Spartam reduxit Philopoemen) ait Reiskius, parum id utique probabile est. Quod *vers.* 3. *de agris* dicit, *propinquis exsulum a Chærone ademtis, quos agros tyranni eis fruendos permiserant;* intelligendum videtur de veteribus exsulibus, a Philopoemene quidem anno 565. in urbem reductis, sed nuper a Spartanis rursus ejectis, XXIV. 5, 18. cum quorum propinquis sævius nunc egit Chæron, quam olim egerant tyranni. Nobis suspicio oborta fuit, *prætorem* illum Achæorum, qui nunc memoratur, *Aristænum* fortasse fuisse, de quo agitur capite seq. Vers. 7.

Vers. 8. *Φροντίσαι δέ.* Perperam *Φροντίσας δὲ* Suidas Küsteri. Recte edit. Mediol. cum editt. Polybii. Vers. 8.

CAPVT IX. Cap. IX.

Vers. 1. *Φιλοποίμενα καὶ Ἀρίσταινον.* Quanam occasione hanc *inter Philopoemenem & Aristænum comparationem* instituerit Polybius, non liquet. Ad Philopoemenis elogium non magis hoc caput, quam caput præcedens, pertinere videtur. An Aristænus prætor fuit hoc tempore Achæorum, is qui cap. præc. vers. 7. memoratus est? An mortuus hoc anno Aristænus est, ut de ingenio, moribus & instituto hominis ea occasione, ut solet, disseruerit scriptor? Posthac certe nulla amplius ejusdem fit mentio. De *nomine Aristæni* diximus ad XVII. 1, 4. De ingenio & instituto hominis confer XXIII. 9 seq. Ceterum totam hanc Eclogam habet Suidas in Ἀρίσταινος. — *Ibid. οὔτε τὴν Φύσιν ὁμοίαν σχεῖν.* οὐ τὴν Φύσιν μίαν ἔχειν Suidas. Vers. 1.

Vers. 3. *τοῦτο διέΦερεν.* *τούτῳ* Vrsin. ex conject. in ora, in Polybii Fragmentis, quas Eclogis subtexuit. Vers. 3.

Verf. 4. *Verf.* 4. ὁ μὲν Ἀρίσταινος. ὁ μὲν Ἀρισταίνετος h. l. habet Suidas, qui verf. 1. cum cod. Peirefc. confentit. *Verf.* 5. ἀντιπίπτοι τις. ἀντιπίπτοι τι Vrfin. in ora, ex conject.

Verf. 6. *Verf.* 6. τῶν προκαλουμένων. Haud cunctanter παρακαλουμένων erat reponendum: fic XXVI. 1, 3. & conftanter aliâs. πρὸ & παρὰ pariter confufa vidimus XXIV. 8, 11.

Verf. 7. *Verf.* 7. δεῖν δικαιολογεῖσθαι. — „In msto codice & in Suidæ lexico legitur δεῖν δίκαιον ἡγεῖσθαι abfque fenfu. Itaque Cafaubonus inter Fragmenta Polybiana hunc locum cum referret, edidit δικαιολογεῖσθαι, quod & nos fecuti fumus." VALESIVS. — Vrfino accepta referenda hæc emendatio, quam ad oram adnotavit in Polybii Fragmentis p. 245.

Verf. 8. *Verf.* 8. οἷον ἐπιμαρτυρομένους. Præfidium invenit illa particula οἷον in XXVI. 3, 6. ubi fimiliter ait ὡσανεὶ προδιαμαρτυρομένη vel προσδιαμαρτ.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XXVI.

RELIQVIAS.

CAPVT I.

Series Eclogarum de Legationibus docet, hanc Eclogam LVIII. agere de re post annum 574 (ad quem pertinebant Ecl. LVI. & LVII.) gesta; nam agitur hic de legatione Romam ab Achæis missa, quae decerni quidem & mitti potuit eodem anno 574. sed Romæ non ante sequentis anni initium a novis consulibus in senatum introducta est. Neque vero longius, quam in annum post 574. proxime sequentem, rejicienda visa est eadem hæc Ecloga, quoniam agitur de re, quam jam pridem atque sæpe Achæis commendaverat senatus Romanus, nempe *de reliquis ex veteris Spartæ exsulibus in patriam restituendis.* De rebus autem anni ab V.C. 575. egisse Polybium *Libro XXVI,* discimus ex Athenaei loco illo, quam ad cap. 5, 7. proferemus. A quo anno quum nova incipiat Olympias, ab ejusdem anni rebus, qui est annus primum Olympiadis CL. coeptum esse hunc librum a Polybio, consentaneum mihi visum erat. Lib. XXVI. Cap. I.

Vers. 1. Ὑπερβάτου. Ὑπερβατοῦ Bav. — *Ibid.* γεγραμμένων. Non damno γραφομένων, quod habet Urs. Vide vers. 4 seq. Sed quoniam id quod commodius est dedit Bav. (in quo nihil umquam ex librarii ingenio Vers. 1.

 muta-

mutatum observavimus) non respuendum putavimus. — *Ibid.* ὑπὲρ τῆς τῶν ἐκ Λακ. Si abesset articulus τῆς, neutiquam desideraretur nomen καθόδου.

Vers. 2 sqq. *Vers.* 2. ἀκληρεῖν δοκοῦσιν. ἐκληρεῖν δικοῦσιν Bav. *Vers.* 3. διδάξῃ. διάξῃ mssti, qui tamen mox vers. 4. in verum consentiunt. — *Vers.* 4. τὴν κοιν. συμπ. τὴν κοινὴν τὴν συμπολιτείαν Bav. Temere συμπολιτίαν Vrsinus. *Vers.* 5. διότι καλῶς. διότι καὶ ὡς Bav. — *Vers.* 7. λέγει. λέγειν Bav.

Vers. 8. *Vers.* 8. Καλλικράτην Λεοντήσιον. *Leontesium* scripsit Casaubonus: ex analogia grammatica *Leontensem*, putamus debuerat. Miramur vero in græco etiam terminationem illam, cum Λεοντῖνος aliâs gentile formater. — *Ibid.* Λυδιάδαν. Λυσιάδαν est in contextu Vrsini; in Notis vero Λυσιάδην scribit, & — „sic emendavimus, ait, cum in exemplari Λυδιάδα scriptum esset." — Nos jam aliâs monuimus, in codicibus nostris literas δ & σ ita sibi similes sæpe esse, ut, utram scribere voluerit librarius, vix dignoscas. Bene ad h. l. REISKIVS notavit: „Est quidem *Lysiades*, qui p. 182. [lib. II. c. 44.] & deinde commemoratus est, ab hoc Megalopolitano diversus; idem tamen nomen est. Vt ergo ibi consenserunt plerique in *Lydiadas*, ita hoc quoque loco servari debebat ab Vrsino codicis sui scriptura Λυδιάδαν." — Vide notata ad l. c. — *Ibid.* Σικυώνιον correxit Vrsin. Ἰώνιον mendose mssti. conf. XXV. 7, 3. Idem *Aratus* anno superiori in eo fuerat, ut Alexandriam legatus proficisceretur.

Cap. II.

CAPVT II.

Vers. 2. *Vers.* 2. μήτε στήλην. Non permutaverimus hoc cum μήτε τὰς στήλας, quod voluit Reiskius.

Vers. 4. *Vers.* 4. νικητικωτέραν. Sic edd. cum msstis. κινητικωτέραν Vrsinus ex sua conjectura ad marginem adnotavit; quod Reiskius, cum ex codice Vrsini petitum putaret, pro vera lectione habuit, quam mutari non debuisse ait, hac adjecta totius loci interpretatione: „*hanc sententiam apud vul-*

vulgum esse (h.e. haberi) *multo digniorem Achaico nomine, & multo ad vulgum impellendum atque stimulandum acriorem gravioremque.*" — At nil opus est, ut a codicum scriptura discedamus. Vulgatissima formula Græci, ut Latini, dicunt, *hæc sententia vicit.* Præterea cum vocab. κινητικωτέραν requirebatur potius genitivus τῶν πολλῶν, quam ἐν τοῖς πολλοῖς. Verf. 4.

Verf. 6. γίγνηταί τις ἐπισημασία. Casaubonus: *quod si aliquam senatus daret significationem.* At voluntatem suam jam satis significaverat senatus, & aliquid gravius nunc intelligitur. Scilicet verbum ἐπισημαίνεσθαι, unde vocabulum illud derivatur, generatim *notare, observare, animadvertere* significat; tum vero plerumque quidem in bonam partem accipitur pro *notare cum adprobatione, probare;* nonnumquam vero in partem deteriorem, *notare cum improbatione*, ut II. 61, 1. VI. 6, 5. atque etiam *notare inflicta poena,* ut in illo fragmento apud Suidam, quod in Polybii Fragm. Gramm. num. LVIII. relatum est: τοὺς μὲν χάρισι, τοὺς δὲ κολάσεσιν, ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις παράδειγμα εἶεν, ἐπισημαίνεσθαι. quam in partem latine *animadvertere in aliquem* dicimus. Eadem ratione nomen ἐπισημασία in utramque partem usurpatur, & est alia ἐπισημασία εὐνοϊκὴ VI. 6, 8. alia vero huic contraria, quæ idem valet ac κατάγνωσις καὶ προσκοπὴ, *improbatio, vituperatio, improbationis & indignationis significatio*, atque etiam ipsa *castigatio atque pœna.* Et in istam deteriorem partem h. l. id vocabulum (quemadmodum fere Latinorum *animadversio*) accipiendum erit: qua fere ratione & vocab. ἐπιστροφὴ generatim quidem *curam & animadversionem quamcumque,* (conf. hoc cap. vs. 10.) sed & *castigationem* atque etiam *pœnam* significat, velut IV. 4, 4 & 8. XXV. 6, 7. Verf. 6 sqq.

Ibid. τὴν Ῥωμαίων. Corrupte τὴν Ῥωμαίους Bavar. *Verf.* 8. ἀπονεύσειν. ἀπονεῦσαν idem. — *Ibid.* καλλίω. καλλίων idem. — *Verf.* 8. προσφερ. δίκαιον. προσφερομ. καὶ δίκαιον Bav. — *Ibid.* μεγίστων τυγχάνειν τιμῶν. τυγχάνει codex Ursini. τινῶν pro τιμῶν Bav.

Verf.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. εἰ μὲν οὖν διακόρως ἔχουσιν ὑπὲρ τοῦ πειθαρχεῖν αὐτοῖς τοὺς Ἕλληνας. διακόρως a ſe emendatum eſſe diſerte ait Vrſinus, cum διαφόρως fuiſſet in exemplari, ſicut in cod. noſtro Bav. REISKIVS vero: „Rectum erat, ait, διαφόρως. Nam διακόρως ἔχειν ὑπέρ τινος græcum non eſt, ſed τινὸς ſimpliciter. διαφόρως ἔχειν cohæret cum τοῖς γεγραμμένοις, & conſtructio hæc eſt: εἰ διαφόρως ἔχουσιν (hoc eſt, διάφορα βούλονται καὶ διανοοῦνται τοῖς γεγραμμένοις ὑφ' ἑαυτῶν) ὑπὲρ τοὺς Ἕλληνας πειθαρχεῖν καὶ συνυπακούειν αὐτοῖς. *Siquidem contraria ſentiunt voluntque ſuis ipſimet ſcriptis edictis, quibus præcipitur Græcis ut obediant & obſecundent omnes.*" Quæ nobis ſententia non ſolum per ſe dura & incommoda videtur, ſed & e verbis iſtis ægre admodum elicienda, quandoquidem verba τοῖς γραφομένοις manifeſte a συνυπακούειν pendent, &, niſi vim inferas orationi, non poſſunt ad διαφόρως ἔχειν referri. Denique ipſa dictio, διαφόρως ἔχειν τοῖς γραφομένοις, pro *contrarium ſentire ſcriptis*, veremur, ne ab uſu ſermonis prorſus aliena ſit. Caſaubonus, tenens Vrſini emendationem, διακόρως ἔχουσιν, interpretatus eſt, *ſiquidem igitur non curarent Romani, dicto ſibi audientes ut eſſent Græci;* commodiſſima utique ſententia, ſed quæ quo pacto græcis verbis ineſſe poſſit, difficile dictu fuerit; cum διακόρως ἔχειν ὑπέρ τινος, ſi modo ulla ratione ita dici græce potuit, nil aliud ſignificare poſſit, niſi *ſatietate alicujus rei defeſſum eſſe*, quemadmodum interpretatus eſt Erneſtus in Lexic. Polyb. Quæ nos omnia denuo reputantes, perſuaſum habemus, nec διακόρως verum eſſe, nec διαφόρως, ſed codicum hanc ſcripturam haud longe a veritate abeſſe. Pro ΔΙΑΦΟΡΩϹ, lege ΑΔΙΑΦΟΡΩϹ; & omnia recte habebunt, eadem ſententia quam Caſaubonus expreſſit. ἀδιαφόρως ἔχω περὶ τούτου idem ſonat ac ἀδιαφορέω, quo verbo alibi utitur Polybius noſter, XXXI. 22, 10. *non curo hoc, juxta habeo, indifferens eſt mihi hoc.*

Verſ. 11. *Verſ.* 11. εἰ δὲ μὴ, σαφῶς εἰδέναι &c. Rectiſſime ſic Bav. & miror ni & Vrſini codex, de quo tamen tacuit h. l. edi-

editor. *σαφῶς γὰρ εἰδέναι* Casaubonus interpretatus est, *certo enim scire se;* recte ad vulgatam lectionem: sed ex ea, quam Bav. dedit, sic oportebat, *sin minus, certo scire eos debere.* — *Ibid.* *ὃ καὶ νῦν ἥκει γενόμενον.* Sic scripsimus cum Bav. *γινόμενον* Vrs. Præteritum tempus desiderari videbatur: & *ἥκει* etiam persæpe præteriti notionem habet. Vers. 11.

Vers. 12. *πολλὰ ποιήσαντος Κοΐντου Μαρκίου* &c. Confer XXIV. 10, 8 seqq. Vers. 12.

Vers. 13. *αἰκισαμένους πᾶσαν αἰκίαν.* Calumniatur id quod fecit Lycortas. Conf. notata ad XXIV. 12, 13. Vers. 13.

Vers. 14. *πεποιῆσθαι. πεποιεῖσθαι* Bavar. pervulgato errore. Vers. 14.

CAPVT III. Cap. III.

Vers. 2. *οἱ Φυγάδες.* Conf. ad XXV. 2, 8. & loca ibi citata. Vers. 2.

Vers. 3. *τούς γε τοῖς αὐτοῖς δόγμασι συνηγοροῦντας.* Errore operarum nostrarum irrepsit *αὐτοῖς*, pro *αὐτῆς*, quod recte habent edd. cum msstis. In Notis tamen Vrsini verba ista ita citantur, quasi *τοῖς αὐτοῖς* in contextu legeretur aut legendum esset: falso, & id ipsum errore operarum Plantini factum putamus. Ceterum pro *τούς γε*, mendose *τῷ γε* habet Bav. & sic etiam in Vrsini codice fuisse videtur: certe, corruptum fuisse hunc locum in exemplari, ipse Vrsinus ait. Vers. 3.

Vers. 4. *πολιτεύμασιν.* Corrupte *πολιτεύεσθαι* Bav. in contextu, sed veram scripturam in marg. habet ab ead. manu. — *Ibid.* *τοὺς δὲ καὶ δικαίως.* — „Forte *καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως προστρέχοντας.*" REISK. — *Ibid.* *προστρέχοντας* correxit Casaubon. *προτρέχοντας* Vrsin. Vers. 4.

Vers. 5. *εὐπορεῖν.* Mendose *εὐποιεῖν* Bav. — *Ibid.* *ἀληθινῶν. ἀληθινῶς* idem. Vers. 5.

Vers. 6. *συνεπισχύειν.* Casaubonus, *vires contenderent.* Rectius, *juvarent eos,* vel *juvarent reditum eorum.* nempe intelligendum *τοῖς Φυγάσι*, vel *τῇ καθόδῳ αὐτῶν.* Vers. 6.

Vers.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις καιροῖς. — „Forte ἐπισφαλεστάτοις, *temporibus maxime periculoſis, ſuſpicioſis, diſcriminis pleniſſimis.*" REISKIVS. — „Graviſſimus error in græcis eſt, quem nemo vidit: ſcribendum ſine dubio ἐν τοῖς ἐπισφαλεστάτοις καιροῖς, *in periculoſiſſimis temporibus;* quod vel loci ſenſus confirmat. Notus verſiculus: *amicus certus in re incerta cernitur.*" TOVP *in Emendatt. in Suid. Part. II. p. m. 183. ad vocab.* Ἰσολογία. Nempe Reiſkium non conſultaverat Britannus criticus. Sed pace doctiſſimorum virorum dixerimus, emendatione iſta, quantumcumque habeat ſpeciem, commodiſſime ſuperſedemus. Sicut VI. 44, 7. τοὺς ἐπιφανεστάτους χειμῶνας dicit ſcriptor noſter, id eſt, *tempeſtates maxime inſignes, maxime notabiles, memorabiles:* ſic nihil impediebat, quo minus τοὺς ἐπιφανεστάτους καιροὺς, *tempora maxime inſignia, maxime notabilia*, diceret. Et eo minus opus erat, ut ad ſignificandam *periculoſitatem*, ut ſic dicamus, temporum uteretur vocabulo ἐπισφαλής, quoniam nomen καιροὶ per ſe, ut jam ſæpius obſervavimus, *pericula* denotat. Immo ſignatam etiam & opportuniſſimam vim habet illud ipſum adjectivum ἐπιφανέστατοι, quaſi dicat *tempora maxime conſpicua,* nempe ubi quam maxime illuſtrari, conſpicua fieri, & in luce poni fides ſociorum poterat. Simili quadam ratione vocabulo λαμπρὸς utuntur cum alii græci ſcriptores, tum idem Polybius noſter: veluti λαμπρὸς κίνδυνος, *inſigne periculum*, I. 45, 9. Sic Appian. Civ. II. 116. κινδυνεύειν λαμπρῶς *inſigne adire periculum* dixit.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ἔτι δὲ τοῦ τῶν Ἀχαιῶν &c. Quum a verbis ὅτι δὲ vulgo inciperent periodum, ſuſpenſa in fine erat oratio; quare poſt μεταβολῆς puncta nonnulla, ut hiatus ſignum, interſeruit Caſaubonus. Reiſkius vero non ibi eſſe lacunam ait, ſed in fine poſt θράσος, & ſupplenda ſuſpicatus erat hujuſmodi quædam verba, ἐκ τούτων φανερόν ἐστι. Nobis, ſi pro ὅτι δὲ legeretur ἔτι δὲ, omnia recte habere, nec deeſſe quidquam, probabile admodum

factum

factum erat. Sed||nunc quidem, relegentes & denuo expendentes totum locum, conjecturæ isti præpropere ac temere nos indulsisse intelligimus: sane vim nullam videmus, quæ particula ἔτι commode inesse possit, præsertim si deinde tenemus (ut tenenda est) codicum scripturam ἀφ' ὧν ἡμεῖς ἱστοροῦμεν χρόνων, id est, *a quo tempore nostra incipit historia;* quæ verba referuntur ad ea quæ *de instaurato & amplificato foedere Achæorum* libro secundo Historiarum suarum exposuerat. Neque vero eo magis rursus Casauboni aut Reiskii probanda ratio videtur, quarum neutra satis commoda est. Sententia proxime sequens *Vers.* 11. rursus ab eadem particula ὅτι incipit, ubi rursus nihil, quo illa referatur, aut quod ad membrum orationis ab ὅτι incipiens, velut apodosis ad protasin referatur, comparet. Quæ nos considerantes, ita plane statuendum putamus, particulam illam & hoc vers. 10. & vers. 11. eodem pertinere, quo pertinet eadem particula, initio cujusvis Eclogæ a compilatore (tam in Eclogis de Legationibus, quam in illis de Virt. & Vitiis) poni solita; quam ob id ipsum constanter nos omisimus, quia non a Polybio, sed a compilatore est, & refertur ad id quod interdum diserte adjecit compilator, sed plerumque intelligendum lectori reliquit, nempe Φησὶν ὁ Πολύβιος, & sic in aliis Eclogis ex aliis scriptoribus excerptis, Φησὶν ὁ Δίων, ὁ Διόδωρος &c. Suspicamur igitur, & pæne persuasum habemus, Polybium hoc loco, ex occasione eorum, quæ de Callicratis proditione dixit, varias (ut solet, ubi in ejusmodi aliquem locum incidit) observationes variaque monita cumulasse; quas observationes compilator noster, qui non nisi ea potissimum, quæ ad Legationes pertinebant, excerpere debuit, plerasque prætermisit, unam modo & alteram ex ceteris selegit, & suum illud ὅτι pro more præposuit. Sententia quæ hoc vers. 10. continetur, in connexione cum superioribus, quæ prætermissa ab epitomatore sunt, his verbis putamus a Polybio efferebatur: τοῦ δὲ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους &c. Igitur pro ea ratione, quam nos ceteroquin Vers. 10.

in

Verſ. 10. in concinnandis his Hiſtoriæ Polybianæ laceris reliquiis tenuimus, fuerat poſt Ἀντίοχον in fine verſ. 9. *aſteriſcus* unus aut alter interferendus, deinde ſic ſcribendum: Τοῦ δὲ τῶν Ἀχαιῶν &c. uſque τὸ Καλλικράτους θράσος. Poſt ηὐξημένου autem commodius deleretur comma, poſt χρόνων vero commodius poneretur comma pro puncto. Tum vero poſt θράσος rurſus, interjecto uno aut altero aſteriſco, ſic erat pergendum: Ῥωμαῖοι, ὄντες ἄνθρωποι &c. ηὐξημένου merito correxit Caſaub. & ſic habet Bav. Mendoſe ηὐξαμένου Vrſin.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. ὅτι Ῥωμαῖοι &c. Vide modo notata ad verſ. 10.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. κατὰ τοὺς ἐνεστῶτας καιρούς. κατὰ τοὺς ἐνεστῶτα δίκαια περὶ habet Bav. & omiſit octo verba interjecta. *Ibid.* πράγμασιν immerito ſolicitavit Reiſkius, προστάγμασιν conjiciens. — *Ibid.* συνεπισπασάμενος τὰ κατὰ Μεσσηνίους, *ſimul huc trahens rationem qua cum Meſſeniis actum erat.* vide cap. 2, 12 ſq. τὰ a ſuo cod. abeſſe teſtatur Vrſinus, & abeſt pariter a Bav. recte adjectum ab editore. Idem vero Vrſinus locum hunc in Notis ita citat, quaſi συνεσπασάμενος ſcriptum fuiſſet in ipſius codice, pro quo placere ſibi συνεπισάμενος ait; & hoc ipſum recte editum eſt in ejus contextu, neque vero aliter (ni fallimur) habet Bav. — *Ibid.* οὐδ᾽ ἐνεκάλουν bene Caſaubonus. οὐδὲν ἐκάλουν Vrſin. cum msstis. — *Ibid.* οἱ Ῥωμαῖοι. Articulum οἱ, qui aberat vulgo, dedit Bav. — *Ibid.* τὸν ἀπὸ Ῥωμαίων φόβον. Conſtanter iſta præpoſitione eo modo utitur. vide II. 23, 3. II. 59, 8. &c.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. διὰ τὸ μηδὲν εἰδέναι &c. *quod nihil quidquam eorum populus ſciret, quæ revera ille in ſenatu dixiſſet.* Mirum vero, neminem ex ejuſdem legationis collegis populum hoc docuiſſe: nempe metu putamus hominis, Romanorum poteſtate confidentis, terrebantur. — *Ibid.* ἡρέθη. Mendoſe εὑρέθη Bav. — *Ibid.* πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς καὶ δωροδοκηθείς. Caſaubonus: *ut cetera ſileam vitia, etiam munerum largitione corruptus.* Et ea ſane eſt vis verbi δωρο-

δωροδοκεῖσθαι, *munera accipere, muneribus corrumpi.* Sic XXIII. 8, 3. REISKIVS vero: „Non (ait) *corruptus largitione*, ſed *ea uſus*. vid. p. 1247. Solet tamen in activo potius hoc verbum uſurpari, *δωροδοκεῖν τινα*, *aliquem largitionibus corrumpere*. An ergo legendum *δωροδοκήσας*?"— Immo *δωροδοκήσας*, ſi abſolute ſine accuſativo fuiſſet poſitum, pariter *munera accipientem*, *muneribus corruptum*, denotaret. Verſ. 14.

CAPVT IV. Cap. IV

Verſ. 1. *τριακοσίους.* Corrige operarum erratum, & *τριακοσίας* reſcribe. De rebus vero a Graccho in Hiſpania geſtis vide Livium XL. 47-50. & Appian. Hiſp. c 43. Verſ. 1.

CAPVT V. Cap. V.

Verſ. 1. Περσεὺς ἀνανεωσάμενος τὴν φιλίαν. Livius XL. 58. *Perſeus potitus regno, dum firmaret res, legatos Romam ad amicitiam paternam renovandam miſit.* Totam hanc Eclogam habet Suidas in Περσεὺς, & partem ex exordio decerptam repetiit idem in Κατακαλῶν, & in Δημοκοπεῖν καὶ Ἑλληνοκοπεῖν. — *Ibid.* ἐπεβάλλετο recepimus ex Suida in Κατακαλῶν & in Δημοκοπ. ἐπεβάλετο editiones Polyb. ex cod. Peir. cum Suida in Περσεύς. — *Ibid.* τοὺς τὰ χρέα φεύγοντας. — „Suidas rectius διὰ τὰ χρέα." VALESIVS. — Eamdem emendationem ſuo calculo comprobavit Reiſkius. Nobis vero, ſicut φεύγειν γραφὴν, φεύγειν δίκην & ſimilia dicunt Græci, ſic & φεύγειν τὰ χρέα dici potuiſſe probabile viſum erat, pro *æris alieni nomine poſtulari*, aut etiam *fugere æris alieni cauſſa.* Quo accedit, quod apud Suidam præpoſitionem διὰ neque in Περσεὺς, neque in Κατακαλῶν, ubi iſta verba repetuntur, nec princeps editio Mediolanenſis, nec Veneta, nec Küſteriana habet: quo magis dubitavimus eam adjicere. Ait quidem Küſterus in Notis ad voc. Κατακαλῶν: „Infra v. Περσεὺς rectius ſcriptum eſt τοὺς διὰ τὰ χρέα φεύγοντας." Sed ibi nullum ejus præpoſitionis veſtigium adparet.

Verf. 1. ret. — *Ibid.* πρὸς καταδίκας ἐκπεπτωκότας. Sic Suidas in Περσ. & in Κατακαλ. recte. πρὸς, *intuitu*, *respectu*, *ob*, *propter*; de quo usu hujus præpositionis diximus ad V. 27, 4. *Ibid.* παρακεχωρηκότας. Pro Μακεδονίαν, quod ante hoc verbum, vulgo ex codicis Peiresc. præscripto legebatur, Μακεδονίας scribendum monuit Valesius. Nos, cum modo præcessisse videremus κατακαλῶν εἰς τὴν Μακεδονίαν, probavimus Reiskii sententiam, qui recte abesse illud nomen a Suidæ lectione judicavit.

Verf. 2. *Verf.* 2. τὸ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἱερόν. — „Sic emendavi, cum in mf. codice Σιτωνίας legeretur. *Itoniæ Minervæ fanum* fuit celebre in Boeotia, teste Polybio lib. IV. [c. 25, 2.] & Strabone lib. IX. [p. 435.] & Scholiaste Apollonii lib. I. [vſ. 551. & 721.] qui quidem templum id Coroneæ fuisse affirmat. Fuit & *Fanum Minervæ Itoniæ* sive Itonidis in Thessalia, dictum ab Itone [immo ab *Itono*] Deucalionis filio, teste eodem. Stephanus, [in Ἴτων, πόλις Θεσσαλίας·] Λέγεται καὶ Ἴτωνος, ἀπὸ Ἰτώνου ἥρωος, ἀφ' οὗ καὶ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ, ἥτις καὶ Ἰτώνη. lege Ἰτωνίς." VALESIVS. — Templi *Minervæ Itoniæ in Thessalia* meminit etiam Pausanias lib. I. c. 13. p. 31. ubi docet, fuisse inter Pheras & Larissam urbem. De Bœotico templo ejusdem Itoniæ Minervæ, quod Coroneæ fuit, conferendus idem Pausan. III. 9. p. 228. sed præsertim IX. 34. p. 778. ubi, pro ἀπὸ Ἰτωνίου, ex cap. 1. p. 711. ex aliisque auctoribus ἀπ' Ἰτώνου legendum. Itonum vero non Deucalionis filium, ut ait Valesius, sed Amphictyonis, qui Deucalionis perhibetur, Pausanias facit l. c. & ipse etiam Scholiastes Apollonii, ad quem ipse provocavit Valesius. Ceterum confer Commentatores Stephani, quorum alter, Holstenius, monuit, recipi non posse Valesii emendationem, Ἰτωνὶς pro Ἰτώνη apud Stephanum scribere jubentis: perspecteque idem docuit, apud Apollonii Scholiast. I. 721. pro Ἰτώνου τοῦ ἱερέως cum Stephano Ἰτώνου τοῦ ἥρωος scribendum. Apud Strabonem, loco quem Valesius citavit, necesse non erat, ut pro ὁ Ἴτωνος, quod scri-

pti

pti libri dabant, ὁ Ἴτων poneretur; nam, & ἡ Ἴτωνος & ὁ Ἴτων nomen illius oppidi Theſſalici fuiſſe, Stephanus docet & Euſtathius, cujus verba in Comment. ad Steph. protulit Berkelius. Verſ. 2.

Ibid. ἀφ' ὧν ἕκαστος ἔφυγε. — „Hunc locum ita verti, quaſi ἀφ' οὗ legeretur. Vulgata tamen lectio ferri commode poteſt.“ VALESIVS. — Nempe, *ex quo quiſque exularet*, in verſione ſcripſerat vir doctus. ἐφ' ὧν voluit Gronov. ad Arrian. p. 61. nitens alio Polybii loco, XXIV. 4, 2. at ibi invitis msstis ἀφ' ὧν Polybio obtruſum a Caſaubono vidimus. Recte h. l. ἀφ' ὧν contra Valeſium defendit REISKIVS: „ἀφ' ὧν bene habet: *eas facultates reddebat exſulibus, quas eorum quiſque tum habuerat & poſſederat, quum exſulatum iret.*“ — Nempe ἀφ' ὧν ἕκαστος ἔφυγε idem prorſus ſonat quod Arrianus l. c. (de Exped. Alexand. II. 1.) dicit τῶν τότε ὄντων ὅτε ἔφυγον.

Verſ. 4. πολλοὺς ἐμετεώρισε, δοκῶν καλὰς ἐλπίδας ὑποδεικνύναι &c. Sic preſſe, quoad fieri poterat, inſiſtendo veſtigiis ſcripturæ codicum emendata græca verba eam fere ſententiam fundunt, quam ipſius Valeſii verbis in verſione expreſſimus. Vnum verbum δοκῶν, in verſione omiſſum, ſic ſupple: *multorum animos arrexit, cum videretur præclaram omnibus Græcis ſpem in ſe oſtendere.* Familiare Polybio verbum μετεωρίζειν eadem notione. Quod ſi vero, ſicut αἰωρεῖν in uſu eſt, eadem ratione & μετεωρεῖν Græci dixerunt pro μετεωρίζειν, levior etiam mutatio foret, ἐμετεώρει ſcribendo. Sed hoc quidem urgere nolimus: id non dubitamus, haud feliciter curatum hunc locum eſſe a ſuperioribus editoribus interpretibuſque. VALESIVS, cujus exemplum ſecuti ceteri editores ſunt, cum in contextu ſic poſuiſſet: ταῦτα δὲ ποιήσας πολλούς τε μετεωροδοκῶν καλὰς ἐλπίδας ὑπεδείκνυε πᾶσι &c. ad oram ſtatim notavit, ὑποδεικνύναι dare mstum codicem, deinde in Notis hæc monuit ad hunc locum: „Non diſſimulabo lectionem mſ. codicis, quæ ſic habet: πολλοὺς ἐμετεωροδοκῶν καλὰς ἐλπίδας ὑποδεικνύναι. Neque aliter in Suidæ le- Verſ. 4.

Verf. 4. xico legitur, nifi quod πολλάκις μετεωροδοκῶν ibi fcribitur, ex quo conjiciebat Cafaubonus, [in Polybii Fragmentis p. 1017. ed. Cafaub. p. 1527. ed. Gron.] πολλάκις μετέωρος ἦν δοκῶν, vel μετέωρος ὢν ἐδόκει; fed emendatio noftra nobis prærideт. Poffet etiam legi πολλοὺς ἐμετεωροδόκει καλὰς ἐλπίδας ὑποδεικνύων. In vetuftiffimo cod. Suidæ, qui eft in bibl. regia, reperi πολλοὺς πολλάκις μετεωροδοκῶν." Hæc Valefius; a quibus haud ita multum REISKIVS recedit: " Forte (inquit) ταῦτα δὲ ποιήσας, πολλούς τ' ἐποίησε μετεωροδοκεῖν, καλὰς ἐλπίδας ὑποδεικνύων (vel ὑποδεικνὺς) πᾶσι τοῖς Ἑλλ. *fublimes multorum fpes commovit, eo quod Græcis omnibus fignum quafi ad bene fperandum tolleret.*" Quod in Scholio noftro fub contextu ἐμετεωροδῶν ex cod. Peirefc. citatur, per errorem factum eft: corrige ἐμετεωροδοκῶν.

Verf. 5. *Verf.* 5. Ἐπέφαινε. Non damnamus: rectius tamen fortaffe ὑπέφαινε fuerit. conf. XXIV. 5, 5. Sed nunc quidem cum cod. Peirefc. confentit Suidas, qui & ibi ἐπέφαινε habebat. — *Ibid.* τὴν ἐν τῷ λοιπῷ βίῳ. Corrupte Suidas τὴν ἐν τῷ πολέμῳ προστ.

Verf. 6. *Verf.* 6. κατά τε τὴν ἐπίφασιν εἶχεν ἐπισκύνιον. — „Significat, *Perfeum præ fe tuliffe vultum ad feveritatem compofitum.* ἐπισκύνιον appellat, quam alii βαρύτητα ἐπισκυνίου. Sic apud Ciceronem *fupercilium.*" CASAVBONVS, loco paulo ante citato, *in Polybii Fragmentis.* —] ἐπισκύνιον, *cutis quæ eft fuper fupercilio, inferior pars frontis.* De quo vocabulo, prætermiffo ab H. Steph. in Thefauro, vide auctores laudatos ab Hefychii interpretibus hac voce.

Ibid. καὶ τάξιν. — „id eft, εὐταξίαν καὶ εὐσχημοσύνην." REISK. — Sic & Erneftus in Lexic. Polyb. *modeftiam* interpretatur; *dignitatem* Valefius. Neuter male. Poffis & fimpliciter *modum quemdam* dicere: & idem fere eft, quod ῥυθμός, ut in illo Platonis loco de Legib. lib. II. quem Guil. Budæus citavit in Comment. Ling. Græc. p. 639. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῷα οὐκ ἔχειν αἴσθησιν τῶν ἐν ταῖς κινήσεσι τάξεων καὶ ἀταξιῶν, οἷς δὴ ὄνομα ῥυθμὸς καὶ ἁρμονία.

Verf

Verſ. 7. τήν τε περὶ τὰς γυναῖκας. — „Hæc *ex Libro XXVI. Polybii* excerpta eſſe docet Athenæus lib. X. [c. 13. p. 445.] cum ait: Περσεὺς κατ' οὐδὲν τὸν πατέρα Φίλιππον ἐμιμήσατο. οὔτε γὰρ περὶ γυναῖκας ἐσπουδάκει, οὔτε φίλοινος ἦν, ἀλλὰ καὶ οὐ μόνον αὐτὸς μέτριον ἔπινε δειπνῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ συνόντες αὐτῷ φίλοι, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ. Quæ hic inſerenda eſſe nemo non videt.“ VALESIVS. Verſ. 7.

CAPVT VI.

Cap. VI.

Verſ. 1. Ὁ Φαρνάκης &c. Poſt induciarum exitum, de quibus XXV. 6, 1. dictum, redintegratum eſt bellum. conf. XXV. 6, 7. — *Ibid.* Ἀρεαράθην. Mendoſe Ἀριαράθα Bav. & ſic mox iterum. — *Verſ.* 2. παρ' αὐτῶν. παρὰ τὸν idem. Verſ. 1. 2.

Verſ. 3. Μιθριδάτην. Perperam Μηθριδ. Vrſinus, hic & verſ. 11. Recte Bav. Differt autem hic *Mithridates*, Pharnacis filius, Ponti regis, ab illo (verſ. 11.) præfecto Armeniæ. — *Ibid.* εἰς τὸν πάντα χρόνον. εἰς πάντα τὸν χρόνον Bav. Verſ. 3.

Verſ. 4. Γαλατίας μὴ ἐπιβαίνειν. Sic III. 20, 2. ἐὰν ἐπιβαίνωσι τῆς Ζακανθαίων χώρας. Eodemque modo alii. *Ibid.* μηδένα. Conſentiunt nunc in hoc libri, cum aliâs ϑ pro δ in illa voce ament. Verſ. 4.

Verſ. 7. Τήϊον παρὰ τὸν Πόντον. — „Ptolemæus habet Τῖον, Strabo Τίειον, Stephanus Τίος; inquit enim, Τίος πόλις Παφλαγονίας τοῦ Πόντου. In æreo apud me numiſmate inciſum eſt Τιανῶν.“ VRSINVS — Ad hæc REISKIVS: „Nata videtur, ait, hæc lectio e duabus, una vera, altera prava: vera eſt Τῖον, ut Κῖον; altera prava Τῆον: ex his duabus confuſis exſtitit Τήϊον. Salmaſius volebat Τίειον in Exercit. Plin. p. 624. Apud Strabonem [lib. XII. p. 543.] eſt lectio hic vulgata: quare miror, cur Fulvius Vrſinus dicat, apud Strabonem legi Τίειον. Vide Weſſeling. ad Hieroclem p. 695.“ — *Ibid.* ὃ μετὰ correxit Caſaub. ὃν μετὰ Vrſin. cum msstis. Verſ. 7.

Verf. 9. *Verſ.* 9. παρὰ Μορζίου. *Morzus* vocatur apud Liv. XXXVIII. 26. Fuiſſe autem hunc Paphlagoniæ regem, ex Strabonis lib. XII. p. 562. intelligitur, ubi ſcribit: ὕστατος δὲ τῆς Παφλαγονίας ἦρξε Δηϊόταρος, - - τὸ Μορζέους (ſic ibi editur) βασίλειον ἔχων, τὰ Γάγγρα &c.

Verf. 10. *Verſ.* 10. προσθεῖναι. Male προσθῆναι Bav. Sed placere debuit utique, quod idem habet, τὴν εἰς τὸν πολ. δαπάνην.

Verf. 11. *Verſ.* 11. Μιθριδάτῃ, τῷ τῆς Ἀρμενίας σατράπῃ. Armeniæ putamus minoris; nam Majori Armeniæ Artaxias præerat, qui mox memoratur. Ceterum confer Adn. ad vſ. 3.

Verf. 12. *Verſ.* 12. περιελήφθησαν. Satis hoc erat, & carere poſſumus adjecta præpoſitione συν. Idem verbum Polybio reſtituimus III. 29, 5.

Verf. 13. *Verſ.* 13. Μεσημβριανοί. Sic recte Bav. (In ſcholio ſub contextu noſtro per operarum errorem Μεσεμβ. ſcriptum: corrige Μεσημβριανοὶ, per η, ut eſt in contextu.) *Meſembria*, Thraciæ urbs ad Pontum Euxinum. Vide Steph. Byz. hac voce, & Strab. VII. p. 319. ubi gentile pariter Μεσημβριανοὶ formatur.

Verf. 14. *Verſ.* 14. ὁμήρων. Perperam ὁμηρίων Bav. — *Verſ.* 15. Εὐμένῃ καὶ Ἀριαράθῃ. Εὐμένην καὶ Ἀριαράθην idem.

CAPUT VII.

Cap. XII.

Verf. 1. *Verſ.* 1. πρὸς Ἴστρους καὶ Ἀγρίους. Livius XLI. 9. *Provincias* (conſules) *ſortiti ſunt: Claudio Iſtria, Sempronio Sardinia obvenit. Agriorum* (ſive ii *Agrai* ſunt vel *Agræi*, de quibus dictum ad XVII. 5, 8.) nullum in rebus hoc conſulatu geſtis veſtigium apud Livium quidem occurrit. Quare Caſaubonus, in Synopſi Chronologica ad hunc annum, apud Polybium h. l. pro Ἀγρίους ex Livio Σάρδους emendandum ſuſpicatus erat. Nos quidem nil definire auſimus: hoc monemus, *Sardos* Græcis non Σάρδους dici, ſed Σαρδωνίους, Σαρδονίους, & Σαρδῴους. — *Ibid.* ἡ σύγκλητος ἐχρημάτισε τοῖς παρὰ τῶν Λυκίων &c. Lega-

Legationi huic, quam in ſenatum introductam Polybius ait poſt profectionem conſulum Tiberii & Claudii in provincias, ſenatum datum Livius ſcribit ante eoſdem conſules creatos. XLI. 6.

Verſ. 4. *οἱ τότε παραγενηθέντες.* In verſione adde particulam *nunc*, vel *tunc.* *Hi Romam ut nunc venere.* Verſ. 4.

Verſ. 5. *τῶν ὑπομνηματισμῶν ἀναληφθέντων.* — „Scilicet *εἰς τὰς χεῖρας*, *in manus ſumtis tabulis*, [vel *commentariis,*] h.e. *inſpectis.* Sic Dionyſ. Halic. II. 9. Ant. Rom." REISK. — Eodem modo Polyb. III. 9, 3. & aliâs. *Ibid.* *ὧν οἱ δέκα* &c. *earum rerum quæ decem legati in Aſia ordinaſſent.* *οἱ δέκα* abſque *ὧν* dant mssti. *ἃ δέκα* Vrſin. in contextu. In Notis vero idem Vrſinus ait, aut *ὧν οἱ δέκα* corrigendum eſſe, aut *ἃ οἱ δέκα.* Caſaubonus poſterius adoptavit: nobis prius & per ſe præferendum viſum eſt, & quod facillime *ὧν* intercipi potuerat ab exitu vocis præcedentis. conf. XXII. 7, 7. & c. 27, 8. item XXIII. 3. *Ibid.* *δεδομένοι Ῥοδίοις* correxit Vrſinus. Perperam *δεδομ. Ῥωμαίοις* mssti. cf. ad XXV. 4, 4. — *Ibid.* *ὡς φίλοι καὶ σύμμαχοι.* Caſaubonus: *Lycios Rhodiis fuiſſe conceſſos, non pro munere; ſed potius tamquam amicos & ſocios.* REISKIVS dubitanter: „Forte *φίλοι καὶ σύμμαχοι.*" Mirum vero, quod addit: „*non Rhodiorum, ſed Romanorum.*" in quo fruſtra ad Liv. XLI. 6. provocat. Conf. mox cap. 8, 1. Verſ. 5.

Verſ. 7. *διαγωνοθετεῖν θέλοντες.* — „Id eſt, *ἐν ἀγῶνι τιθέναι*, *velle Rhodiorum & Lyciorum res & fortunas proponere in medio, ut controverſas, de quibus certetur, uter eas ſit ablaturus*, Rhodiine Lycios, an Lycii Rhodios, h.e. an illi horum, an hi illorum ſint futuri domini; quo exhauſtæ ambæ, partes tanto ſint Romanis ad opprimendum faciliores." REISKIVS. — Corruptiſſime *διάκωνοι αἰτεῖν θέλοντες* Bav. neſcimus an & Vrſini codex: ſed veriſſima ſcriptura *διαγωνοθετεῖν* ſive ex emendatione editoris ſive ex codice ducta ſunt. De eo verbo confer quæ notata ad IX. 34, 3. Verſ. 7.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. *τήν τε νυμφαγωγίαν τὴν νεωστὶ τῷ Περσεῖ γεγενημένην ὑπ' αὐτῶν.* — „Ab hoc *νεωστὶ*, uſque ad alterum idem verbum, [verſ. 10. ſub finem cap.] omnia deſunt editioni Fulvii Vrſini, tam in græcis ipſis, quam in Notis. Quare miror, unde illa acceperit Caſaubonus, qui primus ea ſuæ editioni adjecit.“ REISKIVS. — Caſaubonum in Eclogis de Legationibus, præter Vrſini exemplum, uſum eſſe msto codice Andreæ Schotti, e quo multa (ut ipſe ait) partim emendavit, partim ſupplevit, ipſius verbis docuimus in Præfatione Tomo I. Polybii noſtri præfixa p. 20. Inde igitur hanc lacunam complevit Caſaubonus: eadem vero omnia verba, quæ ab hoc edita ſunt, habet etiam noſter Bavaricus codex.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. *στελγίδα χρυσῆν.* ERNESTVS in Lexic. Polyb. „*στελγὶς χρυσῆ*, *tænia vel faſcia tenuis aurea ad ornatum capitis.* Vide Caſaub. ad Athenæum XV. 4. Heringa Obſ. p. 113.“ — Pollux VII. 179. cum de vulgatiori uſu vocabuli *στλεγγὶς* (id enim idem valet a *στελγὶς*) dixiſſet, quo *ſtrigilem* denotat, hæc ſubjungit: *ἔστι δὲ καὶ ἕτερόν τι στλεγγὶς, δέρμα κεχρυσωμένον, ὃ περὶ τὴν κεφαλὴν φοροῦσι.* Adde Scholiaſt. Ariſtoph. ad Equit. vſ. 577. Vtrumque auctorem jam laudaverat H. Steph. in Theſ. Gr. Ling. h. v. *Strigilem* tamen *auream* h. l. interpretari maluit Drakenborch. ad Liv. XLII. 12, 3. — *Ibid.* *τῶν φρακτήτων.* — „Lege *θρανιτῶν*, *remigum qui in ſummo ordine remos agunt.*“ REISKIVS. — Literæ Φ & Θ facile inter ſe permutari a negligenti librario potuerunt, & permutatas vidimus ad XV. 34, 6. Et magis ſane placet Reiſkii ratio, quam Drakenborchii inventum, qui ad Liv. l. c. *καταφράκτων* legendum ſuſpicatus eſt, *cataphractos equites* intelligens, *quorum cuique ſtrigilem auream donatam a Perſeo* ſtatuit. Difficile certe dictu, quid *cataphractis equitibus* commune fuerit cum illa *νυμφαγωγίᾳ*, quam *navibus Rhodiorum* factam eſſe cum per ſe intelligebatur, tum diſerte Appianus docet de Rebus Macedon. Fragm. IX. c. 1. T. I. opp. p. 520. *τὰς νυμφαγωγίας ὅλῳ τῶν Ῥοδίων στό-*

στόλῳ παραπεμφθείσας. — *Ibid.* τὴν Λαοδίκην. *Seleuci* Philopatoris, Syriæ regis filiam. Liv. XLII. 12.

CAPVT VIII.

Cap. VIII.

Verſ. 1. θόρυβος ἦν ἐν τῇ Ῥόδῳ, καὶ πολλὴ &c. Dele *comma* poſt Ῥόδον, nam verbum ἦν refertur ad περὶ τοὺς πολιτευομένους, *tumultus & conſternatio exiſtebat apud magiſtratus Rhodiorum.* Sic οἱ πολιτευόμενοι, *magiſtratus,* vel *principes civitatis, qui remp. adminiſtrant,* XXVI. 2, 6. XXVII. 11, 1. & ſæpe aliâs: non nude *cives,* ut h. l. interpretatus eſt Caſaub. Verſ. 1.

Verſ. 3. ὑπὲρ τῆς. Perperam οἱ ὑπὲρ τῆς Bavar. Verſ. 3.
Verſ. 4. ἐξαπατῆσθαι. Mendoſe ἐξαπατεῖσθαι Vrſin. cum msstis. — *Ibid.* τοὺς Ῥωμαίους correxit Vrſinus. Perperam τοὺς Ῥοδίους mssti; quod exemplum confuſionis illius addendum ad XXV. 4, 4.

CAPVT IX.

Cap. IX.

Verſ. 2. Ἡκόντων δὲ τῶν Δαρδανίων &c. — „Fragmentum hoc pertinet ad eum locum, quo Polybius narraverat, *Perſeum Baſtarnas acciviſſe,* ut in bello adverſus Romanos, quod parabat, eorum auxilio uteretur. Livius XLII. 11. *Baſtarnarum gentem excitam ſedibus ſuis, quorum auxiliis fretus bellum in Italiam tanſſerret.* Et XLI. 23. *Baſtarnas ad terrorem omnium in Dardaniam immiſit; qui ſi ſedem eam tenuiſſent, graviores eos accolas Græcia habuiſſet, quam Gallos Aſia habet.*" — *Ibid.* τῶν Βασταρνῶν. Sic cum accentu in ultima recte Caſaub. & ſeqq. eſt enim a primo caſu οἱ Βαστάρναι. τῶν Βαστάρνων Vrſin. *Ibid.* καὶ τῆς ἐν τοῖς κινδύνοις τόλμης. Corrupta hæc fuiſſe in exemplari ſuo, ait Vrſinus. Bavaricus noſter codex nil mutat, niſi quod caret conjunctione καί. Verſ. 2.

Verſ. 3. τοῦτον ἀγωνιᾶν μᾶλλον. — „Forte τούτους, *hos,* Galatas puta: *ſe hos* (Galatas) *magis, quam Baſtarnas, metuere.*" REISK. Verſ. 3.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Αὖλον Ποστούμιον ἐξαπέστειλαν. Hujus legationis meminit Appian. de Reb. Maced. Fragm. IX. init. (Legat. XXV.) Apud Livium lib. XLI. multa ex horum temporum hiſtoria interciderunt. — *Ibid.* τῶν νέων. Perperam τῶν νεῶν Bav.

Cap. X.

CAPVT X.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Ἐπιφανῆ. *Antiochus Epiphanes* anno primo Olymp. CLI. patri Seleuco Eupatori in Syriæ regnum ſucceſſit, teſte Euſeb. in Chronico. Conſentit Livius, qui *in rebus anni ab V. C. 579.* (qui annus illi anno olympico reſpondet,) lib. XL. 20. eadem, quæ ex Polybio Athenæus refert, pæne ad verbum expreſſit. Narraverat autem hæc haud dubie Polybius in ea parte Hiſtoriarum ſuarum, ubi *de initio regni Antiochi hujus* diſſeruit. Partem hujus fragmenti Athenæus habet lib. X. c. 10. p. 439. ubi etiam docet, eſſe illud *ex Polybii libro XXVI.* ductum, his ipſis verbis, quæ in contextu poſuimus: Πολύβιος δ' ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ Ἱστοριῶν καλεῖ αὐτὸν (Ἀντίοχον τὸν βασιλέα) Ἐπιμανῆ καὶ οὐκ Ἐπιφανῆ, διὰ τὰς πράξεις. Tum ibi ita pergit: οὐ μόνον γὰρ μετὰ δημοτῶν ἀνθρώπων κατέβαινεν ἐς ὁμιλίας, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν παρεπιδημούντων ξένων καὶ τῶν εὐτελεστάτων συνέπινεν. εἰ δὲ καὶ τῶν νεωτέρων, φησὶ, συναίσθοιτό τινας εὐωχουμένους ὅπου δή ποτε παρῆν μετὰ κεραμίου καὶ συμφωνίας, ὥστε τοὺς πολλοὺς διὰ τὸ παράδοξον ἀνισταμένους φεύγειν. πολλάκις δὲ καὶ τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα ἀποβαλὼν, τήβενναν ἀναλαβὼν περιῄει τὴν ἀγοράν. Ceterum uberiorem eadem de re Polybii narrationem idem Athenæus libro V. retulit cap. 4 ſq. pag. 193 ſeq. ubi ſic inſit: Τί οὖν ὀνομάσομεν, ἄνδρες φίλοι, τὸ συμπόσιον ὅπερ [ſupple ἐποίησεν, aut ſimile quid] Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς μὲν κληθεὶς, Ἐπιμανὴς δ' ἐκ τῶν πράξεων ὀνομασθεὶς, (βασιλεὺς δ' ἦν οὗτος τῶν Συριακῶν τῶν ἀπὸ Σελεύκου εἷς) περὶ οὗ φησι Πολύβιος τάδε. ὡς ἀποδιδράσκων ἐκ τῆς αὐλῆς ἐνίοτε & reliqua, quæ exhibemus verſ. 2 ſeqq. uſque ad finem capitis. Gemina his prorſus Diodorus Siculus ex eodem Poly-

Polybio habet in Excerpt. de Virt. & Vitiis T. II. operum p. 577. ab his exorſus verbis: Ἀντίοχος προσφάτως παρειληφὼς τὴν βασίλειαν, ἐνεστήσατο βίον παράλογον, καὶ ἀσυνήθη τοῖς ἄλλοις βασιλεῦσι.

Verſ. 3. εὐρεσιλογῶν. Vide notata ad XVIII. 29, 3. Verſ. 3 ſqq. *Verſ.* 5. οὐδεμίαν ἔμφασιν ποιήσας παρῆν ἐπικωμάζων. Diodorus: ἐξαίφνης ἐπὶ κῶμον παρεγένετο, eadem ſententia. *Verſ.* 6. ἀρχαιρεσιάζων. Diodorus: καθάπερ ἦν ἑωρακὼς ἐν Ῥώμῃ τοὺς μεταπορευομένους τὰς ἀρχάς. — *Verſ.* 7. καθίσας ἐπὶ τὸν ἐλεφάντινον δίφρον. Sic idem Diodorus, ἐκάθιζεν ἐπὶ δίφρον ἐλεφάντινον.

Verſ. 11. ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις &c. Livius l. c. *In duabus tamen magnis honeſtiſque rebus vere regius erat animus, in urbium donis, & Deorum cultu.* Ibi vide Io. Frid. Gronovii adnotationem. Verſ. 11.

Verſ. 13. κεραμίων εἰσφερομένων αὐτῷ μύρων. κεράμια non modo *vaſa* erant dicenda, ſed *ampliſſima vaſa, amphoræ*: ſtolidam hominis profuſionem notat ſcriptor. οἴνου κεράμια, ſunt *dolia, vini amphoræ.* Verſ. 13.

Verſ. 15. μηδὲν τὸν ἄνθρ. προσειπών. Teneri potuerat debueratque, ut nunc quidem putamus, particula καὶ ante μηδὲν, quæ prorſus Polybianum colorem orationi reddit: *cum etiam nullum reſponſum dediſſet*, id eſt, *cum ne quidem verbum reſpondiſſet homini.* Verſ. 15.

Verſ. 16. Poſt verba καθάπερ καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα, pergit Athenæus ſic: Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος βασιλεὺς, ἀκούσας τοὺς ἐν Μακεδονίᾳ &c. latam ſubnectens de mira ac magnifica pompa, quam idem Antiochus duxit, narrationem: quam narrationem vulgo in Polybii Fragmentis Vrſinus, Caſaubonus, ceterique Polybii editores cum ſuperiori fragmento conjungunt, & ad eumdem Librum XXVI. Polybii referunt. In quo eos falli, recte monuit Reiſkius; Verſ. 16.

in

Verſ. 16. in eo rurſum ipſe falſus, quod nec hoc ipſum fragmentum, quod modo exhibuimus, ad librum XXVI. pertinere contendit. Iſtam narrationem *pompæ ab Antiocho ductæ* ex alia parte hiſtoriæ Polybianæ decerptam eſſe, ex ipſo initio, ubi de Aemilii Pauli triumpho Macedonico agitur, intelligi poterat; diſerte vero Athenæus lib. X. p. 439. docet, ex libro XXXI. hiſtoriæ Polybianæ eſſe decerptam. Cum quo conſentit Diodorus, qui de eadem re in Excerptis de Virt. & Vitiis T. II. p. 583. agit, poſtquam Aemilii Pauli triumphum expoſuit.

ADNO-

* *

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XXVII.

RELIQVIAS.

CAPVT I.

Ex *Polybii Libro XXVII.* ductum esse hoc caput, docet Codex Bavaricus, in quo ante hanc Eclogam ita scriptum legitur: Περὶ πρέσβεων ἐθνικῶν πρὸς Ῥωμαίους λόγος κζ′ Et consentit codex Peirescianus, in quo ante Eclogam illam, quam cap. 10. hujus libri exhibemus, (quæ, ut ex Livio adparet, ad eumdem cum hac Ecloga & sequentibus annum pertinet) pariter scriptum erat Λόγος κζ′ Lib.XXVII. Cap. I.

Vers. 1. *παρεγένοντο πρέσβεις, venerunt legati:* nempe *Chalcidem* venerunt, ad *Q. Marcium & A. Atilium*, qui cum missi essent ad circumeundas regiones Græciæ, ut populorum animos intuitu belli Persici explorarent confirmarentque, peragrata Epiro, Aetolia, Thessalia, per Boeotiam Chalcidem in Eubœa petierant, ubi singularum civitatium Boeoticarum legatos exspectabant. Vide Liv. XLII. 43 sq. coll. cum cap. 37 sq. — *Ibid.* Λασύν. Si verum est hoc nomen, oportebit (putamus) Λάσυν, accentu retracto scribere. Λασῆν & h. l. & deinde habet Bav. — *Ibid.* Καλλίαν. Καλλέαν Bav. — *Ibid.* παρὰ δὲ Νέωνος. *a factione Neonis*, de quo mox vers. 11. & deinde c. 2, 1 & 9. Νέονος pro Νέωνος habet Bav. Perseo favebat Vers. 1.

bat ille homo. — *Ibid.* Ἰσμενίας. Prætorem hunc hoc tempore fuiſſe docet Liv. XLII, 43. eumdemque principem ſuæ partis dicit c. 38. Sed primus partes Neoni, qui ſuperiori anno prætor fuerat, tribuit Polybius.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ἐγχειρίζοντες. Neceſſario hoc requirebatur, quemadmodum mox ſequitur διδοὺς in participio. Et non multum ab hoc abeſt ſcriptura, quam in ſuo codice fuiſſe Vrſinus ait, ἐγχείριζον, quod ille in ἐνεχείριζον mutavit. codex noſter Bav. tamen in ἐνεχείριζον conſentit.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τὸν δὲ Ἰσμενίαν. Bav. in contextu τόν τε Ἰσβηνίαν, ſed in ora ab eadem manu, ἴσως Ἰσμενίαν. Prior illa ſcriptura, (permutatis, ut ſæpe aliâs, literis β & μ) proxime ex Ἰσμηνίαν corrupta eſt: & modo per η, modo per ε in ſuo codice ſcriptum fuiſſe illud nomen ait VRSINVS, ſed Ἰσμενίαν per ε ſe retinuiſſe, quia in argenteo tetradrachmo Boeotorum ICME notatum animadvertiſſet. *Ibid.* παρεδειγμάτιζον. — „παραδογματίζειν Caſaubonus vertit, *decretis ſuis eludere*: ſed analogia linguæ fert, *ſecus*, *male decernere*, & ſine caſu perſonæ, ut παραλογίζεσθαι & ſimilia. Vereor, ne verum ſit παρεδειγμάτιζον, *contemtim & contumelioſe tractabant*, cui conſentiunt ſequentia.“ ERNESTVS *in Lexic. Polyb.* — Haud dubie unice vera iſta emendatio. παραδειγματίζειν τινα, *exemplum ſtatuere in aliquo, palam traducere aliquem, ignominia vel pœna notare in exemplum aliis.* Familiare iſtud verbum Polybio, & ejus conjugata, παραδειγματισμὸς, & παράδειγμα ποιεῖσθαί τινα. Confer Raphelium & Wettſten. ad Matthæi Evang. cap. 1, 19.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ὅτε καί. Perperam ὅτι καὶ Bav. — *Ibid.* μικροῦ. μακροῦ idem. — *Ibid.* κατέφυγον ὑπὸ τὰ δίθυρα τῶν Ῥωμαίων. Livius XLII. 44: *niſi in tribunal legatorum perfugiſſet.* Caſaubonus, *ſub tribunal.* — Ad hæc ERNESTVS, *in Addendis ad Lexic. Polyb.* „Sed non intelligendum, inquit, tribunal in quo magiſtratus ſedent in actu rerum, de quo δίθυρα dici non credo; nam ea ſine tecto & foribus fuiſſe ſatis conſtat: verum ſedes inſignis,

ſtru-

ſtructa legatis Romanis, ubi ſederent, dum conciones haberentur Græcorum, ut auditores & ſpectatores, factaque ad modum cubiculi vel *podii* in theatris, quæ haberet fores. vide Sueton. in Ner. c. 12." — Perſpicuitatis cauſſa *podicem* ſcripſimus in verſione, quamquam percommode ſervari poterat *tribunal*, quod vocab. etiam de ſede prætoris in ludis uſurpatur apud Suet. in Aug. c. 44. & in Claud. c. 21. quæ loca Erneſtus ad Ner. c. 12. citavit. Verſ. 7.

Verſ. 8. Ἁλιάρτιοι. Ἀλιάρτιοι Vrſin. leni ſpiritu. Ἀλιάρτοι Bav. Verſ. 8.

Verſ. 9. ὁλοσχερὴς ῥοπή. Teneri poterat καὶ ὁλοσχερὴς ῥοπὴ, quod ex Vrſini cod. erat editum: nec enim per ſe incommodum erat, nec a Polybii ſtylo utique alienum. Verſ. 9.

Verſ. 10. Μάρκιον. Μάρκον Bav. — *Ibid.* ἀπολογησόμενον. ἀπολογησάμενον idem. Verſ. 10.

Verſ. 11. καὶ τὸν Ἱππίαν. Sic. Bav. καὶ Ἱππίαν edd. *Ibid.* συντρέχοντες. συντρέχοντας Bav. — *Ibid.* διῳκονομημένων correxit Vrſin. διωκομένων mstus codex uterque. — *Ibid.* οἰκονομήσαντες recte dedit Bav. Vulgo mendoſe ᾠκονομήσαντες edd. Sed paulo ante perperam τὰ ante περὶ τὴν συμμαχίαν omiſit idem Bav. Verſ. 11.

Verſ. 12. τούτων δὲ παραχωρησάντων. Caſaubonus: *qui morem extemplo cum geſſiſſent.* REISKIVS: „*cum ſeceſſiſſent*, h. e. in exſilium abiiſſent: nam id videtur verbum παραχωρεῖν h. l. ſignificare. Et ſane Thebis exceſſiſſe in Macedoniam Neonem patet e pag. 1228." — Nempe cap. 2, 8. At, primum Chalcidem conceſſiſſe Neonem cum Hippia, intelligitur ex c. 2, 3. Verbum παραχωρεῖν eadem notione, qua hic, habuimus XXVI. 5, 1. — *Ibid.* ἀθροισθέντες. θέντες Bav. truncato verbo. — *Ibid.* τιμὰς ἐψηφίσαντο. De veritate hujus emendationis, quæ jam per ſe quam maxime probabilis erat, dubitare nos non ſinit cap. 2, 4. De δωρεὰς haut ita certum: ſed aut delenda fuit particula καὶ, aut hoc vel aliud ſimile vocabulum adjiciendum. — *Ibid.* ἐνεργεῖν ἐπέταξαν τοῖς ἄρχουσι τὴν συμμαχίαν, *mandarunt magiſtratibus, operam darent ut* Verſ. 12.

per-

perficerent societatem. Nil cauffæ erat, cur de probitate verbi ἐνεργεῖν dubitaret Reifkius. vide III. 6, 5. IX. 12, 3. XVII. 14, 8. adde notata ad VII. 5, 8.

Verf. 13. *Verf.* 13. καὶ κατάξοντας τοὺς παρ' αὐτ. φυγ. Sic recte dedit Bav. quemadmodum fufpicatus erat Reifkius, & in verfione jam expreflerat Cafaub. Mendofe vero vulgo in græco καὶ κατέταξαν τοὺς &c. edebatur.

Cap. II.

CAPVT II.

Verf. 1. *Verf.* 1. τῇ Χαλκίδι. Corrupte τῇ Χάλκῃ Bav. — *Ibid.* Πομπίδην. — „Idem eft atque Πομπίδιον. Habent Latini quoque Poppedium. Apud Plutarchum eft Πεμπτίδης vel Πεμπτίδιος, &, ni memoria fallor, is ibi quoque homo Bœotus eft.“ REISKIVS. —

Verf. 2. *Verf.* 2. τῆς ἀγνοίας. ἄγνοια, *error, ftultitia, peccatum, delictum.* vide ad II. 7, 12. — *Verf.* 3. κινδυνεύσαι. κινδυνεύουσαι Bav. & mox idem προνοήθησαν pro προυνοηθ. — *Verf.* 4. ἐν πάνυ. οὐ πάνυ idem. — *Verf.* 5. εἰς τὴν οἰκείαν. οἰκίαν idem.

Verf. 6. *Verf.* 6. διδόντας αὐτοὺς εἰς τὴν πίστιν κατ' ἰδίαν ἑκάστας. Valde nos fallimur, ni in his verbis turbatum nonnihil eft. Aut enim ἑκάστους oportebat, hoc modo: διδόντας αὑτοὺς (id eft, ἑαυτοὺς) εἰς τὴν πίστιν, κατ' ἰδίαν ἑκάστους. Aut διδόντας αὐτὰς (fcil. τὰς πόλεις) εἰς τὴν πίστιν, κατ' ἰδίαν ἑκάστας.

Verf. 7. *Verf.* 7. λυμήνασθαι τὴν τῶν πολλῶν εὔνοιαν. conf. cap. 6, 4 & 11.

Verf. 8. *Verf.* 8. Σερούϊον. Livius XLII. 44. *difcuffo Boeotico concilio, Peloponnefum proficifcuntur, Ser. Cornelio Chalcidem arceffito.* Is Ser. Cornelius Lentulus erat. conf. Liv. ib. c. 37.

Verf. 10. *Verf.* 10. συντετηρηκός τε τὴν κοινὴν συμπολιτ. Particulam illam τε ex conject. inferuit Vrfinus, cum in ejus codice fuiffet συντετηρηκότες τὴν, in plurali numero, qui, quanquam alias defendi potuiffet, hic tamen ob fequens διαπεφευγὸς locum habere non potuit. At recte Bav. συντετη-

τετηρηκὸς, absque *τε*, quare *abjectam particulam*, ut nullo modo necessariam, velimus. — *Ibid.* *τὰ παρὰ Περσέως.* — „Potuisset *παρὰ* omittere. Satis fuisset, *τὰ Περσέως* (scil. *μέρη*) dicere. Sed interdum *παρὰ* penes Nostrum redundat. Possit quoque *προτεινόμενα* subaudiri, *oblatas a Perseo conditiones:* sed id longius petitum videatur." REISKIVS. — Vide notata ad III. 9, 2. Mendose *τὰ περὶ Περσέως* Bav. Vers. 10.

Vers. 11. *Αὖλον. Aulum Atilium* dicit. vide ad vers. 1. Vers. 11.

Vers. 12. *Ποπλίῳ. P. Cornelio Lentulo,* fratri Servii. Liv. XLII. 37. Vers. 12.

CAPVT III. Cap. III.

Vers. 1. *Τιβέριον καὶ Ποστούμιον.* — „Significat *Tiberium Claudium* & *P. Postumium*, qui una cum M. Iunio (ut docet Livius XLII. 45.) ad inspiciendas res insularum græcarum & Asiæ minoris erant legati." REISKIVS. — *Ibid.* & *Vers. seq.* „Ante *πλεῖστον* videtur hæc fere sententia deesse, *χρόνον μέν τινα καὶ ἐν ἑκάστῃ ἐποίουν, παρακαλοῦντες πρὸς τὴν Ῥωμαίων πίστιν· τὸν πλεῖστον δὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ. Nonnihil quidem temporis vel in unaquaque civitate peragebant, adhortantes ad fidem Romanorum: plurimum tamen Rhodi morabantur.* Idem REISKIVS. — Quin ipsum audiamus Livium: *Ii circumeuntes*, ait, *hortabantur socios ad suscipiendum adversus Persea pro Romanis bellum. Et quo quæque opulentior civitas erat, eo accuratius agebant; quia minores secuturæ majorum auctoritatem erant. Rhodii maximi ad omnia momenti habebantur.* Vers. 1.

Vers. 3. *Ἡγησίλοχος.* — „Ἡγησίλοχος emendavimus, Livianam secuti scripturam, cum in exemplari scriptum esset *γησίλοχος*. Sed ex Polybio emendandus etiam Livius, apud quem pro *Hegesilo*, scribendum *Hegesilocho.*" VRSINVS. — Voluntati quidem Vrsini in contextu non paruerunt operæ, sed *γησίλοχος* reliquerunt; quod correxit deinde Casaubonus. Idem vero nomen cum Ἡγησίλοχος est Ἀγεσίλοχος, vel Ἀγησίλοχος, XXVIII. 14, 8. Vers. 3.

XXIX. 4, 4. dorica dialecto, qua usi sunt Rhodii. Eadem ratione Spartani Ἀγησίλαος dixerunt pro Ἡγεσίλαος.

Vers. 5. *Vers.* 5. ἃ τότε προφερόμενος τοῖς Ῥωμαίοις, *quæ tunc commemorans (exponens) Romanis.* Perperam περιφερόμενος Vrsinus, quod in προσφερόμ. mutavit Casaub. parum feliciter. vide XXVIII. 3, 3. & c. 4, 3. & c. 17, 7. *Ibid.* εὐδοκουμένους. In cod. Vrsini οὐ δοκουμένας fuerat, quod ille ex ingenio in εὐδοκουμένας mutavit, ut esset παρασκευὰς εὐδοκουμένας τῇ πόλει, τοὺς πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλεν. At Casaubonus, in græco quidem tenens Vrsini emendationem, in latina versione εὐδοκουμένους expressit: *legatos dimisit de civitate optime sentientes.* — „Sed hoc (sic ad h. l. GRONOVIVS commentatus est) sine inepta iteratione, insueta Polybio, admitti nequit: nam, ut auctor hoc ipsum ostenderet, omnem ultimam periodum adjecit. Intelligerem *apparatus, quos Rhodiorum civitati conficere placuerat.* [Eodem modo Ernestus, in Lexic. Polyb.] Ms. οὐ δοκουμένας. An sunt, quos a civitate Rhodiorum Romani non exspectaverant?" — Hæc ille: REISKIVS vero: „Sublato commate post πόλει, legendum est εὐδοκουμένους, ait, ut dudum jam & vidit & recte monuit Casaubonus, qui audiri debebat. Gronovius hic quidem loci nugatur. Polybii dictionem ignorat, quisquis hac tautologia offenditur, qua nihil est apud Polybium usitatius, & cujus vel centena possunt exempla coacervari. Præterea quoque non omnino idem εὐδοκεῖσθαι τῇ πόλει, & ἀποδέχεσθαι τὴν πόλιν." — Verissime Reiskius: nempe εὐδοκουμένους τῇ πόλει, est *contentos civitate; ἀποδεδεγμένους τὴν Ῥοδίων εὔνοιαν, laudata Rhodiorum benevolentia.*

Cap. IV.

CAPVT IV.

Vers. 1. *Vers.* 1. Περσεὺς μέν. μὲν caret Bav. — *Ibid.* μετὰ τὸν σύλλογον &c. *post colloquium cum Romanis.* De illo Persei colloquio cum Romanis vide Liv. XLII. 39 seqq. — *Ibid.* * τῶν Ἑλλήνων. Ad *plures Græciæ populos* literas scri-

cripsisse Perseum, intelligitur ex voce ἑκάστων vers. 2. *βουλόμενος ἀπόπειραν λαμβάνειν τῆς ἑκάστων προαιρέσεως*, tum ex *vers.* 3. *πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους*. Confer Liv. ib. c. 46. *Ibid.* κατέταττεν. κατ᾽ ἔτους Bav. in contextu, sed idem in marg. ab eadem manu *γρ.ʹ κατέταττεν*.

Vers. 2. *ἀπόπειραν* bene Vrsin. *ὑπὸ πεῖραν* Bav. mendose. Vers. 2.

Vers. 6. *πᾶσι μὲν συμφέρειν. μὲν* caret Bav. Vers. 6.

Vers. 7. *προορᾶσθαι*. Postquam Casaubon. cum Vrsino *δεῖν αὐτοὺς προαιρεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι* edidisset, & ante *προαιρεῖσθαι asteriscum* interseruisset; hæc adnotavit ad h. l. GRONOVIVS: „Lege *προορᾶσθαι*. Sic omnia sana; sic scripsisse Polybium censemus." Et provocavit ad I. 65, 7, & XVIII. 26, 2. Et eodem modo *προϊδέσθαι* usurpari monet IX. 38, 1. Cui merito adsentiens REISKIVS: — „Non aspernandæ sunt, inquit, conjecturæ Gronovii, suadentis *προορᾶσθαι*, aut *προϊδέσθαι*." Quod vero addit idem Reiskius, posse etiam de *προαισθέσθαι* cogitari, nil opus erat: nam post *προορᾶσθαι*, familiarissimum Polybio in hujusmodi re verbum, nil aliud quærendum relinquebatur. Vers. 7.

Vers. 9. *νικῶντος. νικόντος* Bav. minus recte, quamvis hoc pro aor. 2. haberi possit. Vers. 9.

CAPVT V. Cap. V.

Vers. 1. *πόλεων*. Mendose *πόλις* Bav. putamus & cod. Vrs. in quo multa corrupte scripta in hac ecloga fuisse Vrsinus testatur. — *Ibid.* Ἀντίγονον ἐξαπέστειλε. Livius XLII. 46. eamdem rem, quæ hoc cap. agitur, exponens, discedit in eo a Polybio, quod eosdem legatos, qui Rhodum erant missi, ab Rhodo redeuntes Bœotiæ civitates adiisse scribit. Vers. 1.

Vers. 3. Κορώνειαν. Perperam Κορονίαν mssti. — *Ibid.* Ἁλίαρτον. Ἄναρτον iidem. Correxit Vrsinus, nisi quod lenem spiritum, pro aspero, initio vocis reliquit. — *Ibid.* Supple ex Livio: *Thebani nihil moti sunt, quamquam* Vers. 3.

 non-

nonnihil, & damnatis principibus & restitutis exsulibus, succensebant Romanis.

Verf. 4. *Verf.* 4. οὗτος. οὕτως Bav. — *Ibid.* διεσάφει. διεσάφησε Bav. — *Verf.* 5. αἰρουμέναις correxit Casaub. αἱρομέναις Vrfin. αἱρομέναις Bav. — *Verf.* 6. βαρεῖς. παρεὶς Bav.

CAPVT VI.

Cap. VI.

Verf. 1. *Verf.* 1. Γάϊος. *C. Lucretius* prætor. vide vf. 16. & Liv. XLII. 48.

Verf. 4. *Verf.* 4. Δείνωνα. Analogiæ græci fermonis hoc accommodatius. Sic autem fcribitur id nomen infra, cap. 11, 2. & XXVIII. 15, 4. & in cod. Peirefc. in Ecloga, quam ex lib. XXVIII. ductam esse, in eodem codice adnotatur: unde tamen non confequitur id, quod Reifkius voluit, Eclogam hanc pariter ex lib. XXVIII. esse ductam; nam res hujus anni pertinere ad librum XXVII. fupra ad initium hujus libri demonftratum eft. Eclogam autem iftam Valefianam, vel invito codice, ad librum XXX. (c. 6 fqq.) retulimus, ipfo admonente Valefio. — *Ibid.* τὸ τοῦ βασιλέως Εὐμένους πρόσωπον. εὐγενοῦς pro Εὐμένους erat in Vrfini codice. De vocab. πρόσωπον vide ad V. 107, 3. — *Ibid.* λυμαίνεσθαι τὴν τῶν πολλῶν προαίρεσιν, id eft, τῆς πρὸς Ῥωμαίους εὐνοίας ἀλλοτριοῦν τὸν δῆμον, ut ait verf. 11. cf. cap. 2, 7.

Verf. 6. *Verf.* 6. ἐκ τῶν Λυκιακῶν. Spectabat huc fortaffe id, quod XXV. 5, 13. nimis breviter commemoratur. Et conferendus hic locus cum illo, ubi obliti fumus ad hunc locum ablegare lectorem. — *Ibid.* ταττομένων correxit Vrfinus. πραττομένων erat in ms. Sæpe inter fe confufa ifta verba & eorum conjugata vidimus.

Verf. 8. *Verf.* 8. ἐκείνους κατὰ πάντα τρόπον ἐκβιβάζειν εἰς τὸν πόλεμον. ἐκείνους i. q. ἑαυτοὺς, de quo diximus ad XII. 16, 5. XXV. 1, 10. ἐκβιβάζειν defendi poffe videtur, quemadmodum & ἐκβαίνειν εἰς τὴν πρᾶξιν habent plerique codices VIII. 26, 4. quamquam ufitatius utique ἐμβαίνειν, quod

quod & ibi codex Vrfini habet, unde activa notione verbum ἐμβιβάζειν formari confentaneum eft.

Verf. 9. μαρτύριον ἐποίουν τῆς ἑαυτῶν ἀποφάσεως. ἐποιοῦντο medio genere fcribendum videtur. — *Ibid.* καὶ τοιοῦτον ἄνθρωπον, *& id genus hominem, hominem hujus fortis.* Vide ad II. 70, 6. Verf. 9.

Verf. 12. οἰκείους ὑπάρχειν. — „Forte deeft ἐκείνου vel αὐτοῦ *amicos ejus* (Perfei puta) *effe.*" REISKIVS. — Poterat vero etiam haud ægre fubintelligi illud pronomen. *Ibid.* Ferri poteft δυνατῶν, quamquam δυναστῶν non afpernemur. Verf. 12.

Verf. 14. καταρτύσαντες correxit Vrfin. καταρτήσαντας erat in ms. — *Ibid.* Τιμαγόρας. Quæfivit Gronov. in ora fui exempli, an pro alterutro horum nominum legendum fit Τιμανόρας, quod nomen apud Thucyd. I. 29. memoratur. At ibi quidem *Timanoras* Corinthius effe videtur, non Rhodius. Timanora Dolopem commemorat Livius XLII. 58. Verf. 14.

CAPVT VII. Cap. VII.

De hoc cap. confer Livium eodem loco, quo fupra, XLII. 48. Longe vero copiofius idem argumentum perfecutus Appianus eft, de Rebus Macedon. Eclog. IX. Tom. I. opp. p. 518 fqq. quem cum hac Polybii ecloga contuliffe, neminem poenitebit.

Verf. 1. καὶ τὰ κατά. Caret τὰ Bav. — *Verf.* 2. τὸ δὲ πλέον· τὸ δὲ πλείονα idem. Perperam utrumque. Verf. 1.

CAPVT VIII. Cap. VIII.

Verf. 1. Μετὰ τὴν νίκην τῶν Μακεδόνων. Victoriam illam dicit, qua Perfeus prælio equeftri ad Callinicum tumulum in Theffalia P. Licinium Craffum Confulem vicit A. V. 583. de qua victoria videndus Livius XLII. 58 fqq. De reliquo vero argumento hujus Eclogæ videndus idem ib. cap. 62. & Appian. de Reb. Maced. Ecl. X. p. 527 fq. Verf. 1.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἐπιδεχόμενον. Sic citat Vrfinus in Notis, nec aliter eft in Bav. Nec opus erat, ut in ὑποδεχόμ. mutaretur, quod nefcimus confilio ne, an errore, receptum eft in Vrfini contextum, & inde in ceteras editiones tranfiit. *Ibid.* ὅτι καὶ φόρους. καὶ, cum abeffet ab editis, adfcivimus ex Bavar.

Verf. 5. *Verf.* 5. Ταῦτα μὲν ἐδόκει. Scribe Ταῦτα μὲν οὖν ἐδόκει cum Bav. — *Ibid.* ἐπέμποντο. πέμπονται Bavar. quod & ipfum recipiendum videtur. — *Ibid.* Βεροιεύς. *Beroeenfis.* — „Livius *Midon Bereus.* Sed *Beroeus* videtur fcribendum apud Livium, fi Polybianam fcripturam fequi velimus. Stephanus habet Βεροιαῖος: & in æreo apud me numifmate eft item ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ: quam fcripturam fi retineamus, erit apud Livium legendum *Beroeæus.* Sed magis placet *Beroeus*, quia Polybius a Βέροια, quæ civitas eft Macedoniæ, Βεροιεὺς, ut apparet, deducit.“ VRSINVS. — De fcriptura nominis viri apud Livium, vide ibi Interpretes & ad XLIV. 32. Gentile quod fpectat, contendit Stephanus, a Macedonica Beroea effe Βεροιαῖος, a Syriaca Βεροιεύς. Sed utraque forma de cive Beroeæ Macedoniæ Polybius ufus eft, altera hoc loco, altera XXVIII. 8, 1. Pariter vero civis Syriacæ Beroeæ non folum Βεροιεὺς dicebatur, ut vult Stephanus, vel Βεροεύς, ut apud illum editur, verum etiam Βεροιαῖος, quandoquidem (ut viri docti docuerunt) ipfi illi nummi qui ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ præferunt, ad Beroeenfes Syriæ pertinent.

Verf. 9 fqq. *Verf.* 9. Τοῦτο δὲ διότι καλόν. δὲ abeft ab ed. Vrfin. & msstis. Ex conject. adjecit Cafaubonus. — *Ibid.* ἐπαπορήσειεν recte Cafaub. cum Bav. ἐπεπορήσειεν Vrfin. — *Verf.* 10. ὡς ἂν αὐτῇ δοκῇ. Perperam δοκεῖ Bav. Idem *Verf.* 12. παραξύνετο, pro παρωξύνοντο.

Verf. 15. *Verf.* 15. τὸ Συκύριον. *Sycurium* Liv. XLII. 62. *fub radicibus Offæ montis, in Theffalia;* idem ib. c. 54.

CAPVT

CAPUT IX.

Cap. IX. Verſ. 1.

Verſ. 1. Κέστρος. Tacito auctoris nomine fragmentum hoc protulit Suidas; ſed Polybio illud, inſigni cum veri ſpecie, vindicavit Valeſius in Polybii Fragmentis, & jam ante eum Lipſius in Poliorcet. IV. 3. p. 166. Ac ſane quiſquis contulerit quæ de eodem invento Livius habet XLII. 65. vix dubitabit affirmare, ex ipſis his Polybii verbis iſta a Romano ſcriptore eſſe expreſſa. Nempe ſic Livius, de præſidio Romano agens, a Perſei militibus cincto: *Maxime ceſtroſphendonis vulnerabantur, Hoc illo bello novum genus teli inventum eſt. Bipalme ſpiculum haſtili ſemicubitali infixum erat, craſſitudine digiti: huic ad libramen pinnæ tres, velut ſagittis ſolent, circumdabantur: funda media duo funalia imparia habebat. Cum majori ſinu libratum funditor habena rotaret, excuſſum, velut glans, emicabat.* Scilicet — „Hæc Livius (ut monuit ad Suidam KÜSTERUS) ſuo more liberius vertit, omiſſis etiam quibuſdam, quæ forſan non intelligebat, vel ſaltem quæ non ſine magna difficultate verti poſſe animadvertebat.“— Ceterum de hoc Fragm. conſule quæ monuit Lipſius loco paulo ante laudato.

Ibid. ξένον. Livium ſi audis, νέον ſuſpicari poſſis; ſed idcirco nolimus ſolicitatum id quod Suidæ libri habent.

Verſ. 2. ἴσον ἔχον τὸν αὐλίσκον τῇ προβολῇ. — „Hæc in vertendo omiſit Livius, eo fortaſſe, quod nimiam difficultatem habebant. Eſt autem αὐλίσκος, ut videtur, *poſtica pars teli*, quæ induitur haſtili, quam πυθμένα vocat Polybius lib. VI. [c. 23, 11.] in deſcriptione pili Romani. προβολὴ vero eſt *anterior pars teli*, quæ prominet & in mucronem deſinit. Itaque ſic verti poteſt hic locus: *Bipalme ſpiculum erat, cujus tubus æqualis erat prominenti ferro.* Non poteſt, ut exiſtimo, magis latine reddi vox græca αὐλίσκος. Sic, quos *organorum tubos* vocamus, proprie ſunt αὐλίσκοι. Et ſane utriuſque vocabuli origo fere eadem eſt: ut enim αὐλίσκος derivatur a τοῦ αὐλοῦ, quæ eſt *tibia*; ita *tubus* a *tuba*.“ VALESIUS. — De vo- Verſ. 2.

 cab.

cabulo προβολὴ conf. notata ad I. 53, 10. & ad XVIII. 12, 3.

Verf. 3. *Verf.* 3. σπιθαμιαῖον. Sic fcribendum monuerat etiam Gronov. Et neceffario utique ad ξύλον referri hoc adjectivum debuit, non ad διάμετρον. Sic & Livius *femicubitale haftile* dicit, quod idem valet: eft enim σπιθαμὴ dodrans pedis, adeoque dimidium cubiti, qui valet pedem unum cum dimidio.

Verf. 5. *Verf.* 5. κώλων. Sic Lipfius l. c. veriffime. Eft enim proprius ufus hujus vocabuli κῶλον, de *loris* vel *habenis*, quæ dicuntur, *in funda*. Suidas: Κῶλα· τὰ τῆς σφενδόνης ἑκάτερα μέρη. Hinc apud Lycophronem, laudatum a Lipfio, *Baleares*, Τριπλαῖς δικώλοις σφενδόναις ὡπλισμένοι. Eodem pertinet σφενδόνη μακρόκωλος, & βραχύκωλος apud Strabonem III. p. 168. citatum ab eodem Lipfio Poliorc. IV. 2. p. 161. Et illud apud Ariftoph. in Ranis vf. 1400. (1358. ed. Brunck.) τὰ κῶλα τ᾽ ἀμπάλλετε, ubi perperam Bifetus κῶλα, τὰ ἄρκυα, τὰ δίκτυα, id eft *retia*, interpretatur: nec funt *crura* ibi τὰ κῶλα, ut cum gloffa interlineari reddidit Brunckius nofter, vir doctiffimus: fed τὰ κῶλα ἀμπάλλετε eft *circumagite habenas*, nempe *fundarum*; Cretenfes enim fundatores ibi adloquitur Aefchylus. Sic de Mezentio Virgilius Aeneid. IX. 587. ait: *Stridentem fundam ter adducta circum caput egit habena.*

Cap. X.

CAPVT X.

Verf. 1. *Verf.* 1. Ὁ Κότυς. Ante hoc Fragm. in Codice Peirefc. notatum effe Λόγος κζ′ monuimus ad initium hujus libri. De hoc *Cotye* vide Liv. XLII. 29. 51 & 67. Idem Fragmentum habet Suidas in Κότυς & fimillima de eodem Cotye leguntur apud Diodor. Sicul. T. II. p. 577 fq. — „Videtur hoc Fragm. ad recenfionem amicorum & fociorum pertinere, quos Perfeus fibi conquifivit, cum in eo erat, ut bellum adverfus Romanos inftrueret. vid. Liv. XLII. 29. & Fragm. Legat. XCVI.“ [lib. XXX. c. 12.] REISKIVS.

Verf.

Verf. 2. ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὴν ψυχήν. καὶ, quod aberat vulgo, inferuimus ex Suida. — *Ibid.* Verbum ὢν poſt Θρᾷξ, dedit idem Suidas. Si quis tamen, recte abfuiffe a cod. Peirefc. & a Suidæ editionibus contendat, ei non valde repugnabimus. Verf. 2.

Verf. 3. καὶ βάθος ὑπέφαινεν ἐλευθέριον. — „Βάθος vox eſt Polybiana, quæ *altitudinem mentis atque ingenii* ſignificat, qua præditus abdita quæque examinat ac diſpicit. Itaque Polybius de Pauſiſtrato ſupra dixit: [XXI. 5, 5.] βαθύτερος τῇ φύσει καὶ στασιμώτερος μᾶλλον ἢ τολμηρότερος ὑπῆρχεν, Βάθος enim fere cum *conſtantia* conjunctum eſt, ut contra, qui a Græcis ἐπιπόλαιοι dicuntur, *leves* ſolent eſſe. Suidas in Ἐπιπόλαιος; Ὁ δὲ Σιλβανὸς ἐπιεικὴς μὲν ἦν, καὶ τἆλλα ἱερὸς, καὶ ἁπλούστερος τὰ ἤθη καὶ ἐπιπόλαιος, quod Suidas explicat ἀντὶ τοῦ, οὐ βαθὺς τὸν τρόπον. Optime autem deſcripſit τὸ βάθος Aeſchylus in Septemthebana, de Amphiarao cum dicit, βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος, ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. Philo, in legatione ad Cajum, Tiberii ingenio tribuit τὸ βάθος optimo jure, ὁ γὰρ Τιβέριος φρονήσει βαθείᾳ χρώμενος. Et Nicolaus noſter de Aſſyriis. Eunapius quoque apud Suidam de Rufino, tutore imperatoris Arcadii, βαθυγνώμων ἄνθρωπος καὶ κρυψίνους. Hanc *altitudinem animi* vocant Latini. Salluſtius, in bello Iugurthino, de Sulla; *ad ſimulanda negotia altitudo animi incredibilis.* Cicero lib. I. de Officiis: *In liberis vero populis & in juris æquabilitate exercenda etiam eſt facilitas & altitudo animi quæ dicitur.*" VALESIVS. — Adde quæ Erneſtus notavit in Indice Græco-latino ad Ciceronem, ubi βαθύτητα *profundam taciturnitatem* interpretatur. Verf. 3.

CAPVT XI. Cap. XI.

Verf. 1. Quinque verba περὶ τῆς τῶν αἰχμ. διαλυτρ. deſunt Bav. — *Ibid.* τῶν μετὰ Διοφάνους πλεόντων. vide cap. 6, 15. Verf. 1.

CAPVT XII.

Cap. XII. Verf. 1. *Verf.* 1. Πτολεμαῖος. — „Hic videtur eſſe *Ptolemæus*, cognomento *Macer*, [ὁ Μάκρων] qui, cum eſſet præfectus Cypri, ad Antiochum Epiphanem tranſfugiſſe dicitur lib. II. Machabæor. cap. 10.“ VALESIVS. — Conf. ſupra XVIII. 38, 6. & ibi notata. Livius, in rebus anni ab V.C. 523. lib. XLII. 29. de rebus Aegypti hæc habet: *Ptolemæus* [*Philometor* is erat cognomento] *propter ætatem alieni etiam tum arbitrii erat. Tutores & bellum adverſus Antiochum* [Epiphanem] *parabant, quo vindicarent Coeleſyriam, & Romanis omnia pollicebantur ad Macedonicum bellum.* Eclogam Polybianam habet & Suidas in Πτολεμαῖος στρατηγὸς, ubi κατὰ Κύπρου mendoſe, pro κατὰ Κύπρον.

Verf. 2. *Verf.* 2. ἔτι νηπίου ὄντος τοῦ βασιλέως. Temere illa ſerie poſita ſunt verba in noſtra editione. Reſcribe ἔτι νηπίου τοῦ βασιλέως ὄντος, cum cod. Peireſ. & Suida ſuperioribuſque Polybii editionibus. — *Ibid.* ὑπὸ τῶν βασιλικῶν διοικητῶν. — „Hoc nomine vocabatur Alexandriæ is, *qui regiam pecuniam curabat,* cujus rei teſtis eſt Cicero in orat. pro Rabirio Poſtumo: *Hæc una ratio a rege propoſita Poſtumo eſt ſervandæ pecuniæ, ſi curationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet: id autem facere non poterat, niſi dioecetes. Hoc enim nomine utitur qui a rege eſt conſtitutus.* Phalaris in Epiſtola ad Polycletum medicum: γέγραφα δὲ καὶ Τεύκρῳ, τῷ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, διδόναι σοι τὴν σύνταξιν. Hos Græci etiam οἰκονόμους vocant, ut Ioſephus lib. XII. cap. 4. γράφει τῷ οἰκονόμῳ Ἀρίωνι, ὃς ἅπαντα τὰ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ χρήματα αὐτῷ ἐδιῴκει. Latini *Diſpenſatores* vocant. Athenis quoque erat Magiſtratus quidam ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, qui pecuniam ærarii adminiſtrabat, quem *Quæſtorem* poſſis dicere. Ejus meminit Demoſthenes pro Corona, Dinarchus in orat. κατὰ Διονυσίου τοῦ ἐπὶ τῆς διοικήσεως apud Dionyſ. Halic. in Dinarcho, & Diogenes in Zenonis Cittiei vita. Pollux lib. VIII. [ſect. 113.] καὶ τὸ διδόμενον [διδόμενον] ἐκαλεῖτο Θεωρικὸν, ὥσπερ καὶ τὸ ἐκκλησιαστικὸν, καὶ τὸ δικαστικὸν,

ὧν

ὧν ὁ ἐφεστηκὼς ἐπὶ τῆς διοικήσεως αἱρετὸς ἦν ἐπὶ τῶν προσιόντων καὶ ἀναλισκομένων. quæ Pollucis verba non intellexit interpres.“ VALESIVS. — Laudavit hanc Valeſii adnotationem Kühnius ad Polluc. l. c. Verſ. 2.

CAPVT XIII. Cap. XIII.

Verſ. 1. Κέφαλος. Defectionis *Cephali* a Romanis ad Perſei partes (de qua confer infra verſ. 16.) meminit Livius in rebus anni ab V.C. 585. ſed ut rei præteritæ, lib. XLIII. c. 18. Quod vero ibi Drakenborchius ait, defectionem Cephali a Romanis memorari etiam apud *Appianum Alexandrinum*, error eſt; *Diodorum Siculum* dicere vir doctus voluit, qui & *Cephali* hujus, & *Charopis* eadem occaſione, qua Polybius, meminit in Exc. Peireſc. p. 309. edit. Valeſ. T. II. p. 578. ed. Weſſeling. Verſ. 1.

Verſ. 2. αἴτιον ἐγένετο τοῦ Φίλιππον μὲν ἐκπεσεῖν &c. — „Vide Livium lib. XXXII. [c. 6.] & Plutarchum in Flaminini vita.“ VALESIVS. Verſ. 2.

Verſ. 6. ἐκορωνία. — „In exemplari noſtro legebatur ἐν κορωνίᾳ, abſque ſenſu; in quo prorſus nobis hærendum erat, niſi Suidas nobis adfuiſſet, qui hunc locum profert in Ἐκορωνία, idque interpretatur ἐγαυρία. Neque aliter Heſychius κορωνιῶν reddit γαυριῶν. Videtur enim derivari ἀπὸ τῶν κορωνῶν ταύρων, qui ſurrecta habent cornua. Sic Ariſtophanes ἀνωρτάλιζες κἀκερουτίας dixit [Equit. 1341.] eadem metaphora. Verumtamen, pace Grammaticorum, malim interpretari *contendere* ac *rixari*, ſumta a *cornicibus* metaphora, quæ contentionibus gaudent, & alias aves ſubinde appetunt majore animo quam robore, ut & Servius ſcribit in Eclogam IX. Virgilii. Sane verbum illud, quod adjungit Polybius, interpretationem noſtram mirifice confirmat. ἐκορωνία, ait, καὶ παρετρίβετο. Eſt enim παρατρίβεσθαι *altercari*, unde παρατριβή, qua voce utitur Polybius cap. 41. Legat.“ VALESIVS. — Et ipſum verbum παρατρίβεσθαι familiare & aliâs Polybio. — *Ibid.* ἔμπλεων ſcripſimus cum Suida. Ceteri vulgo ἔμπλεον. Verſ. 6.

Verſ.

Verf. 7. *Verf.* 7. οἱ προκατέχοντες καὶ ταῖς ἡλικίαις καὶ ταῖς δόξαις. Valefius: *Antinous, longe ætate & gloria antecellens.* Infolens ifta notione verbum προκατέχω, quod fua origine *ante occupo, ante poffideo* denotat, & accufativum cafum junctum habere debet. προανέχοντες corrigendum fufpicatus eft Erneftus in Lexic. Polyb. Satis fuerat προέχοντες. Sed nil tamen mutare aufimus. — *Ibid.* οἱ περὶ τὸν Ἀντίνουν. Valefius: *Antinous cum Cephalo*; rectiffime, fententia id poftulante. Quod fi hoc loco Polybius non diferte adpofuit *Cephali* nomen, (quemadmodum utrumque junxit XXX. 7, 2.) oportet, ut in fuperioribus, quæ prætermifit compilator, fatis perfpicue docuerit, quinam fuerint οἱ περὶ τὸν Ἀντίνουν. Sed putamus, hoc pariter loco fcripfiffe Polybium οἱ περὶ τὸν Ἀντίνουν καὶ Κέφαλον: fin minus, compilator certe ita fcribere, perfpicuitatis cauffa, debuerat.

Verf. 8. *Verf.* 8. χρώμενον. Ferri potuiffet χρώμενος, nifi fequerentur participia παρατηροῦν & ἐκδεχόμενον, in neutro genere, ad μειράκιον relata.

Verf. 12. *Verf.* 12. πρατ7ομένου δὲ τοῦ πολέμου. — „Dictio plebeja certe, fi fana. Exfpectabamus ab alio certe fcriptore, συναρατ7ομένου aut συῤῥατ7ομένου, aut ζέοντος." REISKIVS. — *Ibid.* μηδὲ προστρέχειν ἀγεννῶς. — „Malim προτρέχειν, metaphora ducta ab officiofis fervulis, qui ultro ad herum accurrunt. Emendavi etiam πέρα τούτου, cum in msto codice effet παρὰ τούτου." VALESIVS. — „προστρέχειν immerito difplicuit Valefio, bonum & probum verbum, Polybio ufurpatum; aliâs de temeritate & imprudentia procurrente ad rem, ruente cum coeco impetu, & efferente fe ultra juftum & falutare; vid. p. 1300, 14. [XXXI. 12, 5. ubi tamen dubitare de ifta notione verbi licet;] aliâs, ut hic loci, fua ftudia & officia ingerere, obtrudere invitis, venditare, offerre ultro, aut dato nutu, & curfim. Diodor. Sicul. T. I. p. 569, 30. de calamitatibus in idem tempus concurrentibus & prævenire inter fe quafi contendentibus." REISKIVS. — προστρέχειν

τῇ

τῇ βουλῇ XXVI. 3, 4. eadem, qua hic, notione habuimus, *gratiam ſenatus captare*, proprie *ad ſenatum accedere, ad ſenatum ſe adplicare*, ſcil. *ut qui ei adſentetur.* conf. ibid. verſ. ſeq.

Verſ. 13. καὶ πᾶν ἂν παρὰ τὴν Ῥωμαίων βούλησιν γιγνόμενον. Non πᾶν τὸ, ſed nude πᾶν ſe velle ſignificavit Valeſius. Mallemus quidem πᾶν τὸ, ſed πᾶσαν proxime ex πᾶν ἂν detortum videbatur. Minime vero placet Reiſkii inventum, καὶ πᾶσαν φωνὴν παρὰ τ. Ῥ. β. γινομένην. Verſ. 13.

Verſ. 14. Νίκανδρον. — „*Eupolemum & Nicandrum* Romam abductos fuiſſe ſcribit Polybius cap. 73. legationum, [immo cap. 74. Nobis Lib. XXVIII. 4, 6.] eo quod ſuſpecti erant, Perſei partibus favere adverſus populum Romanum, quod geſtum eſſe videtur conſulatu Auli Hoſtilii & Attilii Serrani. Serviebant autem & obſequebantur Romanis in Aetolia Lyciſcus & Tiſippus, ut Polybius ſcribit.“ VALESIVS. — Lyciſcum & Tiſippum conjunctim nominat Polyb. XXX. 10, 4. qui locus tamen parum huc facit. Verſ. 14.

Ibid. ἀπὸ τῆς ἱππομαχίας. — In latina verſione præteriit iſta verba VALESIVS, in Notis vero monuit: „Forte ἀπὸ Λυσιμαχίας legendum eſt, quod oppidum fuit Aetoliæ, teſte Strabone.“ In aliam partem ſe vertit REISK. „Forte ἀπὸ τῆς ἱππαρχίας, (ait) id eſt, *hipparchiæ quamquam magiſtratu fungentes*, nulla reverentia muneris quod gerebant.“ — At nil opus erat conjecturis. Veriſſimum eſt ἀπὸ τῆς ἱππομαχίας, *poſt pugnam illam equeſtrem*, ſcil. qua victi ſunt Romani a Perſeo, de qua pugna dictum ad cap. 8, 1. Poſt illam pugnam, *in conſilio apud conſulem* (ut docet Livius XLII. 60.) *pro ſe quiſque in Aetolos conferebant cauſſam; ab iis fugæ terroriſque principium ortum* [ajebant.] *Quinque principes Aetolorum primi terga vertentes conſpecti dicebantur.* Hi ſunt putamus illi, quos Romam abductos Polybius dicit; e quibus quatuor nominatim commemorat, *Nicandrum, Hippolochum, Lochagum, & Eupolemum.* Dicit vero, ἀλόγως, *temere, non ſatis idonea cauſſa* abductos eſſe; quia nempe, ut Livius ſignificat, accuſa-

cusati quidem a Romanis erant, sed certa documenta non adfuerant. — *Ibid.* τὰς διαβολὰς τὰς ἐκ τῶν περὶ Λυκίσκον. Vide XXVIII. 4, 5 sqq.

Vers. 15. *Vers.* 15. παντὸς πεῖραν λαμβάνειν. Sic I. 49, 8. παντὸς ἔργου πεῖραν λαμβάνειν. — *Ibid.* ὡς τούσδε. Aut sic, aut ἀνηκόους τε, scribendum Reiskius conjecit. Ad vulgatam lectionem σώους δὲ haec adnotaverat VALESIUS: „Hæ duæ voces expungendæ videntur, sensum enim turbant, nisi forte scribamus, σώους τε, aut simpliciter, σώους μὲν, ἀκρίτως δέ. quod mirifice placet.“ —

Cap. XIV.

CAPUT XIV.

Vers. 1. *Vers.* 1. Οἱ περὶ Θεόδοτον. — De Theodoto vide Liv. XLV. 26. & infra p. 1447.“ [XXX. 7, 2.] REISKIUS. — Ad eumdem Livii locum provocavit Valesius. Sed ea quidem, de quibus istis locis agitur, deinde gesta. Narratio ejus rei, quam nunc dicit Polybius, quæ gesta est A. V. 584. desideratur apud Livium, cujus liber XLIII. qui hujus anni historiam exponebat, hac parte lacer atque mutilus est. Lacunam ex Polybio supplevit Freinshemius.

Vers. 3. *Vers.* 3. τὸν Ἀῷον ποταμόν. Vide Adnot. ad V. 110, 1.

Vers. 4. *Vers.* 4. εἰς τοὺς Φανοτεῖς. Cum ex codice Peiresc. Φανοσεῖς edidisset VALESIUS, sic ad h. l. ipse commentatus est: „Legendum videtur Φανοτεῖς, quod est oppidum in agro Phocensi, cujus meminit Strabo lib. IX. [p. 407.] & Polybius lib. V. [c. 96.] Existimavimus aliquando, eosdem esse ac Πανοπεῖς: quippe Strabo ait, Parapotamios vicinos esse Phanotensibus & Chæronensibus, quod & Panopensibus convenit. Sunt enim Panopenses vicini Parapotamiis & Chæronensibus, teste Herodoto lib. VIII. & Pausania in Phocicis. Unde apud Sophoclem, pro Φανοτεὺς ὁ Φωκεὺς, [Electr. vs. 45.] quidam Πανοπεὺς legebant, teste Eustathio in Homeri Catalogum. Est & *Phanota* castellum Epiri apud Livium lib. XXXIII. [XLIII. scribere voluit] in fine, & lib. XLV.“ [c. 26.] VALESIUS. — Et haud dubie hoc

Epi-

Epiri oppidum, cui *Phanota* plurali numero nomen erat, hoc loco intelligendum, non *Phanotea* Phocidis: nam ab *Aoo* fluvio per Epirum, non per Phocidem, iter eſt in *Theſſaliam*. Verſ. 4.

Ibid. Νέστορι τῷ Κρωπίῳ. — „Cujas ille *Neſtor* ſit, mihi non liquet ex eo quod additur. Apud Stephanum mentio eſt Κρωπίας δήμου, ſed alia inde gentilia deducit, & non videtur inde domo eſſe. Conjeci Ὠρωπίῳ, quod nunc quoque verum puto, *ex Oropo*, notiſſima apud auctores veteres urbe.“ GRONOVIVS. — Quinque ejus nominis urbes Stephanus commemorat.

Ibid. ὁμολογούμενον, ὅν. Cum ex codice editum eſſet ὁμολογούμενον abſque ὅν, adnotavit in ora libri Valeſius, legendum ὁμολογουμένως, ὅν. REISKIVS vero: „ὁμολογούμενον, ait, bene habet, ſed ultima ſyllaba erat iteranda, ὁμολογούμενον, ὅν εἰ μὴ τύχῃ τις.“

CAPVT XV. Cap. XV.

Verſ. 3. τὰς ἀναθηματικάς. — „*Imagines & ſtatuas* verti, quæ ſunt ἀναθηματικαὶ τιμαί. Etſi enim regum ac principum honoris cauſſa ſtatuuntur, ſolent nihilominus alicui Deo conſecrari. Cicero II. in Verrem: *Apud omnes Græcos hic mos eſt, ut honorem hominibus habitum in monimentis hujuſmodi nonnulla religione deorum conſecrari arbitrentur &c.* Vide quæ notavit Caſaubonus ad Diogenem Laërtii filium in Platone, [ſect. 25.] & ante illum Lipſius in Commentariis ad lib. III. Annalium Taciti. [cap. 64.] Videtur tamen Polybius nomine τῶν ἀναθηματικῶν τιμῶν plus aliquid, quam *ſtatuas* intelligere. Capite enim LXXIV. Legationem [lib. XXVIII. 7.] ait, *omnes Eumenis honores, qui indecori & præter Achæorum leges eſſent, ſublatos fuiſſe.* Aras itaque, & ſacra, dieſque feſtos, Eumenis honoris cauſſa inſtitutos, hac voce comprehendit. Vide & legat. LXXVIII.“ [XXVIII. 10, 7.] VALESIVS. Verſ. 3.

Verſ.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *τὸ Φιλάδελφον.* — „Ab hoc in fratrem amore cognominatus eſt (*Attalus*) *Philadelphus*, teſte Marciano Heracleota, & Strabone lib. XIV. [p. 641 & 667.] & Stephano Byzantio in *Εὐμένεια*. Male Scaliger poſtremum Attalum hoc cognomine affectum eſſe exiſtimavit, cum is Philometor dictus ſit, non Philadelphus." VALESIVS.

Cap. XVI.

CAPVT XVI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *Οἱ* [*Κυδωνιᾶται*] *Κρῆτες.* Confer Diodorum Sicul. T. II. p. 579. eandem rem ex eodem Polybio noſtro referentem. De eiſdem Cydoniatis confer quæ habet Polybius noſter XXVIII. 13.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *ὑπαρχούσης γὰρ αὐτοῖς.* *αὐτῇ* ad oram ſui libri notaverat Gronov. *αὐτοῖς* recte corrigere juſſit Reiſkius. Idem mox *ἀλλὰ καὶ συμπολιτείας* voluerat.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *καὶ τὰς γυναῖκας.* *τὰς δὲ γυναῖκας* Reiſkius.

Cap. XVII.

CAPVT XVII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. *εἰς μὲν τὴν Ῥώμην ἔπεμψε πρεσβευτὰς τοὺς περὶ Μελέαγρον.* Iis legatis initio anni ſequentis, pro more, ſenatus datus eſt. XXVIII. 1, 1. Quod autem ait *εἰς μὲν τὴν Ῥώμην*, particula illa *μὲν* referebatur ad id quod ſequebatur apud Polybium, & prætermiſſum eſt ab hoc Excerptore; *de irruptione Antiochi in Aegyptum*, cujus mentio fit in Excerpto Valeſiano, quod huic Eclogæ ſubjecimus.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. *πλὴν τῶν κατὰ τὸ Πηλούσιον στρατηγημάτων.* — „Antiochus Epiphanes in priore illa expeditione Aegyptiaca majori calliditate & aſtutia uſus videtur, quam regem decebat, ut Hieronymus paſſim in cap. XI. Danielis memorat: *Et tam callidus fuit, ut prudentes cogitationes eorum, qui duces pueri erant, ſua frau-*

fraude subverterat. Idem scribit Iosephus lib. XII. Vers. 3.
[cap. 5, 2.] *Γενόμενος οὖν μετὰ πολλῆς δυνάμεως κατὰ τὸ Πηλούσιον, καὶ δόλῳ τὸν Φιλομήτορα Πτολεμαῖον περιελθὼν καταλαμβάνει τὴν Αἴγυπτον.*" VALESIVS. — De eadem expeditione Antiochi Epiphanis in Aegyptum confer quae (ex Polybio haud dubie ducta, ut solet in omni horum temporum historia) habet Diodorus Sicul. in Excerpt. de Virt. & Vitiis, Tom. II. ed. Wesseling. p. 579. & consule quae ibi notavit idem Henr. Valesius: Adde quae collegit Prideaux in Connexione Vet. & Nov. Test. Part. II. lib. 12. ad Ptolemaei Philometoris annum II.



ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XXVIII.

RELIQVIAS.

Lib. XXVIII.

Argumenta librorum XXVIII. XXIX & XXX.

Res anno 1. Olymp. CLII. ab V. C. 583. geſtas, *libro ſeptimo & viceſimo* fuiſſe a Polybio comprehenſas, ex duorum codicum, Bavarici & Peireſciani, teſtimonio docuimus in Adnot. ad illius libri initium. In eumdem librum conjecimus res, anno 2. ejuſdem Olymp. ab V. C. 584. geſtas. Iam *liber XXVIII. Polybii* nuſquam diſerte citatur, niſi in Codice Peireſciano, in Excerptis de Virtut. & Vitiis, ubi, poſt illud minutum Fragmentum de Antiocho ad Peluſium, quod XXVII. 17, 3. exhibuimus, ſic ſcriptum erat Λόγος κή. ut, ſi fides ei inſcriptioni ſit, ſtatuendum fuerit, Eclogam, quæ ibi proxime ſequitur, *de Dinone & Polyarato & de variis hominum ſtudiis bello Perſico*, (quam Eclogam ab his verbis vulgo incipiunt: Ὅτι φησὶ Πολύβιος· Πρότερον ἐπιστήσαντες &c.) *ex libro XXVIII.* eſſe decerptam. Sed propius ſi ſpectes, intelliges, quod etiam Valeſius admonuit, (vide ad XXX. 9, 2.) agi in illa Ecloga de rebus A. V. 587. finito bello Perſico geſtis; quas res, ut Athenæi teſtimonio conſtat, *libro XXX.* perſecutus eſt ſcriptor noſter. vide XXX. 13, 1. Res autem anno ab V. C. 586. geſtas *libro XXIX.* fuiſſe comprehenſas, ex Fragmento intelligitur ab eodem Athenæo prolato, quod XXIX. 5, 7 ſq. exhibuimus, coll. Liv. XLIV. 30, 3.

A quo

A quo non multum dissentit id, quod Casaubonus notavit in fine Eclogæ XCII. de Legationibus, quæ agit de Popillii legatione ad Antiochum Epiphanem, Aegyptum suo exercitu tenentem, A. V. 586. Liv. XLV. 12. (nobis XXIX. 11.) ubi hæc verba subscripsit Casaubonus, Τέλος τοῦ τριακοστοῦ λόγου: quam Notam ex codice Andreæ Schotti ille duxisse videtur, nam nec Bavaricus, nec Vrsini codex eam habuit; sed veremur, ne parum adcurate in ea transscribenda versatus sit Vir doctus. Nam quod si cogitemus ea, quæ de Librorum XXIX. & XXX. argumentis ex Athenæo novimus, suspicari utique licet, in Codice eo, e quo illam Notam hausit Casaubonus, sive in media pagina inter lineas, sive in ora, non Τέλος τοῦ τριακοστοῦ λόγου fuisse scriptum, sed solummodo Λόγος λ.' cujusmodi Notæ passim in codice Peiresciano, in Bavarico, & in Vrsini codice adscriptæ erant; (vide Adnotationes nostras ad initium libri XXVII. ad XXXIII. 1. ad XXXVI. 1. ad XXXVIII. 1.) quo indicabatur, non præcedentem Eclogam, sed proxime sequentem, ex illo libro esse ductam. Quibus ita positis, intelligi par est, pro *Libro XXVIII.* nil aliud superesse, nisi *res anno ab V. C. 585. gestas*, quemadmodum Liber XXIX. nonnisi res A. V. 586. gestas complexus erat. Quæ si cui nimis angusta argumenta pro complendis singulis Polybii libris videantur, cogitet primum, apud Livium pariter res A. V. 585. gestas integrum pæne librum complesse, a lib. XLIII. 11. usque XLIV. 16. rursusque rerum anno 586. gestarum narrationem apud eumdem Livium a lib. XLIV. 17. usque ad XLV. 16. produci; tum vero meminerit, multo copiosius enucleatiusque Polybium, quam Livium, res omnes, præsertim quæ apud Græcos, quæ in Asia, quæ in Aegypto gestæ sunt, esse persecutum.

CAPVT I. Cap. I.

Vers. 1. Τοῦ πολέμου τοῦ περὶ Κοίλης Συρίας ἤδη καταρχὴν λαβόντος. Vide XXVII. 17. & ibi notata. τοῦ post Vers. 1.

πολέμου caret Bav. De argumento hujus Eclogæ conf. Diodor. Legat. XVIII. — *Ibid.* Ἡρακλείδης. Ἀρακλείδης Bav.

Verf. 3. *Verf.* 3. *τῇ περὶ τὸ* Πάνιον *μάχῃ.* — „Ita emendavimus, cum in exemplari effet *σπάνιον*. Eft autem Πάνιον, *σπήλαιον* Παλαιστίνης, *ἀφ' οὗ ἐκρεῖ ὁ ποταμὸς* Ἰορδάνης, ut fcribit Stephanus.“ VRSINVS. — „F. Vrfini emendationem confirmat p. 1412, 13. [XVI. 18, 2.] Evenit illud prælium paulo poft Ptolemæi Philopatoris mortem, puero Ptolemæo Epiphane; quo de bello narravit Polybius lib. XV. fed ea pars periit, fupereft parva particula p. 985.“ [XV. 20.] REISKIVS. Confer Valefii Adnot. ad XVI. 40, 6.

Verf. 4 fqq. *Verf.* 4. *ἰδίων. ἰδίως* Bav. — *Verf.* 5. *παρῃρῆσθαι. παρῃρεῖσθαι* Bav. — *Ibid.* *πόλεις αὐτοῦ. πόλεις αὐτῶν* Bav. — *Ibid.* *οὐχ οἷός τε ἦν ἐκείνῳ παραχωρεῖν.* Corrupte *οὐχ οἷς τ' ἦν ἐκείνου παραχωρείη* Bav. In eodemque errore verfatus Vrfini codex videtur: nam ita, ut nunc legitur, a fe reftitutum effe hunc locum ait Vrfinus, cum corruptus fuiffet in exemplari. — *Verf.* 6. *διότι* Πτολεμαῖος. *διότι* Πτολεμαίου (fic) Bav. — *Ibid.* *πρότερος. πρότερον* Bav. — *Verf.* 7. *τῶν Φιλανθρώπων* recte Cafaub. & feqq. cum Bav. & fic mox rurfus *Verf. feq.* *τῶν Φιλανθρωπιῶν* utrobique Vrfinus, male.

Verf. 8. *Verf.* 8. *συμβουλεύσαντος αὐτοῖς.* — „fcil. *οὐκ εἰπεῖν περὶ τούτου τοῦ μέρους.*“ REISKIVS. — *Ibid.* Μάρκου Αἰμιλίου. *M. Aemilius Lepidus* olim unus ex tribus legatis fuerat, ad Syriæ & Aegypti reges miffis. vide XVI. 34, 1. & 27, 5. Nunc princeps fenatus erat. Liv. XLIII. 15. — *Ibid.* *ἀνανεωσάμενοι, καὶ λαβόντες* &c. Reifkius voluerat, *περὶ δὲ τῆς τῶν Φιλανθρώπων ἀνανεώσεως λαβόντες ἀποκρ.* Commode quidem; fed ferenda vulgata videtur.

Verf. 9. *Verf.* 9. Κοΐντῳ Μαρκίῳ. Mendofe Κόϊντον τῷ Μαρκίῳ. Sufpicamur, debuiffe librarium Κοΐντῳ τῷ Μαρκίῳ. Conful fuit *Q. Marcius Philippus II.* cum Cn. Servilio Cæpione

A. V.

A.V.585. — *Ibid.* γράψαι περί. Cum eſſet vulgo γράψαι τε περὶ, monuit Reiſkius, τε delendum, ut natum e proximo πε in περί. — *Ibid.* ὡς αὐτῷ δοκεῖ συμφέρειν ἐκ τῆς ἰδίας πίστεως. — „Expreſſit Polybius antiquam formulam, qua utebantur in Senatus conſultis: *ita ut eis e rep. fideque ſua videbitur:* &, ut inciſum eſt in ænea apud nos tabella, cujus alibi meminimus: ΩΣ ΑΝ ΑΥΤΟΙC ΕΚ ΤΩΝ ΔΗΜΟCΙΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΠΙCΤΕΩC ΤΕ ΤΗC CΦΕΤΕΡΑC ΦΑΙΝΗΤΑΙ. I. V. E. E. R. P. F. S. V." VRSINVS. Verſ. 9.

CAPVT II. Cap. II.

Verſ. 1. παρὰ Ῥοδίων πρέσβεις. De hac *Rhodiorum legatione* confer Liv. XLIV. 14. & ipſum Polybium noſtrum, eodem hoc libro, cap. 14. Verſ. 1.

Verſ. 2. ἐξαγωγήν. — „ſcil. e Sicilia. (vide verſ. 5.)" REISKIVS. Verſ. 2.

Verſ. 3. Ῥοδοφῶντα. Correctum hoc ab Vrſino, cujus in codice Ἡδοφῶντα fuerat; unde Ἡροφῶντα Reiſkius ſuſpicatus erat; ſed monet ipſe, Ῥοδοφῶντα recurrere XXX. 5, 4. Veram ſcripturam, Ῥοδοφῶντα, utrobique habet Bav. — *Ibid.* ἀπερειδόμενοι. ἀπεριδόμενοι Bav. — *Ibid.* Δείνωνα. Vide ad XXVII. 6, 4. Verſ. 3.

Verſ. 5. τούτων οὐδέν. τοῦτο οὐδὲν Bav. — *Ibid.* καίπερ σαφῶς. καὶ περὶ σαφῶς Bav. — *Ibid.* ἐφῆκαν. — „Deerat in exemplari verbum ἀφῆκαν poſt vocem Σικελίας." VRSINVS. — „ἀφῆκαν eſt a F. Vrſino. Poterat quoque ἐφῆκε aut εἴασε ſubſtitui. Concedebatur Rhodiis frumentum Sicilia exportare, partim, quia magna pars mercaturæ, quam Rhodii exercebant, frumento continebatur, ut e Demoſthene conſtat; partim, quia legati Rhodii queſti erant in ſenatu, auctore Livio XLIV. 24. [XLIV. 14. ſcribere voluit] *tertium ſe annum multa ejus incommoda belli ſentire; mari intercluſo inopia inſulam premi, amiſſis maritimis vectigalibus atque commeatibus.* Vide etiam infra p. 1255." [hoc lib. cap. 14, 8.] REISKIVS. Verſ. 5.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. ἰδίᾳ τοῖς Ῥοδ. πρεσβ. Ad vulgatam ſcripturam, διὰ τῶν Ῥοδίων πρεσβευτῶν, notavit REISKIVS: "Forte ἐχρηματισε τοῖς παρὰ τῶν Ῥοδίων πρεσβευταῖς, aut ἐχρημάτισεν ἰδίᾳ τοῖς Ῥοδίων πρεσβευταῖς." ἰδίᾳ, *ſigillatim,* opponitur τοῖς ἄλλοις ἅπασιν.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. Ἀκολούθως δὲ τοῖς ἄλλοις ἁπ. ἀπηντ. &c. Id eſt, *Pari modo diſſimulavit ſenatus mentem ſuam adverſus alios populos*, qui, ſicut Rhodii, ad Perſei partes nonnihil inclinabant.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, conf. c. 14, 9, ubi hanc partem narrationis τὰ Ἰταλικὰ adpellat.

Cap. III.

CAPVT III.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Αὖλος. *A Hoſtilius* Mancinnus, conſul A.V. 584. nunc *proconſul.* Vide Liv. XLIII. 17. ubi hujus etiam legationis & rerum in ea geſtarum meminit.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. τὰ δόγματα, τὰ μικρῷ πρότερον ῥηθέντα. Quæ compilator nobis invidit, ea Livius, ex parte certe, conſervavit loc. cit. *Senatuſconſultum*, - - *Ne quis ullam rem in bellum magiſtratibus Romanis conferret, præterquam quod ſenatus cenſuiſſet.* Confer vero etiam Polybium noſtrum cap. 11, 11. & c. 14, 2.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τοὺς ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων παρὰ τὸ δέον ἀναχωροῦντας, ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς προσπίπτοντας. &c. Dubitationem utique habere poteſt, quænam vis potiſſimum iſtis verbis inſit, ἀναχωρεῖν, & προσπίπτειν. Totum locum Caſaubonus in eamdem fere ſententiam, quam nos expreſſimus, interpretatus eſt: *ſignificationem dabant, notos ſibi eſſe in ſingulis civitatibus eos, qui ab amicitia Romanorum longius quam par eſſet recederent; ſimiliterque illos, qui pronis animis in eam incumberent. Eratque omnibus manifeſtum;* & reliqua, eiſdem verbis quæ in noſtra verſione ſequuntur. Poteramus eodem jure in præcedentibus etiam tenere Caſauboni verſionem; quam, licet nec ipſam ſatis adcuratam, tamen non modo nihilo deteriorem noſtra, verum etiam aliquanto commodiorem eſſe intelligimus. Sin-

Singulare eſt REISKII inventum, *ἀναχωροῦντας* hic interpretantis *ad privatam vitam ſe recipientes, & a rep. gerenda ſeſe abſtinentes;* — „cujus contrarium (inquit) eſt *προσπίπτειν, accedere, irruere, prorumpere ad gerendam rempublicam:* qua de re jam ſupra admonuimus p. 22." Nempe eo loco, ad quem hic provocat Reiſkius, qui eſt lib. I. 17, 6. ad verba iſta, Τῶν δὲ Ῥωμαίων οἱ μὲν πρὸς τὸν Ἱέρωνα ποιησάμενοι τὰς συνθήκας στρατηγοὶ ἀνακεχωρήκεισαν, hæc notaverat idem Vir doctus: „*ἀνακεχωρήκεισαν, imperio deceſſerant, ad privatam conditionem redierant.* Opponuntur inter ſe a ſcriptoribus Græcis *ἀναχωρεῖν*, & *παριέναι*. Hoc poſterius, item *προσπίπτειν* & *προσπορεύεσθαι* eſt *accedere ad rempublicam, in forum & curiam deſcendere, ambire honores, eoſque capeſſere:* illud, *eos ponere, defungi, ad vitæ privatæ otium ſe recipere.* Locum itaque hunc, & illum p. 1241, 30. [is hic ipſe locus eſt, in quo nunc verſamur] vertenti Caſaubono non ſuccurrebant ea, quæ ipſe ad Dionis Chryſoſtomi Orationis viceſimæ initium monuit de *anachoreſi.* Conf. p. 1459, 20. [nobis XXXII. 12, 7.] Ita Appiano p. 234, 4. [de Bell. Mithrid. c. 92. lin. 30.] *ἀναχωρεῖν* eſt *a belli adminiſtratione ad otium vitæ privatæ ſe recipere.* Euſebius idem verbum paſſim uſurpat de epiſcopis; *a ſplendore & moleſtia muneris ſui in portum vitæ privatæ perfugere & oculis multitudinis ſe ſubducere.* vid. Hiſt. Eccleſ. VI. 10. p. 211 & 45. p. 247." — Hæc REISKIUS: quæ, quum ad eum locum, ad quem ea notaverat vir doctus, (ubi *ἀναχωρεῖν* nil aliud denotabat niſi *decedere, recedere,* ſcil. ex Sicilia, vel de provincia) nil pertinere intellexiſſemus, ſed facere aliquid poſſe exiſtimaſſemus ad illuſtrandum hunc locum, ad quem nunc hæremus, relaturos nos hoc loco polliciti ſumus in Adnot. ad I. 17, 6. Nunc vero, denuo penſitatis omnibus, ſatis intellexiſſe nobis videmur, nil magis ad hunc illuſtrandum locum, quam ad illum, totam iſtam Reiſkii adnotationem valere. Primum enim, quamvis verbum *ἀναχωρεῖν* nonnumquam ſigillatim uſurpetur pro *reci-*

Verſ. 4.

Verf. 4. *pere fe a publicis negotiis & ad privatam vitam redire*; per fe tamen nihil aliud, nifi *recedere, retrogredi, decedere, fecedere*, & fimilia, fignificat; & ex connexione femper intelligi debet, quid fit *id unde quis recedit*, aut *quo fecedit:* atqui hoc loco nihil adeft, quo indicetur *receffio a publicis muneribus, & receptus ad vitam privatam:* non magis quam in Appiani loco citato, ubi agitur de Mithridate *in fuum regnum regreffo,* aut apud Polyb. XXXII. 12, 7. ubi agitur de matre Scipionis, *a folennibus pompis abftinente.* (Poterat meliori jure, pro adftruenda illa notione, ad Polyb. XXX. 10, 5. provocare Reifkius.) Tum vero, quod huic ἀναχωρεῖν ita opponi verbum προσπίπτειν ftatuit, ut dicat, hoc effe *accedere ad rempublicam, ambire honores;* pulcre quidem novimus, verbum προσπορεύεσθαι ita ufurpari; at de verbo προσπίπτειν nec ullum hujus ufus exemplum Reifkius protulit, & nos pæne perfuafum habemus, nullum poffe vel ex Polybio vel ex alio græco fcriptore proferri. Neque vero alia ulla ex eis notionibus, quibus idem hoc verbum vel apud Polybium vel apud alios fcriptores frequentatur, commode huc quadrat: nam quod τοὺς προσπίπτοντας h.l. Erneftus, Cafauboni verfionem fecutus, interpretatur *fectatores amicitiæ Romanæ*, gratuito id fumtum eft. Nempe, verum fi quærimus, verbo ἀναχωρεῖν non opponitur προσπίπτειν, fed προπίπτειν, id eft, *longius jufto*, vel *longius, quam neceffe erat, progredi;* quæ duo verba creberrime ita potiffimum inter fe permutata a librariis noftris vidimus, ut προσπίπτειν pro προπίπτειν perperam fcriberetur. Vide I. 30, 12. I. 51, 6. IV. 63, 6. &c. Atque fic haud dubie hic quoque corrigendum, προπίπτοντας pro προσπίπτοντας. Agitur de præftatione officiorum, quæ ab Achæis, ut fociis & amicis, exfpectare folebant magiftratus Romanorum, qui in Græciam miffi effent. Vide Adnot. ad verf. 3. Horum officiorum refpectu, alii ex Achæis erant παρὰ τὸ δέον ἀναχωροῦντες, id eft, *præter id, quod officium poftulabat, fefe retrahebant; retrocedebant; citra officium manebant;*

non

non satis faciebant; tergiversabantur & recusabant ea quæ debita erant, & de jure ab eis postulari poterant: alii *ultra id, quod debitum erat, progrediebantur; ultro plus faciebant quam de jure postulari ab eis poterat.* Idem sunt οἱ προπίπτοντες, quos cap. 6, 6. τοὺς ὑπερκυβιστῶντας dicit. Vers. 4.

Vers. 10. Διὸ Casaub. & seqq. & sic Vrsin. in marg. cum in contextu sit δι' ὅ. In Notis vero idem Vrsin. monuerat, se διὸ malle quam δι' ὅ. Et sic rursus ait cap. 7, 2. At id quidem parum refert. — *Ibid.* συναχθείσης αὐτοῖς τῆς βουλῆς εἰς Αἴγιον. — „Ex Polybii verbis apparet, apud Livium [XLIII. 17, 4.] *Aegii*, pro *Argis*, scribendum esse. Nam, apud Aegium celebrari solitum Achæorum concilium, cum sæpius Polybius, tum ex Polybio Livius tradit lib. XLV. [voluit *lib. XXXV.* 48.] in quo ita est: *T. Quinctio Aegii datum est concilium.*" VRSINVS. — Conf. Drakenb. ad Liv. XLIII. 17, 4. Ceterum de nomine βουλὴ nota, distingui inter βουλὴν, & σύγκλητον vel ἐκκλησίαν, XXIX. 9, 6. de qua distinctione mox dicemus ad cap. 5, 6. Vers. 10.

CAPVT IV. Cap. IV.

Vers. 3. καταβάντων — „scil. *e suggestu cum descendissent* hi Romani legati *unde dixerant.* Quod h. l. καταβαίνειν appellat, id p. 1243. [hoc cap. vers. 9.] παραχωρεῖν, scil. τοῦ λόγου ἑτέρῳ." REISK. Vers. 3.

Vers. 5 *sqq.* De *Lycisco*, tum de *Eupolemo* & *Nicandro* conf. XXVII. 13, 14. & ibi notata. — *Vers.* 7. οὓς δεῖν correxit Vrsinus, in cujus cod. mendose erat οὐ δεῖν. — *Ibid.* ὁμηρίαν. Sic nunc edd. & mssti. Rectius aliâs ὁμηρείαν, a verbo ὁμηρεύω. — *Vers.* 11. δοθεὶς ἔκδοτος Ῥωμαίοις. conf. XXII. 6, 11. δοθεὶς correxit Vrsin. δεθεὶς erat in cod. msto. Vers. 5 sqq.

Vers. 12. τοὺς Αἰτωλούς. Vulgatum Ἀχαίους, lineola subducta ut suspectum notavit in suo exemplari Gronovius; REISKIVS recta „immo vero Αἰτωλοὺς legendum" monuit. — *Ibid.* ὅτε βουληθείη τι λέγειν &c. Vrsinus; Vers. 12.

Verſ. 12. ὅτε βουληθεὶς τὶ λέγειν, καὶ βάλλειν ὁμοθυμ. Caſaubonus: ὅτι βουληθεὶς τὶ λέγειν, ... καὶ βάλλειν ὁμοθυμαδόν. Et ſic ſeqq. edd. Reiſkius: „Forte ὅτε βουληθεὶς τι λέγειν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀνέστη, ἀλλὰ καὶ βάλλειν."

Cap. V.

CAPVT V.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Κατὰ δὲ τὴν 'Ακαρν. Apud Vrſinum, poſt extrema verba capitis præcedentis, ταραχαῖς ὁλοσχερέσιν. ſic pergitur: Κατὰ δὲ τὴν 'Ακαρνανίαν, ὅτι ἔδοξε τοῖς Ἕλλησι περὶ τῆς πρεσβείας & reliqua, quæ exhibemus cap. 6. & ſeq. Sic & Caſaubonus & ſequentes, niſi quod poſt Κατὰ δὲ τὴν 'Ακαρνανίαν, puncta nonnulla vel lineolas, in lacunæ ſignum interſperſerunt. Tum vero poſt verba κατὰ τὴν Πελοπόννησον, in quæ exit apud nos caput ſeptimum, novam incipiunt Eclogam ab his verbis: Ὅτι κατὰ τὴν 'Ακαρνανίαν συναχθείσης τῆς ἐκκλησίας εἰς Θούριον & reliqua, quæ exhibemus hoc capite quinto, uſque πρὸς τὸν ἀνθύπατον. Et illam Eclogam, quæ num. LXXV. eſt apud Vrſinum, codex quoque Bavaricus habet, in quo deſideratur ecloga LXXIV. Quæ cum ita turbata eſſent, perſpecte REISKIVS ſic monuit: „A verbis Ὅτι ἔδοξε novum incipit Fragmentum: ſuperius autem, quod hic abrumpitur, continuatur in Fragm. 75. Vnde apparet, hæc duo Fragmenta eſſe tranſponenda, ut ſic oratio ſuccedat: Κατὰ δὲ τὴν 'Ακαρνανίαν συναχθείσης τῆς ἐκκλησίας εἰς Θούριον &c. uſque ad finem iſtius fragmenti. Deinde ſequitur Fragmentum, Ὅτι ἔδοξε τοῖς Ἕλλησιν &c. quod hic numero caret & cum ſuperiori conſarcinatum eſt per errorem, ſed revera cum illo nihil habet commune, & debebat num. 75. inſigniri; ut illud contra, quod hunc numerum præfert, cum fragm. 74. debebat conglutinari." — Veriſſima Viri perſpicacis admonitioni lubentes ſumus obſecuti.

Ibid. Pro τὴν 'Ακαρνανίαν, corruptiſſime τὸν 'Ακαρνάβαν habet Bav. — *Ibid.* εἰς Θούριον. — „Livius lib. XLIII. [c. 17.] *In Acarnaniam deinde legati profecti ſunt. Tyr-*

Tyrrei concilium legatis Acarnanes dederunt &c. Ex his locis satis constat, in Fragm. XXVIII. [lib. XXII. 12, 4.] recte a nobis Θυριεῦσιν emendatum fuisse; & *Thurrei* sive *Thyrrei*, non *Pyrrei*, apud Livium in ejus fragmenti versione scribendum esse. Θυριεῦσιν autem scripsimus, secuti Stephanum, qui habet Θύριον. Sed si Polybianam retinere scripturam malimus, pro Θοριεῦσιν erit ibi Θουριεῦσιν reponendum, quod magis placet. Habet enim Livius *Turrei*, licet non omnino emendate, cum sit scribendum *Thurei*, deleta *r*, & addita nota aspirationis post literam *t*." VRSINVS. — Confer quæ ad loc. cit. & ad IV. 6, 2. notavimus. Adde quæ idem Vrsinus ad Liv. XXXVIII. 9, 5. monuit, quæ habes in edit. Drakenborch. Vers. 1.

Ibid. Χρέμης. Χρεμίας h. l. Bav. cum cod. Vrsin. Sed *vers.* 5. Χρέμιν. Infra, lib. XXX. 10, 4. οἱ περὶ Χρέμην Vrsin. Χρέμαν Bav. Rursus, XXXII. 21, 2. est τοῦ Χρεμάτα, in secundo casu, a primo ὁ Χρεμάτας. — *Ibid.* φίλοι ὄντες Ῥωμαίων. Vocab. φίλοι desideratur in msstis, ex conject. adjectum ab Vrsino.

Vers. 2. τοὺς ἀποφέροντας τὰ πράγματα πρὸς Περσέα. Cum apud Livium, de eadem re loquentem, XLIII. 17. olim legeretur, *adversus amentiam eorum qui ad Macedonicam gentem trahebant*, monuit VRSINVS: videri apud Livium deesse verbum *res*, quod ad græcum πράγματα referatur, ut integra Livii lectio esset, *qui res ad macedonicam gentem* &c. Sed commodius, auctore Io. Frid. Gronovio, apud Livium, *qui ad Macedonas gentem trahebant*, emendatum est. Vers. 2.

Vers. 3. Διογένης δέ. Correxit hoc Vrsinus ex vers. 6. ubi in Διογένους consentiunt mssti, in quibus hoc loco corrupte διὸ γενομένης δὲ legebatur. — *Ibid.* δεῖν φρουρὰν εἰσάγειν. Verbum εἰσάγειν deesse in suo exemplari ait Vrsinus, ex ingenio a se adjectum; recte quidem: sane id ipsum verbum Bavaricus codex habet. Vers. 3.

Vers. 4. οὐδὲν δὲ πεποιηκότας. — „οὐδὲν scil. ἐχθρὸν vel ἀπηνές." REISK. Vers. 4.

Verf. 6. *Verf.* 6. *βουλόμενοι στοιχεῖν τῇ τῆς συγκλήτου προθέσει.* — „In editione Plantini [nempe F. Vrfini, quae Antwerpiae in officina Plantiniana excufa eft] eft *βουλομένους τυχεῖν*, unde effici debebat *βουλόμενοι στοιχεῖν.* Nam quae hic loci *σύγκλητος* vocatur, ea non eft Romana, fed *Acarnanica concio*, penes quam fumma rerum erat. Vide pag. 1270, 23." [XXIX. 9, 6.] REISKIVS. — Nempe *ἡ σύγκλητος* XXIX. 9, 6. eft *conventus* Achaeorum, in quem non folum *ἡ βουλή*, id eft fenatores, fed omnes cives conveniebant qui tricefimum aetatis annum compleverant: quem ufum illius vocabuli tetigimus in adnot. XX. 12, 1. Parique ratione, ex Reifkii fententia, *ἡ συγκλητος* idem valet ac *ἡ ἐκκλησία* Acarnanum verf. 1. & hoc dixerit Polybius, *Popillium adcommodare fe voluiffe voluntati concionis;* cujus nimirum longe plurimus numerus fatis fignificaverat, nolle fe praefidium Romanum. Et ea forte veriffima eft hujus loci fententia. Sed five *Acarnanum concionem*, five *Romanum fenatum τὴν σύγκλητον* intelligas, perinde *βουλόμενοι*, non *βουλομένους*, legendum: poffis enim intelligere, fenatus Romani propofitum voluntatemque fuiffe, ut nihil per vim agerent legati cum illis populis, fed diffimulanter ac leniter eos tractarent. At, ut nunc quidem ftat fententia, in Reifkii interpretatione adquiefcimus. Commodiffima vero ac pulcerrima Cafauboni eft emendatio *τυχεῖν* in *στοιχεῖν* mutantis, de cujus verbi ufu confuli merentur quae monuit Fabricius ad Sextum Empir. p. 255. & ipfe Cafaubonus nofter ad Gregorii Nyffeni Epiftolas p. 140. ubi hanc fuam adftruit emendationem: qui fi *βουλόμενοι* etiam correxiffet, fere nihil difceffurus fuiffet a codicum fcriptura. Quod fi enim cogitamus, quam facile quamque crebro ob foni vicinitatem confuderint librarii vocales *υ* & *οι*, tum fi meminerimus, literas *υ* & *ς* ita inter fe connecti folere ab eifdem librariis, ut *υς* & *ις* faepenumero vix inter fe difcernas, intelligemus, quam proclivis fuerit *βουλομενοι στοιχειν* in *βουλομενους τυχειν* aberratio.

ratio. Casaubonus, βουλομένους tenens, vertit *a populis, qui senatus propositum sequi volebant.*

Ibid. ἀπῆραν. Mendose ἀπεῖραν Bav.

CAPVT VI.

Cap. VI.

Vers. 1. Ἔδοξε τοῖς Ἕλλησι &c. Vide notata ad cap. 5, 1. De vocab. Ἕλλησι monuit REISKIVS, minus illud sibi h. l. placere. „Si bene habet, (inquit) sunt Ἕλληνες hic dicti iidem cum *Achæis.*" — Ac merito utique suspecta illa vox h. l. acutissimo viro fuit: nam, quos mox nominat, omnes *Achæi* sunt; & de solis Achæis loquens Polybius, numquam nomen Ἕλληνες usurpat. At nimirum ad plures Græciæ populos illa legatio missa erat: quocirca nil impedit, quo minus credamus, nunc isto vocabulo usum fuisse Polybium; sed, si id fecit scriptor, haud dubie post primam phrasin prætermisit Excerptor verba nonnulla, in quibus vel *Achæi* sigillatim nominabantur, vel saltem οἱ περὶ Λυκόρταν, *Lycortas* & *Polybius:* nam mox Lycortas primus verba faciens inducitur. Et omnino hæc deliberatio nonnisi privatim inter nonnullos Achæorum principes instituta est. (conf. Adn. ad vers. 9.) Itaque verba illa, quæ mox sequuntur, Παραλαβόντες οὖν relata esse a Polybio suspicamur ad verba οἱ περὶ Λυκόρταν, quæ cum pluribus aliis hic prætermisit compilator. Ceterum cum h. l. confer c. 3, 6. Vers. 1.

Vers. 2. Ἀρκεσίλαος, Αρίστων, Μεγαλοπολῖται. Cum in singulari numero Μεγαλοπολίτης scriberetur, ad nomen Ἀρκεσίλαος hæc monuit REISKIVS: „Hic deest nomen patriæ, quod huic quoque adjunctum fuisse credibile est, quia ceteris omnibus est hoc loco commemoratis. Fuit autem ille Arcesilas *Megalopolita.* vid. p. 1273. [XXIX. 10, 6.] Quare puto, pro Μεγαλοπολίτης in sing. legendum esse Μεγαλοπολῖται in plurali." Eamdem emendationem ad oram libri sui jam adnotaverat Gronov. — *Ibid.* Στράτιος. — „Sic etiam infra p. 1325. [XXXII. 7, 14.] sed paulo post [vers. 6.] Στράτων appellatur. Dubium ergo, Vers. 2.

utra

Verſ. 2. utra lectio ſit verior. Vtrumque nomen græcum eſt. Vide p. 1277." [nempe XXX. 2. ubi Στράτιος medicus Eumenis commemoratur.] REISKIVS.

Ibid. Ξένων Πατρεύς. — Ad vulgatam olim lectionem Παταρεὺς hæc monuit GRONOVIVS *in Notis editis:* „Vertebatur *Patarenſis:* qui cum eſſet manifeſtus typorum lapſus, edidi *Patarenſis;* quamvis nec hoc ſatisfaciat. Nam quum omnes hi ſint ex urbibus Achæorum, Xenonem tranſmarinum, ex Lycia, in republica Achaia tantum potuiſſe non videtur. Igitur certus ſcribo Πατρεὺς, *Patrenſis.* Stephanus: Πάτραι, πόλις Ἀχαΐας. ὁ πολίτης Πατρεύς, quam Ἀρόην dictam idem alibi vult: & tam oppidi, quam iſtius ἐθνικοῦ plurima apud Polybium mentio, etſi nonnumquam Πατραιεῖς vocentur. Eadem turbæ occurrunt in Mnaſea hiſtorico, qui nunc Πατρεὺς, modo Παταρεὺς in veterum libris nuncupatur." — Vide Adn. ad IV. 6, 9.

Ibid. Ἀπολλωνίδης Σικυώνιος. Ἀπολλωνίδας dorica forma, recte XXIII. 8, 1. & 11, 6. & 12, 1. — *Ibid.* ἐβουλεύοντο. καὶ ἐβουλεύοντο Vrſinus.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Ὁ οὖν Λυκ. — „Forte Ὁ μὲν οὖν." REISKIVS. — Recte: nam opponitur Ὁ δ' Ἀπολλωνίδης verſ. 6. *Ibid.* μήτε Περσεῖ, μήτε Ῥωμαίοις. Sic tacite correxit Erneſtus, monitus a Reiſkio. Superiores cum Vrſino ediderant μήτε Περσεῖ, μὴ Ῥωμαίοις· ubi ad oram ſui exempli Gronovius notavit, μὴ Περσεῖ, μήτε Ῥωμαίοις. — *Ibid.* συνεργεῖν μηδὲν ὁμοίως. Hæc verba conjungunt omnes: ſeparata vero ſe malle ſignificavit Gronovius in ora ſui libri, ſic diſtincta oratione, συνεργεῖν μηδὲν, ὁμοίως μηδ' ἀντιπράσσειν. Parum refert; ſed magis placet iſta Gronovii ratio: ac videri quidem poterat, ſic requiri particulam δὲ poſt ὁμοίως, at alibi quoque poſt ὁμοίως eamdem particulam, licet deſiderari videatur, omittit Polybius, ſi bene meminimus. — *Ibid.* μηδετέροις correxit Caſaub. Corrupte μὴ δευτέροις Vrſin.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. διὰ τὸ πολλοῖς καὶ τοῖς ἐπιφανεστάτοις Ῥωμαίων ἀντωφθαλμηκέναι &c. Poſtremum verbum leviter correxit

xit Casaub. cum ἀντοφθαλμ. absque augmento fuisset apud Vrsinum. Pro Ῥωμαίων forte Ῥωμαίους scribendum suspicatus erat REISKIVS, hac sententia: „*quia Romani ausi essent oculos attollere adversus non multos modo, sed illustrissimos populos & reges.* Græca est (inquit) dictio, *oculos adversus aliquem attollere*, aut *rectis oculis in eum intueri*, pro *cum eo congredi in certamen.* Possit quoque legi, διὰ τὸ πολλοὺς καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους, μάτην καὶ βλαβερῶς ἑαυτοῖς, Ῥωμαίοις ἀντωφθαλμηκέναι. Potest tamen vulgata servari, si sub ἀντωφθαλμηκέναι subaudiatur aut αὐτὸν, *Lycortam* puta, aut ἑαυτοὺς, scil. *Achæos.*" — Nobis nec vulgata scriptura, quam Casauboni verbis in versione latina expressimus, perspicua ullo modo est; nec Reiskii emendatio satisfacit, quoniam, ut ex connexione cum præcedentibus satis adparet, ad illud τὸ δ' ἀντιπράττειν (initio hujus versus) non solum τοῖς Ῥωμαίοις intelligendum est, sed ἑκατέροις, ἤτοι Ῥωμαίοις, ἢ Περσεῖ. Et omnino videtur nobis graviore vulnere laborare hic locus, cujus medicinam tentare absque meliorum codicum subsidio non ausimus. Vers. 5.

Vers. 6. Στράτιος. Vide ad vers. 2. — *Ibid.* τοὺς δ' ὑπερκυβιστῶντας. Casaubonus: *verum si qui aleam periculosissimam jaci vellent.* In eamdemque sententiam ERNESTVS in Lexic. Polyb. „ὑπερκυβιστᾶν, *periculosissime agere.* Nempe artificium τῶν κυβιστήρων periculosissimum. vid. Xenoph. Sympos. II. 11. Inde ad indicandum magnum periculum traducta vocabula conjugata. cf. Xenoph. Mem. Socr. I. 3, 9." — At nil opus erat istis ambagibus. Apud Xenophonteum Socratem, κυβιστᾶν εἰς μαχαίρας est *præcipitem se dare in gladios.* Apud Polybium h. l. ad τοὺς ὑπερκυβιστῶντας intelligendum (ex vers. 3. & ex ipsa vi oppositionis) εἰς τὸ συνεργεῖν Ῥωμαίοις, *qui ultra modum præcipites se dant ad faciendum cum Romanis, & ad opem eis ferendam.* Sunt iidem, quos cap. 3, 4. τοὺς προπίπτοντας dixerat: & quod si ibi aliquid desideraretur ad confirmandam nostram emendationem, (προπιπτ. pro vulgato Vers. 6.

προσ-

Verſ. 6. *προσπιπτ.*) extra dubitationem illa poneretur conferendo hoc loco. — *Ibid.* *καὶ τοῦτο πράττοντας.* — „*καὶ τούτοις πράττοντας, & illis* (Romanis puta) *ſtudentes*, atque rem eorum facientes.“ REISKIVS. — Qui ſi de vi verbi *ὑπερκυβιστῶντας*, quam modo expoſuimus, cogitaſſet, nihil hic mutatum voluiſſet. *πράττοντες* perperam habet Vrſin. pro *πράττοντας.* — *Ibid.* *κωλύειν.* — „Malim *κολούειν.*“ REISKIVS.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *τοῖς περὶ* Νίκανδρον. conf. XXVII. 13, 14. & XXVIII. 4, 6. — *Ibid.* *πρὶν ἢ λαβεῖν πεῖραν τῆς τούτων ἐξουσίας. priuſquam Romanorum potentiam eſſet expertus.* Nempe ſtatim ab illo prælio equeſtri, quo victi ſunt Romani, abducti Romam ſunt Nicander ejuſque ſocii. XXVIII. 4, 6. Quid ergo putamus facturos, poſtquam victoriam reportaverint?

Verſ. 9. *Verſ.* 9. *τὸν μὲν* Ἄρχωνα *πρὸς τὴν στρατηγίαν ἔδοξεν αὐτοῖς εὐθέως προπορεύεσθαι.* Ambigua eſt Caſauboni interpretatio, quam tenere non debebamus *ut ad præturam gentis ſtatim procederet Archon.* Sive *προπορεύεσθαι* teneamus, ſive, ut ſuſpicari aliquis poſſit, *προσπορεύεσθαι*, utrumque horum verborum (de quibus confer notata ad I. 69, 10. & ad II. 2, 10.) nil aliud denotat, niſi *ambire, petere magiſtratum.* Igitur *peteret vel ambiret* ſcribe, pro *procederet.* conf. cap. 7, 7. Non hic agitur de concilio, in quo creabatur prætor & magiſter equitum: ſed, quid pro republica faciendum ſit, deliberant privatim inter ſe nonnulli civitatium Achaicarum principes. conf. ad verſ. 1. — *Ibid.* *πρὸς τὴν ἱππαρχίαν.* Munus *magiſtri equitum* in repub. Achæorum erat dignitate proximum a prætura, & gradus ad præturam.

Cap. VII.
CAPVT VII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Τούτων *δὲ νεωστὶ γεγονότων.* Poteſt hoc referri ad *deliberationem iſtam* nuper habitam, de qua cap. præced. dixit. Sed ſuſpicamur, Polybium poſt ea verba, in quæ definit caput præcedens, adjeciſſe nonnihil quod prætermiſ-

missum est ab Excerptore, nempe *delatos a populo Archoni & Polybio esse magistratus eos, quos petierant.* conf. vers. 3. & 6. — *Ibid.* ποιήσασθαι τοὺς λόγους. — „Necesse non est, ut Attalus ipse coram cum Achæis egerit; potest aliquis λόγους ποιεῖσθαι etiam per literas & legatos." REISKIVS. — Ceterum cum hoc cap. confer XXVII. 15, 2 seqq. Vers. 2.

Vers. 3. Τοῦ δ' Ἀττάλου πέμψαντος. — „δὲ hic loci valet, ut sæpe, *ergo:* Attalus prius per literas & legatos percunctatus fuerat atque tentaverat animos Archonis & amicorum ejus, qui erga se & fratrem Eumenem essent: quos cum propitios sibi intellexisset, aperte rem coepit agere, & legationem ad senatum populumque Achæorum misit, qui restitutionem honorum Eumeni ereptorum postularent." REISK. — *Ibid.* εἰς τὴν πρώτην ἀγοράν. — „*Primam* puta earum *concionum,* quas *Archon* (nisi potius ille Ἄρκων, *Arcon*, est) habuit, novus prætor." REISKIVS. — Apud Livium quidem *Arco* nomen hujus viri editur XLI. 24, 1. sed apud Polybium in Ἄρχων nil variant libri, nec opus est ut solicitetur hæc scriptura. conf. Drakenb. ad Liv. l. c. — *Ibid.* διὰ τῆς Ἀττάλου χάριτος. — „Forte διὰ τὰς Ἀττάλου χάριτας." REISKIVS. Nos quidem in vulgata adquiescimus. Vers. 3.

Vers. 4. ἐπὶ τίνος ὑπάρχει γνώμης. Ad ὑπάρχῃ, quod vulgo edebatur, hæc monuerat REISKIVS: „In codice Vrsini fuit ὑπάρχειν. Forte legendum ἐπὶ τίνος μέλλοι ὑπάρχειν γνώμης." — Immo vero, constanter indicativo modo utitur Polybius in hujusmodi connexione: & ex ὑπάρχει, perperam adjecta (ut centis aliâs) litera ν, corruptum ὑπάρχειν est. Vers. 4.

Vers. 7. διὰ τὸ πλῆθος ἱκανὸν χρημάτων εἰς τὴν ἀρχὴν δεδαπανηκέναι. Casaubonus: *quia magnis impensis magistratus ipsi constabat.* At δεδαπανηκέναι perfectum & plusquamperfectum indicat tempus: quare *constiterat* oportuit. Et videtur significare Polybius, non sine largitione præturam obtinuisse Archonem. Vers. 7.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. προσέδραμεν πρὸς τὴν τῶν πολλῶν γνώμην. προσέδραμε ſcribe, deleta otioſa litera ν, quæ nimis ſæpe (ut modo monuimus) in Eclogis præcipue Vrſinianis iniquo loco adlita verbis eſt. Caſaubonus: *longam orationem habuit, multitudini præcipue gratam*; recte quoad ſententiam, conf. verſ. 14. Sed poterat preſſius ad verbum dicere, *maxime collineavit ad multitudinis ſententiam*, vel *maxime vero adſecutus eſt multitudinis ſententiam, proxime ad ejus ſententiam acceſſit.* Eodem modo id dictum eſt, quo illud XVII. 15, 2. μάλιστα προστρέχειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν, *proxime accedere ad veritatem.* — *Ibid.* ὅτι δεῖ τὰς ἀπρεπεῖς ἀρθῆναι τιμὰς &c. Confer Valeſii Adnot. ad XXVII. 15, 3.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. Ῥοδίους. Mirum ſane videri debet, quo pacto homines *Rhodii* judicum munere functi ſint apud Achæos: niſi hoc dixit, origine fuiſſe Rhodios, ſed in civitatem ab aliquo populo Achaico adoptatos.

Verſ. 12. *Verſ.* 12. τὴν πρὸς τὸν Εὐμένη γεγενημένην ἀλογίαν. Caſaubonus: *quidquid priore contemptu in Eumenem peccatum eſſet.* Et ineſt quidem nonnumquam *contemtus* notio vocabulo ἀλογία, velut in illa dictione Herodotea, ἐν ἀλογίῃ ποιεῖσθαί τινα, quæ idem valet ac ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιεῖσθαι. Sed nulla alia hoc loco vis ei nomini ineſſe videtur, quam quæ mox verſ. 15. ubi τὴν γεγενημένην ἀλογίαν recte idem Caſaub. interpretatus eſt *quæ temere peccata fuerant.* Eſt enim ἀλογία, *temeritas, inconſtantia & præcipitantia, tum actio inconſiderata & præter rationem admiſſa, temere & præcipitanter factum.* III. 15, 9. IV. 35, 6. &c.

Verſ. 13. *Verſ.* 13. ἄλλως περ. Vtique ἄλλως τε malimus cum Reiſkio. — *Ibid.* ἐπ' αὐτόν. Commodius utique foret εἰς αὐτὸν, quod voluit idem Reiſkius, quemadmodum mox ſequitur εἰς τὸν ἀδελφόν.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. τῷ κοινῷ τῶν Ἀχαιῶν. — „Ita legendum ex emendatione, quæ eſt ad oram libri msti: in contextu enim ſcriptum eſt τὸ κοινὸν, male." VRSINVS.

CAPVT

CAPVT VIII.

Cap. VIII.

De Argumento hujus capitis omnino conferendus Livius XLIII. 19 feq.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. ἐὰν μὴ καὶ νῦν αὐτός. — ἐὰν μὴ καὶ νῦν ἔτι αὐτὸς ſcribendum REISKIVS putavit, id eſt, *vel nunc tandem*, ſcilicet, quum adhuc opportunum eſſet, tametſi re ad extremum diſcrimen adducta. — *Ibid.* εἰ δὲ μή. Particula negans ab Vrſino ex ingenio videtur adjecta; *abeſt* certe a codice Bav. *nec immerito;* intelligi enim debet εἰ δὲ βούλεται, vel εἰ δὲ θέλει, ut apud Homer. Iliad. IX. 46 & 262. & frequenter aliâs. Quare *delendam* cenſemus.

Cap. IV. CAPVT IV.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. πέμπειν τοὺς πρεσβευτὰς ὑπὲρ τῶν διαλύσεων. *legatos de pace mitti*: nempe de pace Romanos inter & Perſeum componenda, qua de re jam ſuperiori legatione agere cum Romanis tentaverant, quemadmodum ſuperius ex Livio docuimus. conf. XXVIII. 2 & 14.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ὡς ἐν τῷ περὶ Δημηγορίας τέθειται. Caſaubonus parum feliciter: *ſicut dictum eſt quum de more conciones ad populum habendi ageremus.* Immo vero rectiſſime REISKIVS monuit: „Polybii hæc verba non ſunt, ſed excerptoris, quicunque ille fuit, ſignificantis, partem verborum Polybii eſſe hic a ſe præteritam, & relatam ad volumen illud Excerptorum, in quo depoſuiſſet *Orationes publice habitas.*“ — Confer Valeſii Præfationem ad Excerpta de Virtutibus & Vitiis. Caſaubonum in errorem induxerat, quod, cum περὶ Δημηγοριῶν in genitivo caſu dicere debuiſſet compilator, (qua ratione alios Titulos iſtorum Excerptorum paſſim citatos legimus, veluti ipſum hunc

hunc περὶ Πρεσβειῶν, tum περὶ Ἀρετῆς καὶ Κακίας, περὶ Παραδόξων XXIV. 8 extr. περὶ Στρατηγημάτων IX. 24, 6.) nunc περὶ Δημηγορίας dixit, quod pro ſecundo caſu ſingularis numeri habuit interpres. At in quarto caſu pluralis numeri accipi illud περὶ Δημηγορίας debet, ſive imprudens ita ſcripſit ipſe compilator aut aliquis librarius περὶ Δημηγοριῶν, ſive conſulto ſic ſcripſit, quemadmodum & ab ipſo Polybio ſuos περὶ τὰς Τάξεις commentarios citatos legimus IX. 20, 4. ubi pariter περὶ τῶν Τάξεων exſpectaſſes. Verſ. 3.

Verſ. 4. Ἀγέπολιν. Vide ad XXVIII. 14, 6. — *Ibid.* καὶ Κλεόμβροτον. De ſui codcis ſcriptura nihil ſigillatim h. l. notavit Vrſinus, generatim monuiſſe contentus, totum locum corruptum fuiſſe in exemplari. Vnde colligere licet, poſt Ἀγέπολιν, loco particula καὶ quam poſuit Vrſinus, fuiſſe ſicut in Bav. διὸ πῆ, quae duæ voculæ haud dubie ex uno nomine unius ex legatis, quem inter *Agepolin* & *Cleombrotum* medio loco nominaverat Polybius, corruptæ ſunt: fortaſſe Διογένη ſcripſerat. Legatos ad Conſulem & ad Perſeum miſſos nominatim quatuor commemorat, quidni tres commemoraret Romam miſſos? Pariter tres nominaverat XXVIII. 14, 5. ab eiſdem Rhodiis Romam miſſos, & tres ad conſulem ibid. verſ. ſeq. Verſ. 4.

Ibid. Ἀγεσίλοχον Conf. XXVII. 3, 3. & XXVIII. 14, 5. ibique notata. Poterat autem debebatque Ἀγησίλοχον per η teneri, quemadmodum & Ἀγησίλαος ſcribitur, non Ἀγεσίλαος. — *Ibid.* καὶ Τήλεφον. καὶ abeſt a Bavar.

Verſ. 5. Τούτῳ δ' ἑξῆς. — „In exemplari τούτῳ, pro τούτων, ſcriptum erat; placeret autem τούτοις." VRSINVS. Hinc REISKIVS, quum in contextu Vrſini & in ſqq. editionibus τούτων eſſet adoptatum: „In codice Vrſini, inquit, fuit τούτῳ, quod etiam ferri poterit, ſive ad ἑξῆς, ſive ad συνεχὲς referatur. Fuit cum pro ἑξῆς mallem ἐξ αὐτῆς, *ſtatim*, quia in συνεχὲς eadem pæne ineſt notio quæ in ἑξῆς. Sed nunc acquieſco in vulgata: nam τούτῳ vel τούτων ἑξῆς poteſt ſignificare *deinde*, *deinceps*." — Verſ. 5.

Immo

Immo vero non *τούτων ἑξῆς*, sed solum *τούτῳ ἑξῆς* est *deinde*, quod temere prorsus damnaverat Vrsinus.

Vers. 6. *Vers.* 6. *πρὸς πάντας* Κρηταιεῖς. Scripturam hanc satis manifeste indicabat Bav. in quo est Κρῆται εἰς, quod non dubitamus pariter fuisse in Vrsini codice, sed ab illo in Κρῆτας mutatum. Eamdem formam nominis gentilis & aliâs frequentatam vidimus Polybio. Pro *πάντας* Κρῆτας Reiskius legendum suspicatus erat Πάγκρητας, quemadmodum dicuntur Πανίωνες, Παναχαιοὶ, Παμβοιωτοί.

Vers. 7. *Vers.* 7. *πρὸς τὰς πόλεις, ad singulas civitates.* — „Cretæ puta.“ REISK.

CAPVT X.

Cap. X.

Vers. 1. *Vers.* 1. *Παρμενίωνα καὶ* Μόρκον &c. — „Mirum quam erat hic locus in exemplari græco depravatus: & alterius legati nomen, cum hic Μόρκην, tum supra male scriptum erat.“ VRSINVS. — In Bav. nil h. l. peccatum, nisi quod *Παρμενίωνα καὶ* Μόρην *τὴν παρὰ τοῦ* Γενθίου habet. Legati nomen, Μόρκον, & hic & supra (cap. 2, 9.) ex Livii lib. XLIV. 23. correxit Vrsinus. Sed quod deinde *καὶ τῶν παρὰ τοῦ* scripsit, (quod etiam tenuerunt ceteri editores,) male fecit: satis fuerat, *τὴν*, quod in msto erat, in *τῶν* mutare. *Parmenio & Morcus* erant ipsi *legati Genthii;* quare perspecte jam Casaubonus vidit, alienam ab hoc loco esse *καὶ* particulam, eamque in versione omisit; &, delendam esse, diserte monuit Gronovius. Ceterum de argumento hujus Eclogæ conf. Liv. XLV. 29.

Ibid. τοῦ Μητροδώρου. Vide cap. 3, 7.

Vers. 2. *Vers.* 2. *ἡ ἐκκλησία.* Articulum ignorat Bav. — *Ibid. τὸν Δείνωνα.* — „*Dionem* habet Livius, sed a Polybio *Δίων* constanter nominatur.“ VRSINVS. — Immo vero *Δείνων* pæne constanter scribitur apud Polybium: vide notata ad XXVII. 6, 4. Quo magis miramur, qui factum, ut *Δίωνα* h. l. in contextum Vrsini receptum fuerit, & *Δίνωνα* (quod aliâs ab eo editum est) nunc ad oram relegatum. *Δήνωνα* h. l. erat in Bav. ac fortasse etiam in Vrsini

codi-

codice. Δείνωνα restituit Casaub. De scriptura hujus nominis in Livianis codicibus vide Drakenborch. ad Livii XLIV. 23, 10. Vers. 2.

Ibid. λέγειν τὰ τοῦ Περσέως. — „Forte λέγειν ὑπὲρ τοῦ Περσέως, aut εἰς τὰ τοῦ Περσ. nisi λέγειν accipiamus pro ἐπαινεῖν καὶ συνιστάνειν, *suadendo commendare.*" REISKIVS. — Nobis percommode dictum videbatur λέγειν τὰ τοῦ Περσέως, *dicere ea quæ pro Perseo faciebant.* Intelligi poterit δίκαια, *plaider la cause de queicun.*

Vers. 3. ἡ τῶν λέμβων παρουσία, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀπολωλότων ἱππέων. — „Intelligitur hoc e Livii XLIV. 28 seq." REISK. Vers. 3.

Vers. 4. ἔδοξε γὰρ τοῖς Ῥοδίοις. VRSINVS in Notis τοῖς ἰδίοις e suo codice citat, monet autem: „Pro τοῖς ἰδίοις in exemplari græco suspicor legendum esse τοῖς Ῥοδίοις." Quod quum in contextum etiam esset receptum; REISKIVS, licet nihil amplius desideraretur, ingenio indulgens suo: „Forte per compendium, inquit, quod librarius non assequebatur, scriptum fuit τοῖς εἰρημένοις, Dinoni puta & ejus sodalibus." — Vrsini emendationem confirmat Bav. e quo certe, quamquam satis diligenter cum contextu Vrsini a nobis olim collato, nullam dissensionem h. l. adnotatam videmus. Vers. 4.

Vers. 5. ἀμφοτέροις τοῖς βασιλεῦσι. — „Persi & Gentio." *Reisk.* — *Ibid.* ὅτι δέδοκται, διαλύειν αὐτοῖς τὸν πόλεμον. Comma post δέδοκται ab Ernesto est insertum, ut αὐτοῖς (scil. τοῖς βασιλεῦσι) a verbo διαλύειν pendeat; quod commodissimum utique videri poterat. Sed quum distinctionem h. l. ignorent codices cum superioribus editionibus, poterit etiam αὐτοῖς, per hyperbaton satis usitatum Polybio, ad δέδοκται referri, ut αὐτοῖς dixerit τοῖς Ῥοδίοις. Vers. 5.

Vers. 6. τοὺς παρὰ τοῦ Γενθίου. — „Forte τοὺς παρὰ τοῦ Περσέως καὶ Γενθίου." REISKIVS. Vers. 6.

Vers. 7. Γένθιον. Vide Athenæum Deipnosoph. lib. IV. p. 440. De eodem *Gentio* vel *Genthio*, Illyriæ rege, de quo adhuc dictum, hic agi, cum ex ipsis per se Athe- Vers. 7.

Verf. 7. næi verbis, tum ex Liv. XLIV. 30. fatis fit perfpicuum. Quare cum conftanter Γένθιον, numquam Γενθίωνα, Polybius hunc nominaverit, non dubitare debuimus verum restituere nomen. Si Γενθίωνα Athenæus fcripfit, fefellit eum h. l. memoria; nam alibi quidem (Deipnofoph. lib. IV. p. 615.) Γέντιον eumdem adpellat, cum græcis omnibus latinifque fcriptoribus confentiens, qui non nifi media litera inter fe differunt, quam alii *t*, alii *ϑ*, ponunt: Vide Reliq. libri XXX. Polyb. c. 13. & notata ad XXVIII. 8, 1.

Verf. 8. *Verf.* 8. Πλεύρατον. Vide Liv. XLIV. 30, 3. & ejus interpretes.

Cap. VI.

CAPVT VI.

Verf. 1. *Verf.* 1. Τῇ δυνάμει τῆς πάρμης &c. Polybio hoc Fragmentum merito vindicavit Lipfius de Milit. Rom. III. 2. fub finem, & paffim alibi. De re confer Liv. XLIV. 35. & Diodor. Sic. Eclog. 3. ex lib. XXIII.

Verf. 2. *Verf.* 2. Πρῶτος μὲν τῶν παρόντων &c. Conf. Plutarch. in Aemilio Paulo p. 262 feq. Liv. XLIV. 35.

Verf. 8. *Verf.* 8. τῆς σελήνης ἐκλιπούσης. ἐκλειπούσης, fi ex msstis codd. edidit Küfterus, (ad quos tamen non provocavit) facile patiemur. De re confer Liv. XLIV. 37. & Plutarch. in Aemil. p. 264. — *Ibid.* ὅτι βασιλέως ἔκλειψιν σημαίνει. βασιλέως, pro βασιλέως, legendum putavit Küfterus, præter rem. Eodem modo Plutarchus: βασιλέως τὸ Φάσμα σημαίνειν ἔκλειψιν.

Verf. 10. *Verf.* 10. πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. κενὰ, an e msstis codd. acceperit Küfterus, nefcio: apud Michaëlem Apoftolium fic editur in Proverb. Centur. XVI. n. 35. Confer Erafmi Chiliades. Ad καινὰ, quod ante Küfterum apud Suidam editum erat, notavit CASAVBONVS in Fragmentis Polybianis: „Vel fcribe πολλὰ κενά. Nam dicitur utrumque, & hoc pofterius magis ex mente Polybii."

Verf. 11. *Verf.* 11 *feq.* Λεύκιος δ' ὁ ὕπατος &c. Ad Polybium auctorem, quem non nominavit Suidas, rectiffime fragmentum hoc primus retulit Vrfinus, dein Cafaubonus, & Ar-

cerius

cerius ad Aeliani Tactic. p. 132. Confer Plutarchum in Aemil. p. 264. Livii narratio eo loco, ubi de eadem re agebatur, lacera est lib. XLIV. 40.

Verf. 13 *feqq.* Fragmentum *verf.* 13. & alterum *verf.* 14 feq. utrumque diserte Polybio auctori adscripsit Suidas; quemadmodum & in tertio, (*verf.* 16 sq.) quod e Plutarchi Aemilio p. 265. ductum est, Polybius auctor nominatim laudatur. De re confer omnino Livium XLIV. 42. Ceterum, quinam sint *οἱ προόπται τῶν ἱππέων*, quos verf. 13. dicit, nobis non satis liquere profitemur: sed videntur utique esse *equites speculatum præmissi*. Pro illis græcis verbis, *προσαγόμενος τὸν χρόνον καὶ τὸν πόνον*, (*verf.* 14.) perperam in versione ponuntur hæc, *adpropinquante periculo.* Oportebat, *postquam & tempus & laborem adhibuisset* vel *adtulisset*, scil. ad res prospere gerendas. *προαγόμενος* pro *προσαγομ.* perperam legitur in Suidæ editione Mediolan. Neque vero quidquam sani inest in scriptura ea, quam ex vetusto Suidæ cod. msto Vrsinus in Poybii fragmentis adtulit, *προσαγόμενος πρὸς τὸν λόγον.* — *Verf.* 15. Pro *ἐγγίζοι* (quod ex ora Vrsini in contextum adoptavit Casaubonus) editio Mediol. *ἐγγίζει* habet; Küsterus (ex msto ne codice, an ex ingenio, nescimus) *ἤγγιζε*, quod ferri posset, nisi sequeretur *καὶ δέοι*. Nil vero frequentius illa constructione particulæ *ὅτε* cum optativo, qui dicitur, vel potentiali verbi modo; nempe ubi non agitur de eo quod semel factum est, sed quod sæpius, aut quod fieri consuevit. Itaque quod superiori Fragmento (*verf.* 13.) sigillatim *de illa inconstantia timiditateque* dixit Polybius, *quam extremo hoc tempore Perseus prodidit*, id altero Fragmento (*verf.* 14 sq.) nunc generatim dictum intelligi debet, *sæpius & aliis temporibus eodem modo Perseum se gerere consuevisse.* Verf. 13.

CAPVT VII. Cap. VII.

Verf. 1. *τοὺς παρὰ τῶν Ῥοδίων πρέσβεις.* Vide cap. 4, 4. De toto vero hujus Eclogæ argumento confer Liv. XLV. 3. Verf. 1.

Ibid. ἀνεδίδρασκεν, ἀπεδίδρασκεν maluerat Reiſkius, & ſic corrigendum contendit Erneſtus. Nobis ferenda viſa eſt librorum ſcriptura.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τὴν τῶν Ῥωμαίων ἄγνοιαν. De vocab. ἄγνοια ſæpius diximus, ne quis illud ſolicitet & ἄνοιαν malit. Vide ad XXVII. 2, 2. — *Ibid.* ἐπιπολασάντων. VRSINVS in Notis, cum e ſuo codice ἐπιπλασάντων repetiiſſet: Vide, ait, num ſit legendum ἐπιπολασάντων, vel ἐπιπελασάντων." — Priorque emendatio recte in contextum ſtatim recepta eſt. conf. XXX. 10, 2.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀγέπολιν. Nunc demum hanc nominis formam, Ἀγέπολιν, quam jam pridem dederant ſcripti libri, tenuit in impreſſo Vrſinus, cum eaque ceteri editores. In latina vero verſione Caſaubonus, ut ante, *Ageſipolis* ſcripſit. Monuit h. l. REISKIVS, apud Livium olim [XLV. 3.] *Agepolim* fuiſſe lectum, ut apud Vrſinum, quamquam hodie ibi *Ageſipolim* legitur. — Et „Vtraque forma, ait, bene græca eſt. Forma *Ageſipolis* eſt vulgo uſitatior; ſed fieri poteſt, ut *Agepolis* fuerit Rhodiis propria." — Certe Rhodium hunc conſtanter, uno loco excepto, Ἀγέπολιν, non Ἀγεσίπολιν, vocant codices Polybiani: (vide ad XXVIII. 14, 6.) quare cum apud Livium ſcriptura iſta *Ageſipolim* non niſi ex impreſſis Polybii exemplis, ſic jubente I. Frid. Gronovio, fuerit recepta, reddi Romano ſcriptori vetus ſcriptura debebit.

Ibid. πᾶσι μὲν τοῖς Ἕλλησιν. VRSINVS in Notis, poſtquam codicis ſui ſcripturam, τοῖς ἄλλοις, citavit, hæc monuit: „Livius: *quod id bellum grave atque incommodum Graeciae omni, ſumptuoſum ac damnoſum ipſis Romanis eſſet* &c. Videtur autem apud Polybium, ex hac Livii verſione, τοῖς Ἕλλησιν, pro τοῖς ἄλλοις, ſcribendum eſſe." — Eaque ſcriptura in ipſum Vrſini contextum adoptata eſt: veremur ne præpropere; licet enim preſſo pede Polybium in horum temporum hiſtoria ſequi ſoleat Livius, ſatis tamen adparet, non omnia græca ad verbum ab eo eſſe in latinum tranſlata. Quare nos quidem mutare

tare τοῖς ἄλλοις, id eſt *ceteris omnibus, qui eo bello implicìti ſunt*, non fuiſſemus auſi, & Polybio id reſtituendum putemus. Erunt tamen, quibus videbitur, non in Livio ſolum, ſed & in Romanorum reſponſo, quod ipſe Polybius mox verſ. 6 ſq. profert, præſidium invenire Vrſini emendationem: quibus rurſus ne nos quidem pertinacius refragabimur. Verſ. 3.

Ibid. ἀλυσιτελής. Sic Bav. & eodem modo hunc locum in Notis e ſuo codice citavit Vrſinus: ſed cum in ejus contextu temere & per typothetæ (ut videtur) errorem legeretur ἀλυσιτελὲς, perperam hoc ſervarunt poſteriores editores. Quare ad mendoſam hanc ſcripturam REISKIVS notavit: „aut ἀλυσιτελὴς eſſe ſcribendum, ſcil. ἐστὶν ὁ πόλεμος, aut ἀλυσιτελεῖ, a verbo ἀλυσιτελεῖν." — Poſt id, quod ipſi dederunt codices, nihil aliud deſiderabatur.

Verſ. 4. κατὰ τὴν τῶν Ῥοδίων βούλησιν — „Imo vero Ῥωμαίων. Nam aliâs non poſſet ſequi συγχαίρειν αὐτοῖς, aut referri deberet illud αὐτοῖς ad Rhodios, id quod abſurdum eſſet." REISKIVS. — At non videmus, quid tantopere impediat, quo minus αὐτοῖς ad *Romanos* referamus, quibuſcum loquuntur Rhodii. Callide legatus, quod ex Romanorum voluntate ſucceſſit, *ex Rhodiorum voto cecidiſſe* ait. Verſ. 4.

Verſ. 7. στρατοπεδεύων μὲν ἐν Θετταλίᾳ &c. — „Aut μὲν delendum eſt, aut deeſt aliquid poſt τὸ, non ante hoc verbum. Quid deſit, fere e Livio colligatur: e. c. τοὺς δὲ ἄλλους δέει τῶν ὅπλων aut τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἐκταράττων. αὐτοὺς δὲ παρέντας &c. Malim tamen μὲν deleri, & pro τὸ ſcribi τῷ, quo facto locus erit integer." REISKIVS. — Non damnamus quidem τῷ, quod placuit viro docto: ſed & τὸ ferri poſſe putavimus, ita, ut τὸ δὲ νῦν παρεῖναι ſit veluti nominativus abſolute poſitus, & idem valeat ac κατὰ δὲ vel παρὰ δὲ τὸ νῦν παρεῖναι, id eſt, *quod autem nunc advenerint*; aut, *ad hoc vero quod adtinet*, vel, *ex hoc vero, quod nunc advenerint* &c. Conf. notata ad V. 31, 4. Et eo magis ferenda h.l. illa ἀνακολουθία ſermonis, quo Verſ. 7.

 lon-

Verſ. 7. longius ab his verbis diſtat id, ad quod ea referuntur, προφανὲς εἶναι τοῖς ὀρθῶς σκοπουμένοις.

Ibid. ἐπὶ δύο ἐνιαυτούς. Sic recte Caſaub. conſentiente Bav. in quo eſt ἐπὶ β.' ἐνιαυτούς. Mendoſe editio Vrſini ἐπὶ ρ.' ἐνιαυτούς.

Cap.VIII.

CAPVT VIII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. παρὰ τῶν βασιλέων ἀμφοτέρων, Πτολεμαίου καὶ Πτολεμαίου. Non videmus, REISKIVS quid ſpectarit, cum ad h. l. ſcripſit: „Aut primi aut ſecundi Πτολεμαίου loco legendum eſſe Ἀντιόχου, patet e fine fragmenti." — Sane incommodum eſt, quod duos *Ptolemæos* cognominibus ſuis (ſaltem *majoris*, & *minoris*) non diſtinxerit ſive Polybius ſive compilator harum eclogarum: ſed ex totius eclogæ hujus argumento, & ſtatim ex verſ. 3 ſeqq. ſatis manifeſtum videtur, non Antiochum, ſed ſolos *Ptolemæos fratres* auxilium ab Achæis petiiſſe adverſus Antiochum. Ceterum de his eiſdem Ptolemæis fratribus, & eorum de regno diſſidiis conferre idem Reiſkius juſſit Diodori Siculi interpretes Tom. II. p. 588. edit. Weſſel. (p. 583. voluerat ſcribere) & Polyb. p. 1315. id eſt, lib. XXXI. c. 25 ſeq. monuitque, majori fratrum cognomen fuiſſe *Philometori*, minori *Phyſconi*.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. Ὑπέρβατον. Sic ſcribendum eſſe, quemadmodum XXVI. 1. ſcriptum id nomen, Gronovius monuit Reiſkiuſque.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. ἐκ τῆς Μέμφεως. Sic recte Bavar. cum editis. μέμψεως in ſuo codice fuiſſe ait Vrſinus. — *Ibid.* καταπεπορεῦσθαι. — „*reverſus*, ſcil. Alexandriam, unde ejectus fuerat." REISKIVS. Conf. ſupra, XXVIII. 19, 4.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. δεόμενοι παντοδαπῆς ἐπικουρίας. — „adverſus Antiochum puta." REISKIVS. — Sed & alibi abſolute uſurpatum id nomen videbimus. XXX. 14, 3. — *Ibid.* πρὸς Ἀχαιούς. πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς ſcribe cum Bav.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. ἐκ τῶν πράξεων ὧν εἰρήκαμεν. De Lycortæ notitia cum Ptolemæis dixerat lib. XXV. c. 7.

Verſ.

Verſ. 8. τά τε Φιλανθρ. πρὸς τὴν βασιλείαν ἀνανεωσαμένων. — „Forte πρὸς τὴν πολιτείαν τῇ βασιλείᾳ ἀνανεωσ. Non enim ſuccedit, vulgata ſervata, ſubaudire τοῖς Ἀχαιοῖς, quia ſequitur ὄντα μεγάλα. Reges quidam Aegyptii mirificis modis bene de Achæis erant meriti, non hi de illis.“ REISKIVS. — At τὰ Φιλάνθρωπα nunc non ſunt *merita* vel *beneficia*, ſed ipſa *amicitia* atque *foedus*. Verſ. 8.

Verſ. 9. εἰ δέοιτο. Sic vulgo edebatur, perperam. Corrige εἰ δέοι, a qua ſcriptura parum receſſit Bavar. qui habet εἰ δὲ οἱ τοῖς βασιλεῦσιν. — *Verſ.* 10. δεῖν καθόλου &c. Octo verba, uſque ἐν δὲ τοῖς, perperam omiſit Bavar. Verſ. 9.

CAPVT IX. Cap. IX.

Verſ. 2. καὶ πλείω. Mendoſa καὶ πλεῖον Bav. Tum ψηφισαμένῳ idem, pro ψηφισαμένων. Verſ. 2.

Verſ. 3. Ad codicum ſcripturam, διαλῦσαι βοηθεῖν, monuerat VRSINVS: „Videtur deeſſe particula τὸ poſt verbum διαλῦσαι, quæ tamen ad ſenſum non eſt neceſſaria.“ — Ea vocula in contextum Vrſini ſtatim recepta eſt. Verſ. 3.

Verſ. 5. Τῶν δὲ πολλῶν ἐπιφερομένων πάλιν. Suſpicati eramus ἐπιφθεγγομένων. Sed nil opus: ea notione h. l. ſumitur verbum ἐπιφέρομαι, quam poſt Guil. Budæum commemoravit H. Stephanus in Theſ. Gr. Ling. T. IV. col. 105. E. *feror* vel *eo in eam ſententiam*; cujus exemplum ex Ariſtotele protulerunt tale, καὶ πάντες ἐπιφέρονται ἐπὶ τοῦτο περὶ τῆς ὀσμῆς. Luculentius vero ejuſdem uſus exemplum, & quod aptius etiam conveniat huic loco, exſtat apud veterem Grammaticum, qui argumentum conſcripſit fabulæ Euripideæ, cui Oreſtes titulus; ubi, poſtquam dixerat, ἔμελλον κοινὴν Ἀργεῖοι ψῆφον ἐκφέρεσθαι περὶ τούτου, τί δεῖ παθεῖν τὸν ἀσεβήσαντα, ſubjungit: λεχθέντων δὲ λόγων ἐν τοῖς ὄχλοις, ἐπηνέχθη τὸ πλῆθος, ἀποκτείνειν Ὀρέστην. quæ verba minus apte interpres latinus reddidit, *motus eſt populus ut interficeret Oreſtem;* cum debuiſſet, *in* Verſ. 5.

 eam

Verf. 5. *eam ivit fententiam, (communi confenfu pronunciavit,) interficiendum effe Oreftem.*

Ibid. ἐξέβαλον τὸ διαβούλιον. — „*provogabat, rejiciebat in aliud tempus.* vid. ad p. 83." [I. 58, 8.] REISKIVS. — Poffis etiam cum Ernefto vertere, *irritam reddebat deliberationem, ut nihil decerni poffet.* Sed placet Reifkiana interpretatio: videturque ἐκβάλλειν τὸ διαβούλιον id ipfum effe, quod vernacula dicimus, *ajourner* aut *faire ajourner la queftion.* Longe vero diverfo fenfu idem verbum ufurpatur in illis dictionibus, ἐκβάλλειν ἀπόκρισιν XXIX. 7, 5. ἐκβάλλειν δόγμα XXX. 17, 6. & fimilibus, *edere refponfum, edere fenatufconfultum.*

Ibid. ἐν ἀγορᾷ. — „Quod hic ἀγορὰν appellat, id initio fragmenti σύνοδον appellarat. Erant itaque hæc duo idem, fed differebant a συγκλήτῳ, vel ab ἐκκλησίᾳ συγκλήτῳ. [vid. verf. 6.] Videtur itaque ἀγορὰ fuiffe & σύνοδος *conventus fpontaneus*, σύγκλητος autem *concio indicta.*" REISKIVS. — An σύνοδος *conventus* eft *ordinarius? σύγκλητος* vero *extra ordinem convocatus?* Tum vero vide, an σύνοδος *in foro* (ἐν ἀγορᾷ) habita fit, quemadmodum contra σύγκλητος *in theatro*, cap. 10, 2. De συγκλήτῳ conf. notata ad XXVIII. 5, 6. & ad XX. 12, 3.

Verf. 6. *Verf.* 6. μὴ μόνον συμπορεύεσθαι τὴν βουλήν. — „Ita emendavimus, cum in exemplari οὐ πορεύεσθαι fcriptum effet." VRSINVS. — In contextu Vrfini fervata eft codicum fcriptura, emendatio ad marginem adpofita, quam ex marg. in contextum recepit Cafaub. Hinc REISKIVS: „συμπορεύεσθαι, inquit, eft ab Vrfino, quod tantifper tenebimus, donec melius reperiatur. In codice ipfius erat [ficut in Bav.] οὐ πορεύεσθαι. Num ἀγείρεσθαι, *congregari?*" — *Ibid.* τοὺς ἀπὸ τριάκοντα ἐτῶν. Confer Valef. ad XXIV. 9, 2.

Verf 7. *Verf.* 7. Ad vulgatam fcripturam τὴν παρελθοῦσαν νύκτα, quæ ferri nullo pacto poterat, notavit REISKIVS: „Forte παρελθοῦσαν θερείαν, *qui tota fuperiori æftate penes Philippum in caftris fuiffet.* vid. p. 1255." — p. 1253. dice-

dicere voluerat, qui locus nobis eſt XXVIII. 11. Caſaubonus in verſione, *ſuperiori anno*, ſcripſit, & in græcis vocem *νύκτα*, ut mendoſam, aſteriſco notavit. — *Ibid.* *παρὰ τῷ Φιλίππῳ.* Quemadmodum in Bav. eſt *περὶ τοῦ Φιλίππου*, ſic etiam ſuo e codice in Notis citavit VRSINVS, &, neſcimus quid mente agens, hæc porro adnotavit: „Ita eſt in exemplari, & ita placet ut legatur, quamvis *παρὰ τῷ Φιλίππῳ* mihi videbatur aliquando ſcribendum. Eſt autem totus hic locus ita interpungendus, parentheſi adjecta: *καὶ δοκοῦντος οὐκ εἰκῇ ταῦτα λέγειν* (*διὰ τὸ γεγονέναι τὴν παρελθοῦσαν νύκτα ἐν* Μακεδονίᾳ) *περὶ τοῦ Φιλίππου.*" — Typotheta, in ceteris voluntati Vrſini obſequens, *παρὰ τοῦ Φιλίππου* poſuit, ad oram autem *τῷ Φιλίππῳ* notavit. Caſaubonus, recte *παρὰ τῷ Φιλίππῳ* edens, in eo incommode fecit, quod hæc verba poſt clauſam parentheſin poſuit. Erneſtus demum eadem verba, una cum ſuperioribus, eadem parentheſi incluſit. Nos parentheſeos ſigna, quæ, cum non niſi ad defendendam illam librorum ſcripturam, *περὶ τοῦ Φιλίππου*, adſcita ab Vrſino fuiſſent, nunc inutilia prorſus erant, delevimus. Verſ. 7.

Verſ. 8. *ἐὰν καὶ δέωνται* correxit Erneſtus. Perperam *δέονται* ſuperiores editiones cum msstis. — *Ibid.* *καλῶς γὰρ ποιοῦντας αὐτοὺς* &c. Caſaubonus: *nullo enim ſuo incommodo.* REISKIVS: „*Achæos enim* (*id quod honoris ergo, non invidiæ, neque malevolentiæ, commemorari, ſecundæ ſuæ fortunæ beneficio,* quam etiam meriti, & de qua recte bonos omnes ipſis congratulari) *eos ergo* &c. Hæc ſententia ineſt illi dictioni, quam ſæpiſſime interpretes aut perverſe aut jejune & obſcure reddunt." — Sic ille. Tu breviter verte: *nam bona eorum fortuna fieri, ut triginta atque etiam quadraginta millia armatorum in bellum ducere poſſint.* Ceterum de iſta dictione confer quæ congeſſit Hoogeveen ad Vigerum de Idiotiſm. Cap. 6. ſect. 4. Reg. 4. Verſ. 8.

Ibid. *καὶ τρεῖς ἄγειν καὶ τέτταρας μυριάδας ἀνδρῶν μαχίμων.* — „*ἄγειν, valere, æquipollere, æſtimari poſſe ad XXX & XL. millia bellatorum.* Simile ductum a numis,

 ali-

Verſ. 8 aliquod certum pondus eique comparatum valorem habentibus. Inde verbum ἄγειν, *pendere*, accommodatur ad omnes res, quarum vis certo numero exprimi & ſignificari poteſt. Si de conductione aut adductione militum in alicujus caſtra cogitaſſet auctor, potius συνάγειν vel προσάγειν dixiſſet." REISKIVS. — Exempla uſus illius verbi ἄγειν, ubi de *pondere, valore* aut *pretio* agitur, ex Demoſthene collecta dedit idem Reiſkius in Indice Græcitat. Demoſth. Sed veremur, ne ingenio ſuo nimis indulſerit vir doctus, quum eamdem notionem huc trahere conniſus ſit. Percommode ſane ἄγειν, ut frequentiſſime aliâs, ſic h. l. intelligi poſſe videtur, *in bellum ducere.*

Verſ. 10. *Verſ.* 10. τοὺς βουλομένους. Hanc ſcripturam ex codice ſuo citans VRSINVS in notis, ait: „Vide num rectius ſit τοὺς βουλευομένους, in quo verbo ſæpius errant librarii apud Polybium." — Eſtque βουλευομένους in contextum ejus receptum, indeque in ceteras editiones propagatum. Codicum ſcripturam præferendam merito cenſuit Reiſkius. Hoc dicit Polybius, lege ſancitum apud Achæos in hujuſmodi conventibus fuiſſe, ut poſtquam primo die quæſtio, de qua agebatur, ultro citroque eſſet diſcuſſa ac diſceptata, poſtridie deinde ii, qui formulam decreti (*un projet de décret*) proponere voluiſſent, illud in medium proferrent.

Verſ. 11ſqq. *Verſ.* 11. ὑπερεῖχον. ὑπῆρχον Bav. — *Verſ.* 13. ἔν γε τοῖς ἀνώτερον χρόνοις. Debetur hoc Caſauboni ingenio. ἔν τε τοῖς Vrſin. cum mstis.

Verſ. 14. *Verſ.* 14. ὥστ' ἂν μηδενὶ πλεῖον. Haud dubie πλείονα fuerat corrigendum, quod meam tunc obſervationem præteriit, cum exemplum prelo pararem. Extremam literam α intercepit vocula ſequens.

Verſ. 15ſq. *Verſ.* 15. ἅτε τῆς παραθέσεως. Sic perſpecte Caſaub. ἃ τῆς παραθ. Vrſin. cum mstis. — *Verſ.* 16. τὰς τῶν ἐν Ἀλ. Menuoſe τῆς τῶν Bav. — *Ibid.* κατὰ τοσούτων. Condona typothetæ errorem, & κατὰ τοσοῦτον corrige. *Ibid.* εἰς πραγμάτων λόγον. λόγους Bav. male.

CAPVT

CAPUT X.

Cap. X.

Verſ. 1. οἱ περὶ τὸν Ἀνδρονίδαν καὶ Καλλικράτην. Verſ. 1.
Alios homines cum *Callicrate* ſupra in eadem re nominaverat, cap. 8, 2. ſed hos duos rurſus conjunctim nominat lib. XXX. c. 20, 2 & 4. ubi Ἀνδρωνίδαν per ω longum ſcribitur, rectius, ut putamus; quod & hic reſtitutum velimus, ubi quidem in ο breve cum editis conſentiunt mssti.

Verſ. 2. γραμματοφόρος ex Bav. reſtituimus, cum γραμματηφόρος perperam fuiſſet editum. Verſ. 2.

Verſ. 3. τοὺς περὶ Νεμέσιον. Perperam τοὺς δὲ περὶ Bav. — Ad h. l. hæc adnotavit VRSINVS: „*Nemeſius* inter regios legatos infra numeratur a Polybio. Hic autem erant Romani legati nominandi, quorum nomina ſunt apud Livium lib. XLIV, P. Popillius, [C. Popillius ſcribere voluit, vide Liv. XLIV. 19.] C. Decimius, C. Hoſtilius. Sed librarii hoc vitium eſt, non Polybii.“ — Immo vero ipſe Fulvius, non librarius, humani aliquid hic paſſus eſt. Νουμένιον, non Νεμέσιον, regum Aegypti legatum Polybius nominat XXX. 11, 1. Romanorum vero legatus, quem hic ait re infecta Romam jam fuiſſe reverſum, non debet intelligi unus ex illis, qui cum Popillio miſſi ſunt; ſed illum quidem Popillium anno ſuperiori miſſum fuiſſe oportet. Popillius deinde, hoc anno miſſus, perfecit inſtitutum, & Aegypto excedere Antiochum coëgit, ut mox ſequenti Ecloga docet Polybius. Sed nimirum ignotum nomen turbaverat Vrſinum, pariterque Caſaubonum, qui vocem Νεμέσιον, ut ſibi ſuſpectam, aſteriſco notavit. Neque REISKIVS expedire difficultatem potuit: „Quis fuerit *Nemeſius,* inquit, quis *Titus,* non reperio.“ — Verum vidiſſe GRONOVIVS videtur, qui ad oram ſui libri hanc Notam adſcripſit: „Lege Νυμίσιον.“ — Certe quum *Titum Numiſium* anno ab V. C. 587. in numero decem legatorum fuiſſe reperiamus in Macedoniam miſſorum, (Liv. XLV. 17.) quidni credamus, quod ex hoc Polybii loco diſcimus, eumdem *T. Numiſium*, ante celebrem illam Popillii legatio-

Verf. 3. tionem, A. V. 585. ad Antiochum Ptolemæumque, ad finem faciendum bello, fuiffe miffum; cujus legationis mentionem haud dubie apud Livium quoque eramus inventuri, nifi liber quadragefimus quartus, qui illius temporis res complexus erat, plurima fui parte mutilatus ad nos perveniffet. Neque vero opus eft, ut in fcriptura librorum τοὺς περὶ Νεμέσιον quidquam mutandum corrigendumve ftatuamus: nam & aliâs in nominibus propriis, non modo ubi *i* litera utuntur Romani, ε a Græcis fcriptoribus fubinde ufurpatum videmus, ut Λεβέκιοι pro *Libici* vel *Libicii*, Βρεττανία pro *Britannia*, Δομέτιος pro *Domitius*, XXX. 10, 8. fed & ε pro Latinorum *u* ab eifdem pofitum, ut Βρέττιοι, *Bruttii*, Βρεντέσιον, *Brundufium*, Νέμετωρ *Numitor*, Νεμετώριος, *Numitorius*; de quo genere jam diximus ad II. 17, 4.

Verf. 4. *Verf.* 4. Ἦν δὲ τοῦτο &c. Sic ex conjectura corrigendum putavimus. Vulgo Ἦν γὰρ τοῦτο edd. cum msstis; de quarum particularum confufione, ex compendiis fcripturæ nata, fæpe jam dictum: plura loca collecta dedimus ad XI. 6, 4. Nunc vero adverfativam particulam neceffario requirebat nexus orationis. Hoc enim dicit: *Erat vero hoc quidem contra illorum argumentum atque fententiam:* nam T. Numifius, legatus populi Romani, nihil efficere potuerat; quid ergo proficerent legati ab Achæis miffi? Verumtamen, quoniam nunc M. Philippus hortabatur Achæos, ut ipfi rem tentarent, porro fefe opponere Polybius noluit. Hanc plane effe fententiam hujus loci exiftimavimus, & aliena prorfus vifa mihi eft Reifkii conjectura, pro κατὰ τῆς ὑποθέσεως fufpicantis κατὰ λόγον τῆς ὑποθέσεως, id eft, (ut ipfe interpretatur) *erat enim id confentaneum confilio & voluntati Romanorum.*

Verf. 5. *Verf.* 5. ἀνεχώρησαν ἐκ τῶν πραγμάτων. Nimium dicere Cafaubonus mihi vifus erat, verba ifta ita vertens, *publicarum rerum cura & adminiftratione fe abdicavit;* fatis putavimus, fi intelligeretur, *deftitiffe Polybium urgere rem de qua nunc agebatur:* quamquam videri poterat Cafau-

ſauboni interpretatio & in plurali numero, τῶν πραγμάτων, & in alio loco XXX. 10, 5. præſidium invenire. Conf. notata ad XXVIII. 3, 4. — *Ibid.* Καὶ τὰ μέν. Perperam Κατὰ μὲν Bav.

Verſ. 6. Αἰγειράτης recte Caſaub. cum Bav. Αἰγιράτης Vrſin. — *Ibid.* καὶ Ἀρίστων. Abeſt καὶ a Bav. non male, [& *deletum* velimus. Solet Polybius tria nomina propria abſque particula copulativa conjungere. Verſ. 6.

Verſ. 7. Οἱ δὲ παρὰ τοῦ Πτολεμαίου. Forte παρὰ τῶν Πτολεμαίων, ſicut mox παρὰ τῶν βασιλέων. Sed poterit etiam nunc major fratrum intelligi, nominatus pro utroque. — *Ibid.* ἑτοίμους ἔχοντες. Sic editi, quod ferri poteſt, quoniam communis generis eſt illud nomen; quamquam aliâs foemininum quoque ἡ ἑτοίμη frequentat Polybius. Verſ. 7.

CAPVT XI. Cap. XI.

Verſ. 1. Τοῦ Ἀντιόχου &c. — „Fragmenti 92. initium, ad verba ὁ Ποπίλιος, non ſunt Polybii verba, ſed Epitomatoris, ut multa alia, præſertim exordia fragmentorum." REISKIVS. — Rem quam verbis iſtis imperite obſcureque ſignificavit compilator, nexumque hujus eclogæ cum ſuperiori narratione, intelliges ex Liv. XLV. 11 ſq. quamquam & ibi initium cap. 12. haud ſatis integrum ad nos pervenit. Verſ. 1.

Verſ. 2. ὁ Ποπίλλιος, ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς &c. — Livius: *quos cum advenientes ſalutaſſet, dextramque Popillio porrigeret, tabellas ei Popillius ſ c r i p t u m habentes tradit: atque omnium primum id legere jubet* &c. Erratum eſt a librario apud Livium, cum *S. C.* notam in verbum *Scriptum* mutavit. Confirmat hanc noſtram obſervationem græca Polybii vox δόγμα, quam vertit Livius *Senatuſconſultum;* & Valerii Maximi teſtimonium, qui lib. VI. cap. 4. ita de hac re ſcribit: *C. Popillius a Senatu legatus ad Antiochum miſſus, ut bello ſe, quo Ptolemæum laceſſebat, abſtineret; cum ad eum veniſſet, atque is prompto animo atque* Verſ. 2.

ami-

amicissimo vultu dextram ei porrexisset, invicem ei suam porrigere noluit, sed tabellas senatusconsultum continentes tradidit: quas ut legit Antiochus, &c." VRSINVS. — Fortasse vero sic scripserat Livius, *tabellas ei Popillius SC. scriptum habentes tradit.*

Vers. 3. *Vers.* 3. *πρότερον ἀπαξιῶν.* VRSINVS in Notis scribit: „*πρότερον ἀπαξιούμενος.* Ita restituimus, cum in exemplari *ἀξιοῦσθαι* scriptum esset, corrupte, ut nos existimamus." — REISKIVS: „*ἀπαξιῶν* est a Casaubono. Vrsinus, cujus id est primum inventum, volebat *ἀπαξιούμενος.* Recte animadvertit Casaub. in sensu *dedignandi* aut *improbandi* aut *recusandi ἀπαξιοῦν* in activo dici, non in medio. In cod. Vrsin. erat *ἀξιοῦσθαι.* Forte legendum *ὀρθῶς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐ πρότερον ἀξιώσας.*"

Vers. 6. *Vers.* 6. *τὸ γιγνόμενον καὶ τὴν ὑπεροχήν.* Haud incommode Casaubonus *imperiosum factum* interpretatus est, per hendyadin quæ vocatur. Poterat vero etiam seorsim dicere, *mirabatur factum & auctoritatem, imperium,* aut, si ita fas est loqui, *superioritatem,* quam scil. sibi adrogabat Romanus. — *Ibid. ἐναπορήσας.* — „scil. *ἐν τῷ γύρῳ.* Aliâs usitatius est verbum *ἐπαπορεῖν.*" REISKIVS.

Vers. 8. *Vers.* 8. *εἰς τὴν Συρίαν.* Ad vulgatam lectionem *Ἀγρίαν* hæc notaverat VRSINVS: „In exemplari scriptum erat *οὕτως*, male prorsus. De *Agria* meminit Stephanus, altero Polybii loco adducto ex lib. XVIII. *Ἀγρίαι*, inquit, *ἀρσενικῶς, ἔθνος Παιωνίας* &c. — Ad quæ REISKIVS: „Imo vero *Συρίαν.* Testimonium Stephani, ab Vrsino huc allatum, æque alienum est, quam si locum e Schefferi Lapponia attulisset. Nescio ubi mens bono Vrsino fuerit, hæc exaranti." — At rursus ipse Reiskius non animadvertit, prorsus depravatam judicasse Vrsinum scripturam codicis; modo quod emendationem non ipse tentarit. Reiskianam emendationem res ipsa confirmat. Confer nostrum mox vers. 10.

Ibid. βαρυνόμενος μέν. Requirebatur utique h.l. particula *μὲν*, ad illud *δὲ* post *εἴκων* referenda. Facile autem inter-

interciderat, quoniam verbum præcedens, cujus extrema terminatio ος superne adſcripta erat, in eaſdem literas μεν exibat. Quæ res paſſim fraudi fuit librariis, ut particulam μὲν, quam bis per errorem ſcriptam putabant, omitterent. Pari modo I. 42, 2. ubi vulgo legitur καθορμισθεὶς ἐν ταῖς καλουμέναις Αἰγούσαις, μεταξὺ δὲ κειμέναις Λιλυβαίου καὶ Καρχηδόνος, particula δὲ, quæ eſt poſt μεταξὺ, requirebat (ex conſtanti certe Polybii uſu) præcedentem particulam μὲν, quam non dubito librariorum culpa intercidiſſe poſt verbum καλουμέναις. Verſ. 8.

Verſ. 9. Πολυάρατον ἀναπέμπειν εἰς Ῥώμην. *Polyaratum* Rhodium in legatorum numero fuiſſe, a Rhodiis ad reges Ptolemæos & Antiochum miſſorum, nuſquam diſerte tradidit Polybius. conf. XXVIII. 15 extr. & c. 19, 1. Attamen hoc tempore in Aegypto verſatum eſſe illum hominem, adparet & ex hoc loco, & ex XXX. 9, 2. ubi etiam de eadem re, qua de hic agitur, idem verbum ἀναπέμπειν uſurpatur, quod aliâs quidem & *remittere* denotat, & *ſurſum mittere*, nunc vero eadem fere ratione ac verbum ἀνάγειν (de quo ad I. 82, 2. dictum) accipiendum videtur pro *captivum mittere*, *per vim abductum.* — *Ibid.* τὰς ἐκεῖ ὑπαρχούσας. — „ſcilicet τῷ Ἀντιόχῳ." REISKIVS. Verſ. 9.

Verſ. 10. καὶ καθόλου Φερόμενα τὰ κατὰ τὴν Κύπρον. Ferendam codicum ſcripturam putavimus, ea notione, qua Φέρειν καὶ ἄγειν in bello eſt *prædam agere*, *vaſtare regionem.* Caſaubonus, interſertis poſt Φερόμενα punctis nonnullis ſignificans aut mendi ſuſpectum ſibi id verbum aut etiam lacuna laborantem orationem viſam eſſe, interpretatus eſt, *atque omnino res Cypri malo poſitas loco offendiſſet.* Reiſkii conjecturam in ſcholio ſub contextu retulimus. — *Ibid.* ἀνέστησαν τὸ στρατόπεδον. — „*juſſit & coëgit copias Antiochi inſula decedere.*" REISKIVS. Verſ. 10.

Verſ.

Verf. 12. *Verf.* 12. *πρὸς τὸν ἔσχατον καιρόν.* — „πρὸς debetur Vrfino; deerat enim ejus codici. Malim εἰς." REISKIVS. — Et nobis εἰς præplacet, idque receptum velimus.

Verf. 13. *Verf.* 13. Μὴ γὰρ γιγνομένου τούτου καὶ πιστευθέντος. — „Forte μὴ γὰρ γενομένου τούτου, ἢ οὐ καὶ πιστευθέντος. *Nam fi id aut non eveniffet, aut, cum eveniffet, tamen pro vero & certo habitum non effet.*" REISKIVS. — Nil opus eft iftis ambagibus: attamen pro γιγνομένου placet γενομένου, e quo facile potuit γινομένου nafci, quod hoc loco vulgo legebatur.

ADNO-

ADNOTATIONES

AD

POLYBII HISTORIARVM

LIBRI XXX.

RELIQVIAS.

Res *gestas A. V.* 587 (a quo anno nova etiam incipit Olympias, numero CLIII.) descriptas a Polybio esse *Libro tricesimo*, docet Athenæus in illo fragmento, quod exhibemus in Reliquiis hujus libri cap. 13. collato Liv. XLV. 43. Quare cum Casaubonus in fine Eclogæ XCII. De Legationibus (cum qua Reliquias libri XXIX. clausimus) sic scripsit, Τέλος τοῦ τριακοστοῦ λόγου; aut error is est scribæ ejus codicis, e quo ista verba duxit Casaubonus, (si modo e codice msto ducta ista verba sunt, quæ nec Vrsini codex, nec Bavaricus, agnoscit) aut ipsius Casauboni error, qui verba λόγος λ'. quæ hoc loco fortasse in Andreæ Schotti codice scripta erant, ad præcedentem Eclogam retulit, cum ad sequentem referre debuisset. Confer quæ notavimus ad initium libri XXVIII. Lib. XXX.

CAPVT I. Cap. I.

Vers. 1. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον &c. — „Ad Fragm. XCIII. vide Liv. XLV. 19 sqq. & Diodor. Sic. T. II. p. 625. fragm. 21." REISKIVS. — *Ibid.* Ἄτταλος. *Attalum* jam olim A. V. 574. Romam ab Eumene missum vidimus lib. XXV. 6. Denuo deinde eodem missus est A. V. 594. XXXII. 5. Vers. 1.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. ὅλως. — „Forte ὅμως, *vel ſic tamen quoque.*" REISKIVS. Immo percommode locum ſuum tuetur ὅλως, *omnino.* — *Ibid.* ἐλθών. ἐλθεῖν Bav. — *Ibid.* πάντων εὐμενῶς σφίσι μετεσχηκέναι τῶν κινδύνων. — „Vide, num pro εὐμενῶς, Εὐμένη ſit ſcribendum." VRSINVS. — „Forte εὐγενῶν, pro γενναίως. Nam εὐμενῶς non ſatis bene convenit, quod non eſt προθύμως." REISKIVS. — Nos vero non videmus, quid in εὐμενῶς deſideretur, quod valet idem ac εὐνοϊκῶς. conf. verſ. 4. & c. 3, 1.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἧκεν εἰς τὴν Ῥώμην. οὐκ ἧκεν (ſic) ediderat Vrſinus. Importunam partic. negantem ignorat Bav. & merito delevit Caſaub.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. διὸ καὶ παρ' ὀλίγον. διὸ caret Bav.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. τῆς τοῦ βασιλέως Εὐμένους εὐνοίας, id eſt, τῆς εἰς τὸν βασιλέα Εὐμένη εὐνοίας. De qua conſtruendi ratione abunde dictum ad X. 17, 14. — *Ibid.* λαλοῦντα τῷ Περσεῖ. — „Id eſt κρύφα διαλεχθέντα, κοινολογούμενον, κοινοπραγοῦντα." REISK.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. βουλεύεσθαι γάρ. — „Pro βουλεύεσθαι magis βούλεσθαι placeret." VRSINVS. — Immo commodiſſima eſt librorum ſcriptura, hanc vim habens, *cogitare enim,* vel, *id enim agere ſenatum.*

Verſ. 9. *Verſ.* 9. συγκατανεύειν ἐν ταῖς κατ' ἰδίαν. Voculam ἐν, cum abeſſet ab ed. Vrſini & msstis, intercepta a poſtrema litera ν verbi præcedentis, recte adjecit Caſaub.

Verſ. 10. *Verſ.* 10. παρελθών. καὶ παρελθὼν Vrſin. cum msstis. Copulantem particulam delevit Caſaubonus, veremur ne immerito: amat enim ea largiter uti Polybius; attamen paulo commodius videri poterat ante συνέθετο poſita.

Cap. II.

CAPVT II.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. ὀπτευσάμενος. ὀπτευσαμ. ed. Vrſin. operarum errore.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τὰ μὲν ὑποδείξας, τὰ δὲ ἐντειλάμενος. — „Forte τὰ μὲν ἄλλα ὑποδείξας, *in cœteris, quæ ei præſcripſerat, etiam hoc mandato, ut omnem daret operam atque diligen-*

ter

ter provideret, *ne* &c. In vulgata non apparet, quid differant ὑποδείξας & ἐντειλάμενος, quare etiam Casaubonus illo universo & infinito reddidit, *re communicata.*" REISKIVS. — ὑποδείξας videtur paullo minus esse, quam ἐντειλάμενος, & significare videtur, non nimis aperte statim ac præcise ostendere Stratio voluisse Eumenem suam de fratris fide suspicionem. — *Ibid.* λυμήνασθαι τὴν βασιλείαν αὐτῶν. — „Non improbo βασιλείαν, *domum suam regiam*, *& regni statum.* Videtur tamen ὁμόνοιαν aut συμφωνίαν magis huic loco convenire." REISKIVS. — Sed confer vers. 9. & cap. 3, 4. & intelliges, nullo modo solicitari debuisse vulgatam. — *Ibid.* βασιλείαν αὐτῶν. βασ. αὐτὸν Bav. Vers. 2.

Vers. 3. διέθετο. Perperam διέθεντο Bav. — *Ibid.* πειστικόν. πιστικὸν idem. — *Vers.* 4. καθίκετο. καθήκετο Bav. — *Ibid.* τῷ μὴ διάδημα. τῷ μὴ διαδήματι idem. — *Ibid.* ἔχειν. Vltima litera ex pravo more adhæsit, & librarium nunc etiam decepere præcedentes infinitivi. Vtique vero ἔχει corrigendum; connectitur enim cum ὅτι συμβασιλεύει, & cum εἰς δὲ τὸ μέλλον καταλείπεται διάδοχος. — *Vers.* 5. ἀπαιδίαν recte Casaub. & seqq. cum Bav. ἀπαιδείαν Vrsin. Vers. 3.

Vers. 6. οὐδέπω γὰρ ἀναδεδειγμένος ἐτύγχανε κατὰ φύσιν υἱὸς ὢν αὐτῷ, ὁ μετὰ διαδεξάμενος τὴν ἀρχήν. Casaubonus: *Necdum enim is naturalis filius Eumenis fuerat declaratus*, *qui postea illi successit.* Quibus verbis, quum, quam sententiam subjecerit vir doctissimus, haud satis perspicuum videretur; nos, clarius explicare mentem auctoris his verbis cupientes, *necdum enim agnitus fuerat naturalis ille filius Eumenis*, *qui postea illi successit*, Livium quidem maxime secuti sumus, sed veremur, ne in manifestum errorem, eumque duplicem etiam, induci nos passi simus. Neque enim κατὰ φύσιν υἱὸν Græci (non magis quam *naturalem filium* Romani) ea ratione dixerunt, qua hodie vulgo *naturalem* filium pro *spurio* dicimus *ex concubina nato:* sed ὁ κατὰ φύσιν πατὴρ, υἱὸς, ἀδελφὸς, est *genuinus*, Vers. 6.

 ger-

Verſ. 6. *germanus pater*, *filius*, *frater;* cui nonnumquam opponitur ὁ κατὰ θέσιν, id eſt, *adoptivus*, ut XXXII. 11, 10. & c. 12, 1. interdum vero etiam non niſi emphaſeos nonnullius cauſa aut pæne pleonaſtice adjecta illa verba κατὰ φύσιν reperiuntur, veluti cum Hamilcarem κατὰ φύσιν πατέρα Hannibalis vocat Noſter III. 9, 6. Quare videri poterant ita intelligenda verba illa, de quibus quærimus: *nondum enim pro genuino ejus filio declaratus erat is, qui deinde in regnum ei ſucceſſit.* At hac rurſus verſione non minus, quam illa ipſa qua nos uſi ſumus, ſignificabitur, *juniorem* illum *Attalum*, qui patri Eumeni poſt patruum Attalum hunc, de quo nunc agitur, in regnum ſucceſſit, (de quo confer Polyb. XXXIII. 16.) adulterinum Eumenis fuiſſe filium, ex concubina natum, quem deinde pro legitimo agnoviſſet declaraſſetque Eumenes: quod non modo nullo auctore conſtat, verum etiam diſerto Strabonis teſtimonio refellitur, qui lib. XIII. p. 624. *ex legitima uxore Stratonica*, *Ariarathis filia*, *Cappadociæ regis*, *ſuſceptum ab Eumene* ſcribit. Quæ nos conſiderantes, non aliam rationem videmus expediendi hujus loci difficultatem, niſi ut verbum ἀναδεδειγμένος inſolentiori quidem quadam notione, quæ tamen a reliquo ejuſdem uſu haudquaquam abhorrere videtur, pro *editus*, *in lucem editus*, accipiamus; ut hoc dicat Polybius, *necdum enim tunc in lucem editus erat ille Eumenis filius*, qui *ei poſtea in regnum ſucceſſit.* Cui interpretationi conſentaneum eſt, primum, quod idem Strabo, eodem loco quem modo citavimus, Attalum hunc, Eumenis filium, quo tempore vita exceſſit pater, (id eſt A. V. 597. adeoque decimo abhinc anno; conf. Polyb. XXXII. 23.) παῖδα νέον τελέως ὄντα dicat, id eſt, *puerum parvo admodum natu;* tum quod de eodem loquens Polybius noſter in rebus anni ab V. C. 602. lib. XXXIII. 16: ἔτι παῖς ὢν dicit, cui, quum Romam fuiſſet a patruo miſſus ad renovandam paternam amicitiam, *habitum* ait *honorem convenientem ætati;* λαβὼν τιμὰς ἁρμοζούσας τῇ καθ' αὑτὸν ἡλικίᾳ. Denique vero eamdem interpretationem

præ-

præcise etiam flagitat id ipsum, quod de ἀπαιδίᾳ, qua hoc tempore fuit Eumenes, hoc ipso loco, in quo versamur, diserte Polybius noster modo commemoraverat. Iam quod si quis huic nostræ interpretationi Livianam illam opponat, XLV. 19. *necdum enim agnoverat eum qui postea regnavit;* eum non nobis, sed Livio litem movere jubebimus, qui, quod haud dubie de Attalo, unice legitimo Eumenis filio ac successore, dixit Polybius, id ad Aristonicum, ex pellice natum, (quem numquam pro legitimo agnitum ab Eumene esse probabile fit ex reliqua hujus familiæ regnique historia,) referendum putavit. Vers. 6.

Vers. 7. θαυμάζειν ἔφη, πόσα βλάπτει &c. — „Forte θαυμάζειν ἔφη, εἰ ἀγνοεῖ, πόσα βλάπτει.“ REISKIVS. — Nobis vero magis etiam incommodum & suspectum visum erat id quod sequitur, βλάπτει τοὺς ἐνεστῶτας καιρούς, cogitaveramusque βλάπτει scil. τὴν βασιλείαν, (coll. v. 2 & 9.) κατὰ (vel διὰ) τοὺς ἐνεστῶτας καιρούς. Nec tamen quidquam temere mutandum censuimus. Vers. 7.

Vers. 8. μεγάλην γὰρ εἰδέναι πᾶσι τοῖς θεοῖς χάριν. — „Emendavit hoc modo Fulvius, [nempe verbo εἰδέναι ad oram adnotato,] cum in msto, ut ex contextu suspicor, esset γὰρ εἶναι. [id quod pariter habet Bav.] Sed nondum absoluta est oratio. Scribendum μεγάλην γὰρ δεῖν εἰδέναι. Sic hortationem suam ad pacem inchoat Agelaus V. 104. ἔφη δεῖν μάλιστα μὲν μηδέποτε πολεμεῖν τοὺς Ἕλληνας ἀλλήλοις, ἀλλὰ μεγάλην χάριν ἔχειν τοῖς θεοῖς.“ GRONOVIVS. — At nil frequentius ellipsi verborum δεῖν vel χρῆναι. Quod autem pro εἶναι, quod codices dabant, Vrsinianam emendationem εἰδέναι adoptavit Casaubonus, haud nos quidem improbamus. Poterat vero eodem jure ἔχειν ponere. Ac fortasse ipsum εἶναι teneri debebat. Sicut enim πολλή σοι χάρις, πλείστη σοι χάρις, dicunt Græci, scil. ἐστὶ, *plurimam tibi gratiam habeo;* sic nil magnopere impedit, quo minus etiam dici potuisse h. l. statuamus, μεγάλην εἶναι χάριν. Sed de hoc judicent doctiores. Vers. 8.

Verf. 9 fqq. *Verf.* 9. εἰ δὲ νῦν. Perperam εἰς δὲ νῦν Bav. — *Ibid.* ἐν αὐτῇ δυναστ. ἐν αὐτῷ idem. — *Verf.* 10. ὁ Στράτιος. ὁ στρατηγὸς nunc habet Bav. qui fupra in Στράτιος confenferat. In eodem errore verfatum fuiffe puto Vrfini codicem, fed mendam tacite ab editore correctam.

Cap. III.

CAPVT III.

Verf. 1. *Verf.* 1. ἣν παρέσχετο εἰς τὸν κατὰ τὸν Περσέα πόλεμον. Verba εἰς τὸν non funt in msstis, ab Vrfino ex ingenio adjecta. Carere autem eis poteramus, fi legeretur ἣν παρέσχετο κατὰ τὸν Περσέως aut Περσικὸν πόλεμον, aut (quod nos veriffimum putemus) κατὰ τὸν πρὸς Περσέα πόλεμον, quemadmodum Polybius fcribit c. 6, 5. XXX. 12, 2. & alibi. — *Ibid.* ἀπελογίσατο recte Cafaub. ἀπελογήσατο Vrfin. cum msstis.

Verf. 2. *Verf.* 2. τοὺς παρακαθέξοντας τὴν τῶν Γαλατῶν ἀπόνοιαν. — „Forte καθέξοντας, fine παρα, ne illud παρα toties cumuletur, præfertim cum in hoc verbo nil eo opus fit ad fignificationis vim intendendam." REISKIVS. — Amat vero Polybius verba cum præpofitione παρὰ potiffimum compofita, ut nihil prorfus opus fuerit folicitare hoc verbum. — *Ibid.* ἀποκαταστήσοντας. „Videtur hoc a Cafaub. profectum: & recte quidem ille fic emendavit. In editione Plantini [quæ eadem Vrfini eft, in Platiniana officina excufa] eft ἀποκατασταθήσοντας. Fortaffe dedit auctor ἀποκαταστατήσοντας, ut pariter eodem fenfu dictum fit olim ἀποκαθιστάνειν & ἀποκαταστατεῖν, *reftituere in priftinum ftatum.*" REISK. — In ἀπακαταστήσοντας confentientem Cafaubonus habet Bavaricum noftrum codicem.

Verf. 3. *Verf.* 3. Μαρωνιτῶν. Mendofe Μαριωνιτῶν ed. Vrf.

Verf. 6. *Verf.* 6. παραυτὰ τυχὼν τῶν Φιλανθρωπιῶν. Ad vulgatam lectionem παρατυχὼν, quæ ab Vrfini ingenio profecta, fed prorfus aliena erat ab hoc loco, perfpecte REISKIVS notavit: Forte παραυτὰ τυχὼν τῶν Φιλ. *ut primum adeptus erat eos honores.* παραυτὰ eft *ftatim, confeftim.* Poffit quoque legi παρὰ (vel μετὰ) τὸ τυχεῖν τῶν

Φιλ.

Φιλ." — Familiare Polybio verbum eſt παρχυτά, iſta notione, & haud dubie præferri debuit prior illa Reiſkii ratio alteri. Pro Φιλανθρωπιῶν vero fortaſſe Φιλανθρώπων erat ſcribendum, niſi vulgatum defendi poſſe ſtatuamus ex XV. 19, 5. & XXVIII. 15, 10. Verſ. 6.

Ibid. ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶχε ποιεῖν. — „Hoc eſt, *non poterat impedire, quo minus id fieret,* aut *factum reddere infectum nequibat.*" REISKIVS.

Verſ. 7. Μαρώνειαν. Sic oportuit, ut V. 34, 8. Nec aliter Stephanus Byz. Per ſimplicem vocalem ι quidem pariter ſcriptum vulgo erat hoc nomen XXIII. 11, 4. — *Ibid.* πρεσβευτάς, πρεσβευτὴν Bav. Verſ. 7.

CAPVT IV. Cap. IV.

Verſ. 1. πρῶτον μὲν οἱ περὶ Φιλοκράτην &c. De hac *Rhodiorum legatione* vid. Liv. XLV. 20 ſeqq. Dinonem & Polyaratum ab his legatis deditos eſſe Romanis, intelligitur ex Liv. ibid. c. 22. coll. cum Polyb. infra, c. 8 ſq. Cur primo *Philocratem* cum aliis, deinde mox *Philophionem & Aſtymedem* Romam adveniſſe Polybius ſcribat, haud ſatis adparet. Livius ibid. cap. 25. ait: *Philocrates & Aſtymedes principes legationis erant.* — *Ibid.* μετα δὲ τούτους οἱ περὶ Φιλόφρονα καὶ Ἀστυμήδην. Nihil diſſenſionis ex cod. ſuo adfert Vrſinus. Bavaricus vero pro Φιλόφρονα nunc rurſus Φιλοκράτην ſcribit; perperam, quemadmodum ex verſ. 3 & 6. intelligitur. Verſ. 1.

Verſ. 2. τὴν ἀπόκρισιν, ἣν οἱ περὶ τὸν Ἀγέπολιν &c. Vide XXIX. 7. In Ἀγέπολιν nunc rurſus conſentiunt edd. cum msstis. — *Ibid.* τὴν πρὸς αὐτοὺς ὀργήν. — „Ad hunc locum de *iris Romanorum in Rhodios* vide præter Livii l. c. Diodorum Sic. T. II. p. 624 Gellii VII. 3. Dion. Caſſ. p. 66. n. 158 ſq." [ed. Reimar.] REISKIVS. — *Ibid.* καὶ τὴν ἀνάτασιν. Sic recte Caſaub. & ſeqq. Perperam ἀνάστασιν Vrſin. cum msstis in quo vocab. & ejus conjugatis ſæpe peccarunt librarii. conf. IV. 4, 7. Suidas: Ἀνατάσεις· ἐπαπειλήσεις ὑπερηφάνους. &c. Vide Polybii Verſ. 2.

 Fragm.

Fragm. hiſtor. XXXII. & Fragm. gramm. XVII. & mox cap. 7, 8. hujus libri.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. *ὥστε καὶ τῶν στρατηγῶν τις.* Livius c. 21. *M. Iuventius Thalna prætor, cujus inter cives & peregrinos juriſdictio erat, populum adverſus Rhodios incitabat.*

Verſ. 5. *Verſ.* 5. *Φαιὰ βαλεῖν ἱμάτια.* — „Livius: *extemplo veſte ſordida ſumta;* ex quibus verbis apparet, λαβεῖν pro βαλεῖν legendum eſſe." VRSINVS. — „βαλεῖν immerito ſuſpectum fuit viſum Vrſino. βάλλειν ἐσθῆτα eſt uſu tritiſſima dictio, vel e Novo Teſt. nota. vide quæ dixi ad Conſtantini Ceremon. p. 5." REISKIVS. — Fefellit virum doctum memoria, cum ad uſum Novi Teſtamenti provocavit, in quo nihil tale, quoad nos quidem cognoverimus, occurrit. Diodorus in eadem re, loco ſupra citato, ἀναλαβεῖν habet. Si teneri βαλεῖν poteſt, erit pro compoſito περιβαλέσθαι poſitum; ſed etiam atque etiam veremur, ne activum verbi genus nullo modo iſta notione ferri poſſit. λαβεῖν cum Vrſino legendum utique cenſuit Weſſeling. ad Diodor. l. c.

Ibid. *κατὰ τὰς παρακλήσεις.* — „Malim ἐντεύξεις, e Diodori Siculi l. c. & Excerptis Photianis p. 515. [Tom. II. Diodor. ex ed. Weſſeling.] ubi locus hic pæne iiſdem verbis legitur." REISKIVS. — Weſſelingius pariter l. c. pag. 624. ἐντεύξεις ſe malle profeſſus erat.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. *εἰσαγαγόντος.* *εἰσαγαγόντων* Bav. — *Ibid.* *κατασπάσαντος* recte Caſaub. & ſeqq. cum Bav. *κατασπάσαντες* Vrſin.

Verſ. 7. *Verſ.* 7. *ὅτε δή.* Perperam *ὅτι δὴ* Bav. — *Ibid.* *τὸ κύκνειον ἐξηχήσαντες.* *κύκνιον* Bav. minus recte. Mich. Apoſtolius Proverb. Centur. XI. num. 64. *κύκνειον ᾆσμα· ἐπὶ τῶν ἐγγὺς θανάτου ὄντων. οἱ γὰρ κύκνοι θνήσκοντες ᾄδουσι.* Conf. Eraſmi Chiliades, & eos auctores qui cum ab Eraſmo, tum ab editore Apoſtolii laudantur. Neque vero de eis ſolum, qui morti vicini ſunt, ſed qui in quocumque periculo verſantur, in uſu eſſe debuit illud proverbium; quod vel ex hoc Polybii loco intelligitur, rurſuſ-

fusque ex XXXI. 20, 1. ubi videtur simul significari oratio, qua quis poenitentia ductus fatetur retractatque errorem.

Verf. 9. καὶ μάλιστα δι' αὐτούς. — „Ita placet magis, quam, ut erat in exemplari, [cum quo facit Bav.] δὴ αὐτούς. *Astymedis* autem *oratio*, sed ἀκέφαλος exstat apud Livium lib. XLV." VRSINVS. Verf. 9.

Verf. 14. τὰ δὲ τῶν πέλας ἀπαραίτητα καὶ μεγάλα τελέως. — „Forte μεγάλα καὶ ἀπαραίτητα τελέως." REISK. Verf. 14.

Verf. 16. καὶ μηδενί. καὶ μηδὲν Bav. *male.* — *Ibid.* νομίζομεν· κομίζομεν Bav. Verf. 16.

Verf. 17. ὑπὲρ ὧν ὁ χρόνος εἰς λήθην ἀγηόχει τοὺς ὑπερέχοντας. — „Locus erat in exemplari corrupte scriptus." VRSINVS. — Ex Bav. nullum dissensum a contextu Vrsini adnotavimus. Reiskio, paullo ante, pro καὶ καινοποιήσας visum erat legendum esse καὶ ὑπομνήσας aut καὶ ἀναμνήσας. Nobis vero nullo modo solicitandum id verbum visum est; haud absurde sane Casaubonus, *eorum memoriam revocare, quorum oblivionem* &c. Conf. XXVII. 14, 9. Verf. 17.

CAPVT V. Cap. V.

Verf. 1. οἱ μὲν περὶ Φιλοκράτην. Livius: partem cum *Philocrate renuntiare legationem Rhodum placuit, partem cum Astymede Romæ subsistere; quæ agerentur sciret, certioresque suos faceret.* Verf. 1.

Verf. 4. ἀπὸ μυρίων χρυσῶν. — „Livius numerum duplicat. [*Coronam ait, viginti millium aureorum.*] Dubium, in utro sit error, an ambo consenserint olim, sed per Librarios nunc diffideant." REISKIVS. — *Ibid.* καὶ καταστήσαντες. Caret καὶ Bav. Verf. 4.

Ibid. Θεαίτητον. VRSINVS, in Notis hanc scripturam e suo codice citans, (in quam & Bav. consentit) hæc simul adnotavit: „Livius: [XLV. 25.] *Theodotum, præfectum classis, in eam legationem miserunt* &c. Ex Polybio puto corrigendum Livium in legati hujus nomine, qui Θεαίτη-

Verſ. 4. τος & infra [verſ. 11. & cap. 19, 1.] nominatur." — Quo magis mirari ſubit cum Reiſkio, qui tamen factum ſit, ut Θεόδοτος in contextum Vrſini reciperetur, quod tenuere deinde reliqui editores Polybii. Confer Livii interpretes ad l. c. Idem vero *Theætetus* jam ſupra memoratus eſt XXIII. 3, 2. XXVII. 11, 2. tum XXVIII. 2, 3. ubi cum eodem *Rhodophonte*, qui & mox nunc nominatur, conjungitur.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. βουλόμενοι δίχα τοῦ ψηφίσματος καὶ πρεσβείας ἀποτυχεῖν. VRSINVS, οὐ διὰ τοῦ ψηφίσματος edens, hæc adnotavit: „Livius: *Societatem ab Romanis ita volebant peti, ut nullum de ea re ſcitum Populi fieret aut literis mandaretur; quod, niſi impetrarent, major repulſis ignominia eſſet.* Deerat apud Polybium poſt verbum βουλόμενοι vox οὐ, quæ ad ſenſum neceſſario requiritur, ut ex Livii verſione apparet." — Hinc REISKIVS: „οὐ debetur Vrſino, ait, a cujus codice [ſicut & a Bav.] id abfuit: recte, ni fallor. Dedit Polybius βουλόμενοι δίχα ψηφίσματος. Sæpiſſime inter ſe hæc duo, διὰ & δίχα, permutantur." — Adoptavimus Reiſkii conjecturam; ſed veremur, ne vel ſic nondum ſatis emendata ſit oratio. De permutatione vocularum διὰ & δίχα conf. Adnot. ad VIII. 19, 6.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. Οὕτω γὰρ ἦν πραγματικὸν τὸ πολίτευμα τῶν Ῥοδίων &c. — „Vid. Fragm. CLXI. Dionis Caſſii." REISKIVS. — Livius: *ita per tot annos in amicitia fuerant, ut ſociali foedere ſe cum Romanis non inligarent.* De iſto diſcrimine inter eos, quos *amicos* populus Romanus adpellabat, & quos *ſocios*, breviter Appianus de reb. Gallicis Eclog. 4. Ἐποιοῦντο δ' οἱ Ῥωμαῖοι ξένους, οἷς ἐδίδοσαν μὲν εἶναι φίλους, ἀνάγκη δ' οὐκ ἐπῆν ὡς φίλοις ἐπαμύνειν.

Verſ. 8. *Verſ.* 8. συνδυάζειν & mox κερδαίνειν correxit Vrſinus. συνδιάζειν & κερτεύειν corrupte (inquit) erat in exemplari. In eodemque errore verſatur Bav.

Verſ. 9. *Verſ.* 9. οὐ κατεπειγόμενοι συμμαχίας. Perperam κατεπιγόμενοι Bav. — „*Non quo tunc ardor eos inceſſiſſet mul-*

tarum

tarum ſocietatum contrahendarum. Omiſit hunc locum Verſ. 9. Livius, ſeu quod non intelligebat, ſeu quod ſupervacaneum reputabat." REISKIVS. — Nempe ſic Livius: *Tum utique petenda ſocietas videbatur; non quæ tutiores eos ab aliis faceret, (nec enim timebant quemquam, præter Romanos) ſed quæ ipſis Romanis minus ſuſpectos.* Pro verbis *οὐ κατεπειγ. συμμ.* hæc latina poſuit, *non quæ tutiores eos ab aliis faceret;* quæ ſatis exprimerent vim græcorum verborum, ſi adjecta his eſſent hæc, *ἄλλων ἕνεκα,* vel *κατ' ἄλλων τινῶν* aut in eam ſententiam alia, id eſt, *non quod illam ſocietatem magnopere cuperent aliorum cauſa, vel adverſus alios.* Sed ne opus quidem eſt iſtis adjectis, quæ ex eis quæ ſequuntur facile intelligebantur, & a Livio perſpicuitatis cauſa adjecta ſunt. conf. omnino Polyb. XXXI. 17 ſq. Græca ſane verba per ſe hoc ſonant, *non quod ſocietatem illam magnopere cupiebant.* Turbaverat Reiſkium id, quod *συμμαχίας* pro quarto caſu pluralis numeri habuit, cum ſit ſecundus caſus numeri ſingularis: hunc enim caſum adſciſcit verbum *κατεπείγομαι*, quod eodem modo uſurpatum vidimus V. 37, 10.

Verſ. 10. *κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τῆς ἐπιβολῆς.* Mendoſe Verſ. 10. *ἐπιβουλῆς* Vrſinus cum msstis. *ἐπιβολῆς* recte correxit Caſaubonus, ſed mire iſta verba interpretatus eſt, *ex recentis conſilii comparatione.* Inde Reiſkius: „Obſcurum hunc locum, inquit, interpretatio Caſauboni non ſane declaravit. Videtur ille pro *ὑπέρθεσιν* maluiſſe *παράθεσιν*, quia *comparatione* reddidit. Ego malim *ὑπόθεσιν*, id eſt *πρόθεσιν*, *proponendo hoc ſuo conſilio, commemorando, in medium proferendo.* Poteſt vero etiam *ὑπέρθεσιν* defendi, ſi accipitur hoc vocab. non in ſignificatione *procraſtinationis*, ſed *propoſitionis, commiſſionis.* *ὑπερτιθέναι τινὶ διαβούλιον* eſt *alicui demandare, deferre, committere conſilium aliquod ad deliberandum.*" — Hæc ſcribenti Reiſkio, de phraſi *ὑπερτιθ. τινι διαβούλιον*, in mente verſatus erat Polybii locus XVIII. 30, 9. qui nihil utique facit ad ſtabiliendam eam, quam vult, ſive verbi *ὑπερτίθεσθαι*, ſive nomi-

nis

Verſ. 10. nis ὑπέρθεσις, notionem, quæ & ceteroquin ab uſu græci ſermonis abhorret. Itaque, ſi ſana ſatis atque emendata iſta verba ſunt, κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τῆς ἐπιβολῆς, tenenda erit interpretatio, quam ERNESTVS in Lex. Polyb. ad voce ὑπέρθεσις propoſuit: „Intelligo, inquit, *magnitudine, contentione ſtudii in ea re*, h. e. in ſocietate Romanorum concilianda, & irritis reddendis conſiliis & conatibus male de ſua civitate ominantium, tamquam aliena eſſet a Romanis. ὑπέρθεσιν eſſe *magnitudinem*, vel Grammaticorum ὑπερθετικὸς indicat; [id eſt *ſuperlativus gradus*, quem & ipſo nomine ſubſtantivo ὑπέρθεσις nonnumquam indicant, vide Etymol. M. pag. 5. l. 23.] & ὑπερτίθεσθαί τινα eſt *ſuperare aliquem:* ἐπιβολὴ autem, quæ ante Φιλοτιμία. conf. Ecl. Legat. CIV. extr." [lib. XXXI. c. 7.] — Ad verba κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν Gronovius pariter ſua manu ad oram ſui libri, *magnitudine*, adnotaverat.

Ibid. ἀφαιρεῖσθαι τὰς ἐπινοίας τῶν δυσχερές τι διανοουμένων περὶ τῆς πόλεως. Poteſt utique ferri τὰς ἐπινοίας, *cogitationes, conſilia, molimina.* Sed ex Livii verbis illis, quæ ad verſ. præc. protulimus, *ſed quæ ipſis Romanis minus ſuſpectos*, haud abſurde Vrſinus conjectaverat, ὑπονοίας fortaſſe ſcripſiſſe Polybium.

Verſ. 11. *Verſ.* 11. Ἄρτι δὲ τῶν περὶ Θεαίτητον καταπεπλευκότων. De *Theæteto* modo dictum ad verſ. 4. καταπεπλευκότων Caſaubonus interpretatus eſt, *Romam appulerat.* Sed male hæc cohærent; *vix ille Romam appulerat, cum Caunii a Rhodiis deficerent.* Perſpecte REISKIVS: „Imo vero ἐκπεπλευκ. aut ἀποπεπλευκ. *vix Rhodo ſolverat* aut *diſceſſerat Theætetus, cum* &c. Nam καταπλεῖν eſt *domum redire cum navi* aut *claſſe*, quod h. l. alienum eſt. Nondum Romam pervenit, nedum ut redierit. Adventus ejus Romam commemoratur Fragm. XCIX." [c. 19, 1.] — καταπλεῖν generatim *adpellere* eſt, ſive domi, ſive alibi. vide XXX. 17, 7. — *Ibid.* Καύνιοι. Mendoſe Κάννιοι ed. Vrſin. & ſic mox rurſus Καννίους idem bis. Recte ubique Bav. ut correxit Caſaub. — *Ibid.* Μυλασσεῖς. Mendoſe Μυλαστεῖς

στεῖς h. l. Bav. & ſic deinde (verſ. 15.) eſt in ed. Vrſin. ubi magis corrupte Μαλαστεῖς habet Bav. — „Livius: *ſub idem fere tempus & Caunii deſcivere ab his, & Mylaſſenſes Euromenſium oppida occuparunt.* Μύλασα apud Stephanum unico σ, ἀπὸ Μυλάσου, τοῦ Χρυσάορος. Et ita ſcribendum apud Livium." VRSINVS. — Vtraque ſcriptura in uſu erat. Vide quæ notavimus ad XVI. 24, 6. & XXII. 27, 4. Verſ. 11.

Verſ. 12. διότι δεῖ Κᾶρας καὶ Λυκίους ἐλευθέρους εἶναι &c. Καρας, priori ſyllaba longa, correximus; cum Κάρας vulgo hic ſcriptum eſſet. — „Livius videtur meminiſſe hujus Senatuſconſulti, cum inquit: *non ita fracti animi civitatis erant, ut non ſentirent, ſi Lycia & Caria ademtæ ab Romanis eſſent, cetera aut ſe ipſa per defectionem liberarent, aut a finitimis occuparentur.* Opinor autem, mendum ineſſe Livianis verbis, & pro *Romanis* ſcribendum eſſe *Rhodiis.* Ita apud Polybium ſæpius in his nominibus erratum a librario animadvertimus, ut pro Ῥωμαίοις oſcitanter Ῥοδίοις ſcripſerint." VRSINVS. — Ad hæc vide quæ monuerunt Livii Interpretes ad XLV. 25, 12. in edit. Drakenb. De re conf. Polyb. XXII. 7, 7. & c. 27, 8. tum XXIII. 3. Verſ. 12.

Verſ. 14. Λύκον ἀποπέμψαντες. — „Aut πέμψαντες malim ſimplex, aut ſaltim ἐπιπέμψαντες. Dubito quoque de *Lyci* nomine, num ſit cum *Lycophrone* commutandum, & legendum Λυκόφρονα πέμψαντες. vid. p. 1225, 11." [XXVI. 8, 4.] REISKIVS. — Poterit fortaſſe ἀποπέμψαντες defendi, intelligendo ἐπ' αὐτούς. — *Ibid.* ὑφ' αὐτούς. Sic, tamquam e ſuo codice, locum hunc citavit Vrſinus: eodemque ducit Bav. in quo eſt αὐτάς, vocalibus α & ου, ut ſæpe aliâs, inter ſe permutatis. Vide ad I. 75, 5. T. V. p. 324. & ad III. 35, 2. & X. 7, 5. Verſ. 14.

Verſ. 15. ἐπ' Ὀρθωσίαν. ἐπορθώσειαν Bav. Livius: *Mylaſſenſes Alabandenoſque circa Orthoſiam acie vicerunt.* Ὀρθωσία quoque apud Strabonem vocatur lib. XIV. p. 650. Conf. Cellar. Orb. Ant. lib. III, c. 3. p. m. 99. — *Verſ.* 16. Verſ. 15ſqq.

καὶ

καὶ Καρῶν. Mendoſe καὶ Καυνῶν Bav. — *Ibid.* δείσαντες. δήσαντες idem.

Cap. VI.

CAPVT VI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. τὴν περὶ Δείνωνος καὶ Πολυαράτου διάληψιν. — De *Dinone & Polyarato* jam ſæpius dixerat ſcriptor noſter. Vide XXVII. 6 & 11. & XXVIII. 2. De Polyarato adde XXIX. 11, 9. Fecit autem (ut ex cap. 8 ſq. hujus libri, coll. cum Liv. XLV. 22. intelligitur) hanc de Dione & Polyarato, & omnino de diverſis hominum ſtudiis bello Perſico digreſſionem occaſione infelicis exitus, quem habuerunt iſti duo Romanorum inimici, qui res Rhodiorum ad Perſeum trahere connifi erant. Vulgo, ex præſcripto codicis Peireſciani, ante hanc Eclogam ſcribunt Λόγος κή. quaſi ea *ex Polybii libro XXVIII.* eſſet ducta. Sed perſpecte ipſe Valeſius ad cap. 9, 2. docuit, *ex Libro XXX.* eſſe decerptam. Confer Adnot. ad verſ. 5. hujus cap. 6.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. καὶ τὰς ἐν τῷ προγεγονότι βίῳ πράξεις αὐτῶν * ποιῶσι. — „Deeſt adjectivum, puta ἀδοκίμους, aut quid ſimile." VALESIVS. — „Ante ποιῶσι deeſt ἐπονειδίστους, aut ἀκλεεῖς, aut ἀμαυρὰς, aut ἀνωφελεῖς, aut ſimile quid." REISKIVS. — Niſi fortaſſe, quod nobis admodum probabile ſit, duæ voces, αὐτῶν ποιῶσι, ex uno verbo compoſito corruptæ ſunt; quale verbum nobis quidem, quod huc conveniat, non ſuccurrit, ſed ſuccurret fortaſſe doctiori capiti feliciorique ingenio. Gronovius, in Nota ad oram ſua manu ſcripta, ταὐτὸ ποιῶσι ſuſpicatus erat.

Verſ. 5. *Verſ.* 5. τρεῖς διαφορὰς γενέσθαι τῶν ἐμπεσόντων εἰς τὰς αἰτίας κατὰ τὸν πρὸς Περσέα πόλεμον. Iam hinc ſuſpicari licebat, ductum eſſe hoc Fragmentum e hiſtoria rerum finito bello Perſico geſtarum, adeoque non e libro XXVIII. hiſtoriarum Polybii. conf. ad verſ. 1. Obſervationem noſtram confirmat Livius, qui in ceterarum rerum hiſtoria A. V. 587. geſtarum, & libro XXX. Polybii expoſitarum. hunc ipſum Polybii locum expreſſit, lib. XLV. c. 31. *Tria genera,*

nera, inquit, *principum in civitatibus erant: duo quæ adulando aut Romanorum imperium* &c.

CAPVT VII.

Cap. VII.

Verſ. 2. Ἀντίνους καὶ Θεόδοτος, καὶ Κέφαλος μετ' αὐτῶν. De his vide lib. XXVII. c. 13. Adde Liv. XLV. 26. Verſ. 2.

Verſ. 3. [οἱ, τῶν πραγμάτων] ἀντιπεσόντων. Adoptavimus emendationem, quam adferendam huic loco præciſe Reiſkius cenſuit; quam per ſe, nulla etiam ratione adjecta, planam certamque eſſe & ille putavit, & nos putavimus. Ne tamen nimis audacter Polybio obtrudere iſtam conjecturam videremur, verba ex ingenio adjecta uncis incluſimus. Verſ. 3.

Ibid. ὁμόσε συστάντες τοῖς παροῦσιν. Nullo modo ferri vulgata ſcriptura, στήσαντες, activa forma, potuit. Potuiſſet στάντες in aor. 2. ferri; ſed compoſitum præſtabat verbum. Sic συστάντες τοῖς Ῥωμαίοις, XIV. 8, 9. *congreſſi cum Romanis.* Neque vero damnem utique χωρήσαντες, quod Reiſkio placuit: ſic enim prorſus XI. 2, 10. Rurſuſque ὁμόσε χωρεῖν εἰς τοὺς πολεμίους, XV, 10, 6. *Ibid.* ἀπέθανον γενναίως. — „Narrat Livius XLV. 26." VALESIVS.

Verſ. 8. Οὐ γὰρ ἔλαττόν ἐστιν ἀγεννίας σημεῖον. ἀγεννείας ſcriptum Toupius voluit in Emend. in Suid. Part. III. p. m. 547. veremur, ne præter rationem. Vide Adn. ad V. 85, 13. & XI. 2, 7. Adde mox c. 9, 1 & 19. Rem & ſententiam quod adtinet, confer Polybii Fragm. grammat. num. LXXV. — *Ibid.* ἀνατάσεις, *minas*, *terriculamenta.* Sic corrigere Reiſkius juſſit, & ante eum eandem emendationem ad oram ſui libri notaverat Gronovius. Miramur, vulgatam tenuiſſe Caſaubonum, qui perſpecte verum viderat atque amplexus erat cap. 4, 2. ubi vide notata. Verſ. 8.

Cap. IX.

CAPVT IX.

Verf. 1. *Verf.* 1. Τοῦ γὰρ Ποπιλλίου προστάξοντος Πτολεμαίῳ &c. „Emendatum eft a nobis [nempe in latina verfione, nam in græco exemplo fervata erat in omnibus editt. mendofa fcriptura Ποπλίου] Ποπιλλίου, idque ipfo auctore Polybio, qui cap. XCII Legationum [lib. XXIX. c. 11, 9.] id commemorat; quod caput excerptum eft ex Libro XXX. hiftoriarum, ad quem quoque noftrum Fragmentum pertinere fere adducor ut credam, quamquam repugnante msto codice." VALESIVS. — Conf. Adnot. ad cap. 6, 1. & 5. & ad init. libri XXVIII. Emendationem vero Valefii haud cunctati fumus in contextum adoptare.

Verf. 4. *Verf.* 4. προσσχὼν Φασηλίδι. προσσχὼν correximus, ut debuimus, cum fit a προσέχειν. Mendofe vulgo προσχὼν cum fimpl. σ tamquam a προσέχω, quod non erat hujus loci. Sed fæpius ifta a librariis confunduntur. Vide ad I. 24, 2. & c. 29, 2.

Verf. 5. *Verf.* 5. προὔκειτό ποι. Forte προὔκειτό που, aut idem valet ποι ac που, id eft, *puto*, *opinor*, *fane*, *haud dubie*, aut aliquid fimile; de qua notione particulæ που præcepit Hoogeveen in Doctrin. Particular. Cap. 48. fect. 2. reg. 8 fq.

Verf. 8. *Verf.* 8. εἰς Ῥόδον. Immo εἰς Ῥώμην ἀποκαταστῆσαι videtur fcribendum. Nempe Ptolemæus quidem *Rhodum* mittere Polyaratum conftituit, at Popillius reges juffferat, ut *Romam* hominem mitterent. (vide verf. 2. & XXIX. 11, 9. Itaque Rhodii eum nunc in navem recipere, & Rhodum ipfi ducere nolunt; five, ne Romanos offenderent, Rhodum ducentes & apud fe recipientes hominem, quem Romani fibi traditum voluiffent; five ne, fi in via aliquid ei accidiffet, aut fi fe fubripuiffet, ipfi in culpam apud Romanos venirent; denique, ne cogerentur ipfi civem fuum vinctum Romam tranfvehere, qua re fuperfedere poterant, cum id *Alexandrinis effet a Popillio mandatum.* De permutatione iftorum nominum dictum ad XXVI. 7, 5. XXVIII. 15, 3. & pafiim alias.

Verf

Verf. 10. τοῦ προχειρισθέντος ὑπὸ τοῦ βασιλέως διὰ τὴν ἀνακομπήν. Immo ἐπὶ, πρὸς vel εἰς τὴν ἀναπομπήν. *qui ad eum Romam mittendum* vel *tranfvehendum a rege conftitutus erat.* Verbum ἀναπέμπειν in eadem re ufurpatum vidimus XXIX. 11, 9. & hoc cap. verf. 2. Verf. 10.

Verf. 12. κατὰ δὲ τὸν ἀπόπλουν. Valefius: *verum in exfcenfione;* parum recte, fi quid video: non enim *exfcenfio*, fed *confcenfio in navim*, vel potius *profectio*, eft ἀπόπλους. Sed nihilo melius nos, *in eo curfu.* Corrige: *dum vero in eo erant, ut folverent, ut vela darent, ut proficifcerentur:* nempe per id tempus occafionem, putamus, nactus eft, in Cauniam navim fe fubripiendi, & Caunum evadendi. At fatemur, ne fic quidem fatis expeditum hunc locum nobis videri; ac veremur, ne alia etiam nunc parte vel non fatis emendata fit, vel non fatis integra oratio. Illud quidem nos non turbat, quod REISKIO dubitationem h. l. injecerat, cum ait: „Non video, qui potuerit Polyaratus navi a *Phafelide* ad *Caunum* deferri, quin Rhodum præternavigaret, & tantum non attingeret. Quare igitur ad Caunum appulerunt, neque protinus ad Rhodum?" — Poterat enim ventorum vis eos cogere, ut ad Caunum adpellerent. Sed, quod modo diximus, de *adpulfu navis* hic non agitur. Aliud eft ἀπόπλους, aliud κατάπλους, ut ipfe Reifkius monuit ad cap. 5, 11. Verf. 12.

Verf. 13. διὰ τὸ τάττεσθαι μετὰ Ῥοδίων. *eo quod Rhodiis effent contributi*, nempe tunc adhuc temporis; paulo vero poft ab eifdem defecerunt, ut fupra docuit, cap. 5, 11. Verf. 13.

Verf. 18. εἰς τὴν Ῥωμαίων. εἰς τὴν Ῥώμην voluerat Reifkius. Sed ferendum videtur vulgatum, immo fatis commodum; *in ditionem Romanorum*, id eft, in portum aliquem Italiæ; non enim ad ipfam ufque Romam vehebantur naves ab Afia venientes, fed Brundufii fere adpellebant, unde pedeftri itinere deinde homines Romam pergebant. Verf. 18.

Verſ. 19. *Verſ.* 19. διὰ τὴν ἰδίαν ἄνοιαν. Forte ἀγνοιαν ſcripſit Polybius, ut aliàs. vide XXVII. 2, 2. XXIX. 7, 2.

Cap. X.

CAPVT X.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Μετὰ τὴν τοῦ Περσέως κατάλυσιν. Sic cap. 15, 5. ait, *μετὰ τὴν* Μακεδόνων καὶ Περσέως *κατάλυσιν.*

Verſ. 2. *Verſ.* 2. κεκλικότων. κεκληκότων Bav. ſolenni librariorum errore.

Verſ. 3. *Verſ.* 3 *ſeq.* Καλλικράτης, Ἀριστόδαμος &c. — „In Achæorum apud me argenteo numiſmate, ΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟϹ, qui modo inter legatos a Polybio nominatur, deſcriptus eſt.“ VRSINVS. — „De *Callicrate* & *Lyciſco* ſæpe noſter commemorat, ut de proditoribus ſalutis & dignitatis Græciæ. vid. p. 1465. [id eſt, lib. XXXII. c. 21. Immo vero de *Callicrate* vide potiſſimum XXVI. 1 ſeqq. & XXXI. 8. De *Lyciſco* XXVII. 13, 14. XXVIII. 4, 5 ſqq.] *Archidamus,* hic nominatus, diverſus eſt ab illo Archidamo, cujus numum pœnes ſe eſſe ait Vrſinus ad h. l. Sæpe vir ille doctiſſimus alieniſſima commutat inter ſe. [At ipſe Reiſkius h. l. neſcimus quid humani eſt paſſus. De Archidamo nec Polybius nec Vrſinus nunc cogitaverat. Potuit vero Ἀριστόδαμος ille, cujus nomen in numo Vrſinus invenit, eſſe Megalopolitanorum tyrannus, Polybio memoratus X. 25, 2.] De *Mnaſippo* vid. p. 1465. [XXXII. 21, 2.] De *Chremete* p. 1247 & 1465 [XXVIII. 5. ubi confer quæ notavimus ad verſ. 1. tum XXXII. 21, 2.] De *Charope* vide p. 1113. 1148. 1298. ubi Χάροπον legitur, quaſi a nominativo Χάροπος, item p. 1465. [XX. 3. XXII. 8, 11. ubi vide notata. XXXI. 8 extr. & XXXII. 21, 4 ſeqq] imprimis notabilis eſt de eo locus apud Diodor. Sic. T. II. p. 578.“ REISKIVS. — Ἀγησίας (verſ. 3.) non debuerat a nobis ſolicitari. Sicut enim Ἀγησίλαος per η ſcribitur, ſic & recte Ἀγησίας; quamque & Ἀγέπολις & Ἀγέλαος per ε breve efferuntur.

Verſ.

Verſ. 5. ἀνακεχωρηκέναι τελέως, *prorſus ſe ſubduxerant*, ſcil. *a rebus gerendis, a reip. adminiſtratione.* conf. ad XXVIII. 3, 4. & XXIX. 10, 5. — *Ibid.* ἀκοντὶ rurſus correximus cum Reiſkio. Vulgo ἀκονητί. Verſ. 5.

Verſ. 6. οἱ δέκα. — „Decemviri Roma in Græciam miſſi, ad res Græciæ conſtituendas.“ REISKIVS. — *Ibid.* δι' αὐτῶν τῶν στρατηγῶν. — „Hoc eſt, per ſummos civitatis cujuſque magiſtratus, vel *prætores.* Græci hi ſunt, non Romani.“ REISKIVS. — Caſaubonus, *per duces*, ſcripſerat. Vide quæ ad verba proxime ſequentia notamus. — *Ibid.* οὓς δεήσει πορεύεσθαι εἰς τὴν Ῥώμην. Plurimum ab auctoris ſententia nos aberraſſe intelligimus, verba iſta latine vertentes, *quos legatos Romam mitti vellent*: in quo præeuntem aliquatenus habuimus Caſaubonum, qui vocabulum *legatos* quidem non adjecit, ſed tamen mox *verſ.* 7. illa verba, κατὰ τὰς ἰδίας ἀντιπαραγωγὰς, interpretatus eſt *ſuæ factionis homines*, ut adpareat, exiſtimaſſe eum, honoris cauſſa hos ab illis fuiſſe nominatos: quod plane contra eſt. Rem aperit Livius, qui, cum integram Polybii hiſtoriam ob oculos haberet, facilius mentem auctoris perſpicere potuerat. Nempe is (quod ſuperiorum Polybii interpretum noſtramque effugerat obſervationem) hunc ipſum Polybii locum ob oculos habuerat, cum Lib. XLV. 31. ſcriberet: *Secundis rebus elati Romanorum partis ejus fautores, ſoli tum in magiſtratibus, ſoli in legationibus erant.* (vide Polyb. verſ. 2. hujus cap.) *Hi quum frequentes & ex Peloponneſo & ex Boeotia & aliis Græciæ conciliis adeſſent, implevere aures decem legatorum* &c.... *Ab his editis nominibus evocati literis imperatoris ex Aetolia, Acarnaniaque, & Epiro, & Boeotia, qui Romam ad cauſſam dicendam ſequerentur: in Achaiam ex decem legatorum numero profecti duo, C. Claudius & Cn. Domitius, ut ipſi edicto evocarent. Id duabus de cauſſis factum:* &c. Quibus ex verbis adparet, quo pertineant illa Polybii verba (hoc verſ. 6.) οὓς δεήσει πορεύεσθαι τῶν Verſ. 6.

 ἀνδρῶν

Verf. 6. ἀνδρῶν εἰς τὴν Ῥώμην. Agitur fcilicet *de principibus græcarum civitatum, qui*, cum denunciati effent, quod Perfeo faviffent, & refpublicas fuas ad Perfeum trahere voluiffent, *Romam funt evocati ad cauffam dicendam.* Simul intelligitur, quid dicat δι' αὐτῶν τῶν στρατηγῶν, fcil. *per duces Romanos*, puta per L. Aemilium proconfulem, & Cn. Octavium proprætorem, aliofque copiarum duces: nifi (quod nobis quidem verifimile fit) δι' αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ in fingulari numero Polybius fcripfit, quemadmodum Livius legiffe videtur, qui *evocati literis imperatoris* fcribit: quod etiam convenit cum eo, quod mox apud Polybium (verf. 11.) legimus, περὶ μὲν οὖν τούτων μετά τινα χρόνον ἐξέπεμπεν ὁ στρατηγὸς τὰς ἐπιστολάς. Quod vero ait αὐτῶν τῶν, vel αὐτοῦ τοῦ, id eft, *non nifi, nude, fimpliciter, nulla alia via inita*, eo fpectat, quod cum Achæis aliam inierint rationem, ad quos prius duo nobiliffimi ex decem legatis, a Senatu Romano ad res ordinandas miffis, profecti funt, qui cauffam eorum diligentius cognofcerent.

Verf. 7. *Verf.* 7. Ad vulgatam, οὓς ἀπεῖπαν, adnotaverat VRSINVS: „Ita emendavimus, pro ὡς ἀπεῖσαν, ut eft in exemplari." — Fortaffe operarum errori ἀπεῖσαν hoc debetur, & erat putamus ὡς ἀπεῖπαν in Vrfini cod. ficut in Bav. Quidquid fit, ad eamdem vulgatam fic deinde commentatus eft REISKIVS: „Vrfino hoc debetur, in cujus codice fuit ὡς ἀπεῖσαν, in quibus verbis videtur ineffe ὡς εἰπεῖν: *hi autem fere erant* (Romam mittendi) *quos ifti* (prætores civitatum) *defcripferant privato ex odio, addictos adverfæ factioni.* Fere non alii deligebantur, qui Romam mitterentur, quam defignati per fimultatem a prætoribus græcis." — Multo probabilius, nobis judicibus, ERNESTVS in Lex. Polyb. ad verb. ἀπειπεῖν & ad ἀπογράφειν: — „οὓς ἀνεῖπαν, *quos ediderant coram;* οὓς ἀπέγραψαν, *quos fcripto ediderant*, fcil. dudum. Sic apud Lyfiam, contra Agoratum, junguntur μηνύειν καὶ ἀπογράφειν

φειν, etsi in deterius. " — At sane apud Polybium quoque h. l. in deteriorem partem usurpantur ista verba, ut modo a nobis demonstratum est. Nil vero opus videtur, ad ἀπέγραψαν intelligere *dudum:* satis erat, *quos nominaverant, quos scripto illi ediderant.* Vers. 8.

Ibid. πλὴν ὀλίγων τελέως, τῶν ἔκδηλόν τι πεποιηκότων. — „Subaudi πρὸς χάριν καὶ εὐεργεσίαν τῶν Ῥωμαίων. *Paucos solummodo præteribant, neque in suo indice referebant, eos puta, qui insigni aliquo beneficio Romanos essent demeriti.*" REISKIVS. — Immo vero plerosque, nonnisi *privato odio & inimicitia* ducti, illi homines (hæ sunt αἱ ἰδίαι παραγωγαὶ) in indicem suum referebant: *oppido pauci erant, qui notabili aliquo facto studium in Perseum vel odium Romanorum declaverant;* ceteri falso ab illis denunciati sunt, adeoque immerito Romam evocati.

Vers. 9. εὐλαβούμενοι. Perperam εὐλαβουμένοις Bav. Vers. 9.
Ibid. μή ποτ' οὐ π ε ι θ α ρ χ ή σ ω σ ι τοῖς γραφομένοις, ἀλλὰ καὶ κ ι ν δ υ ν ε ύ σ ω σ ι ν &c. Miramur, de reponendo conjunctivo modo nihil monuisse Reiskium, cum tamen nunquam cum indicativo, constanter sive cum conjunctivo sive cum optativo modo construatur particula μή. Sed illud non præteriit idem REISKIVS, μή ποτ' οὐ πειθαρχ. idem valere hoc loco ac μή ποτ' οὐ μόνον οὐ πειθαρχ. provocavitque ad ea, quæ de omissione τοῦ μόνον & οὐ μόνον ad p. 431, 31. (id est ad IV. 42, 2.) adnotaverat. Ibi nempe ad verba illa, οὐ γὰρ εἰκὸς ἀλλ' ἀναγκαῖον &c. spissam sylvam exemplorum ex plurimis auctoribus cumulavit, ubi μόνον vel οὐ μόνον per ellipsin omissa sunt; quam observationem ibi prætermisi, partim quod ad illum locum non magnopere pertinebat, partim quoniam pervulgata est illa ellipsis, & satis de ea monuerunt grammatici. Conf. Polyb. V. 105. 5. VI. 7, 3.

Vers. 11. Περὶ μὲν οὖν τούτων μετά τινα χρόνον ἐξέπεμψεν ὁ στρατηγὸς τὰς ἐπιστολάς. Mandatum dicit, ex X. Vers. 11.

Verſ. 11. legatorum ſententia, quorum duo in Peloponneſum fuerant miſſi, ab Imperatore datum; quo mandato, quotquot ex principibus Achæorum viris nominaverat proditor Callicrates, amplius mille, Romam ſunt evocati. Conf. Pauſan. VII. 10. & Polyb. XXXII. 9, 5. — *Ibid.* εὐδοκούμενος Caſaub. & ſeqq. cum Bav. Perperam εὐδοκούμενοι Vrſin. — *Ibid.* κατά γε τὴν αὐτοῦ γνώμην. — „Forte ἐμοῦ aut ἐμαυτοῦ.“ REISKIVS. — At αὐτῶν quidem (in plur. num.) ſæpe pro ἐμαυτοῦ uſurpavit Polybius. I. 3, 5. III. 1, 1. IV. 1, 9. &c. Et in ſing. περὶ αὐτοῦ, pro eodem ἐμαυτοῦ, XVI. 20, 8. XVII. 4, 5. & aliâs.

Cap. XI. CAPVT XI.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Νουμένιον. *Numenium* hunc, Ptolemæorum amicum & legatum, perperam ab Vrſino cum T. Numiſio, Romanorum legato, confuſum vidimus ad XXIX. 10, 3. *Ibid.* εὐχαριστήσοντα. εὐχαριστήσαντα Bavar. familiari errore.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. τὴν ὑπὲρ τῆς ἀπολύσεως χάριν. — „Forte ταύτην ὑπὲρ τῆς διαλ. *Cajo hanc gratiam, pro reconciliato ſua opera Antiocho & compoſita pace, rogante.*“ REISKIVS. — Nil opus erat ſolicitare vulgatum.

Cap. XII. CAPVT XII.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Κότυς. De hoc vide XXVII. 10. De argumento vero hujus Eclogæ conf. Liv. XLV. 42. — *Verſ.* 2. ἠνύσθαι. ἠνῦσθαι ſcribe, ut aliâs, quod & monuimus ad XXVIII. 11, 3. Perperam h. l. ἠνύσασθαι Bav. — *Verſ.* 3. ὅς. οἵ ὁμηρ. χαρ. Vrſin. operarum errore.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. τὴν αὐτῶν correxit Vrſin. τὴν αὐτὴν mssti. — *Ibid.* τὸν Κότυν αἰδούμενοι διὰ τοιαύτης χάριτος. — „αἰδούμενοι ſatis bene conveniret huic loco, ſi ſequentia abeſſent. Illis autem ſic adjunctis, videtur ἐνδούμενοι melius convenire, id eſt, ἐνδεόμενοι, *ſibi obligantes, devincientes per ejuſmodi beneficium.*“ REISKIVS. — At ſimili quadam notio-

notione usurpatur verbum αἰδέσασθαι, pro ἐξιλάσασθαι, ut post Harpocrationem Suidas adnotavit, id est *placare:* quæ tamen veremur ne non sit hujus loci. Confer Reiskii Indic. Græcit. Demosth. verbo αἰδεῖσθαι. Forte per compilatoris imperitiam prætermissum nonnihil est, quod ad complendam aut recte constituendam orationem necessarium erat. Vers. 4.

CAPVT XIII. Cap. XIII.

Vers. 1. Λεύκιος Ἀνίκιος &c. Athen. Deipnosoph. lib. XIV. p. 615. De Argumento conf. Liv. XLV. 43. quod tamen non tam late Romanus, scriptor, quam Græcus noster, est persecutus. Ipsis *Quirinalibus triumphasse Anicium,* Livius docet l. c. id est, XII. Kal. Martias: quare secundum eam rationem, de qua ad cap. 16, 1. dicemus, fortasse in rebus anni ab V. C. 588, non 587, retulit hanc rem Polybius. Potuit vero etiam expositionem hujus triumphi, qui & ipse ad finem Belli Persici pertinebat, conjungere cum narratione triumphorum Aemilii Pauli & Cn. Octavii, & ad annum 587. referre, quo finis Bello Persico est impositus. Quidquid sit, libro XXX. de hoc Anicii triumpho verba fecisse Polybium, Athenæi testimonio constat. Ceterum temporis ordinem si spectes, utique ante hoc Fragmentum reponenda fuerant illa, quæ infra cap. 15. *de Aemilio Paulo Græciam circumeunte, & domum redeunte,* collecta dedimus. — *Ibid.* Potuit Athenæus quidem Γέντιον per τ scribere, quemadmodum Livius & alii latini scriptores; sed, Polybium constanter Γένθιος per θ scripsisse, monuimus ad XXVIII. 8, 1. Adde XXIX. 5, 7. & ibi notata. Vers. 1.

Vers. 7. λαβόντες οἰκείαν ταῖς ἑαυτῶν ἀσελγείαις. Valesius: *convenientem lasciviæ suæ licentiam nacti;* quod est οἰκείαν ἐξουσίαν. Nec commodius aliquid nobis nunc quidem succurrit. Vers. 7.

Vers. 11. βυκανητῶν. Conf. II. 29, 6. XIV. 3, 6. Vers. 11.

CAPVT XIV.

Cap. XIV. Verf. 1. *Verf.* 1. Οἱ Αἰτωλοὶ τὸν βίον ἀπὸ λῃστείας &c. Aetolorum avaritiam, rapinas & ferociam paffim notavit Nofter. II. 49, 2 fq. IV. 3. IX. 38. &c.

Verf. 3. *Verf.* 3. κωλυθέντες τῆς ἔξωθεν ἐπικουρίας. Valefius: *cum aliena diripere haudquaquam finerentur.* Recte, quod ad fententiam adtinet; ut quidem ex connexione orationis fatis adparet. Sed de vocab. ἐπικουρία dubitari poteft, utrum, ficut verbum βοηθεῖν, quod idem valet ac ἐπικουρεῖν, non folum *opem ferre* fignificat, fed etiam generatim *ad pugnam*, ad *pugnandum adcurrere*, fic ἐπικουρία hoc loco *quodvis genus pugnæ* vel *belli* denotet; an, quemadmodum ἐπικουρεῖν idem etiam fonat ac ὠφελεῖν, *prodeffe*, fic vocabulo ἐπικουρία eadem notione nunc ufurpaverit Polybius, qua alias vocabulo ὠφέλεια folet, pro *fructu e bello capiendo*, *præda*. Nobis pofterior ratio potior videtur. conf. XXIX. 8, 5.

Verf. 4. *Verf.* 4. Καὶ πρότερον μὲν κατὰ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον &c. *Inteftini* illius *Aetolorum belli* memoria apud Polybium intercidit: fed breviter Livius XLI. 25. in rebus anni 580. *Per hæc tempora*, inquit, *Aetolorum in femet ipfos verfus furor mutuis cædibus ad internecionem adducturus videbatur gentem.* Quod autem πρότερον ait Polybius, refertur ad fævum illud factum, quod nunc hoc anno apud eofdem Aetolos commiffum eft; cujus idem Livius XLV. 28. his verbis meminit: (*Aemilio Paullo*) *in itinere fordida turba Aetolorum obcurrit; mirantique & percunctanti, quid effet, defertur, quingentos quinquaginta principes ab Lycifco & Tifippo - - interfectos, alios in exfilium actos effe, bonaque eorum qui interfecti effent, & exfulum, poffidere qui arguebant.* Adde eumdem ibid. initio cap. 31.

Verf. 5. *Verf.* 5. βραχεῖ δ' ἀνώτερον χρόνῳ. Parum commode Valefius, *recenti autem memoria;* quod fervari a nobis non debebat. Refcribe, *paullo vero fuperiori memoria.*

Ibid.

Ibid. ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀρσινοΐαν σφαγαῖς. Nulla alia istarum *cædium*, *ad Arsinoën*, Aetoliæ urbem, *commissarum* mentio, quoad sciam, superest: sed videtur Polybius de ea re verba fecisse libro IX. in rebus anni a Roma condita 543. vel 544. Vide Reliq. libri IX. c. 45, 1 sq. & ibi notata. Vers. 5.

Vers. 9. Χάροπος. De hoc homine vide sis loca ad cap. 10, 3 sq. citata. Vers. 9.

CAPVT XV. Cap. XV.

Vers. 1. Ἐπισημηνάμενος δὲ τοῦ Σικυῶνος &c. Livius XLV. 28. de Aemilio Paulo: *Sicyonem inde & Argos, nobiles urbes, adit: inde haud parem opibus Epidaurum, sed* &c. Vers. 1.

Ad *Vers.* 2 & 3 *seq.* confer eumdem Liv. ib. Vers. 2. 3 sq.

Vers. 5 *sq.* Vide Liv. XLV. 34. Vers 5 sq.

His Fragmentis adde illud, quod ex Suida in Εὐκαιρία retulimus in *Spicilegio Reliquiarum ex Polybii libro XXX.* Tom. V. p. 44 sq. Ceterum rectius ante eam Eclogam, quam cap. 10. exhibuimus, reposita fuissent Fragmenta ista, quæ hoc capite collegimus; nam *ante decem legatorum adventum L. Aemilius Græciam circumiit*, ut Livius diserte docet XLV. 27.

CAPVT XVI. Cap. XVI.

Vers. 1. ἦλθε καὶ Προυσίας ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Ῥώμην. *Prusiæ adventum Romam*, & Eumenis in Italiam adventum, diserte Livius (XLV. 44. & Epit. lib. XLVI.) ad eum annum refert, quibus consulatum gesserunt M. Claudius Marcellus, C. Sulpicius Gallus, id est ad annum ab V. C. 588. Polybius vero, *ineunte hyeme hæc gesta esse* scribens cap. 17, 14. videtur significare, sub finem etiamnum superioris anni hæc evenisse. Nam initium quidem illius hyemis, quæ annum consularem Vers. 1.

 588.

Verf. 1. 588 claufit, non potuit dicere: nec enim ita fero venire voluiffe reges illi cenfendi funt, aliorumque populorum legati, Romanis de felici belli Perfici exitu congratulaturi: & Theætetus, Rhodiorum legatus, (de quo cap. 19. Legat. XCIX. agitur) cum jam anno 587 Rhodo effet præfectus, (vide cap. 5, 4 & 11.) non exeunte demum anno 588. primum fuerit in fenatum Romanum ingreffus; fed confentaneum eft, fenatum ei reliquifque exterarum gentium legatis, pro more, datum effe poftquam novi Confules anni 588. Idibus Martiis magiftratum iniiffent; Prufiæ vero regi, nil impedit, quo minus credamus ftatim advenienti fenatum effe datum, priufquam novi confules effent creati. Neque tamen eo minus eam rem ad annum 588. referre Polybius potuit, quem & aliâs vidimus, (ad XX. 3, 1.) quæ per hyemem gefta funt, ad eum annum retuliffe, qui eamdem hyemem eft confecutus. Ceterum ad Fragm. de *Prufia* conf. Diodori Sic. Eclog. XXII. de Legat. ad verbum pæne ex Polybio defcriptam, T. II. p. 625. ed. Weffeling. Adde Appian. Mithrid. c. 2.

Ibid. *συγχαρησόμενος.* cf. c. 17, 5. Perperam *συγχωρησόμενος* Bav. confufis *α* & *ω* vocalibus. cf. ad III. 49, 6. *Ibid.* *τῇ συγκλήτῳ καὶ τοῖς στρατηγοῖς, imperatoribus,* fc. *L. Aemilio* & *Cn. Octavio*, quorum uterque triumphi honorem obtinuit. Sic vero corrigendum monuerat Perizon. Animadv. hiftoric. cap. 1. p. 38. edit. Harlef. Pariter REISKIVS: „Imo vero *στρατηγοῖς*, ait. Quo refero quodammodo verba Livii XLV. 44. quo capite locum hunc Polybii expreffit: *omnium, qui in Macedonia fuerant imperatores, favore eft adjutus.*" — Conf. c. 10, 1.

Verf. 2. *Verf.* 2. Ὁ δὲ Προυσίας οὗτος οὐδαμῶς γέγονεν ἄξιος &c. Livius XLV. 44. ad verbum hæc habet: *Polybius eum regem indignum majeftate nominis tanti tradit; pileatum, capite rafo, obviam ire legatis folitum, libertum-*

que

que se populi Romani ferre, & ideo insignia ordinis ejus gerere. Romae quoque, quum veniret in curiam, &c.

Vers. 3. *ἐξυρημένος.* Corrupte *ἐξηρημένος* Bav. Tum idem *πόλιον* pro *πίλεον*, & *τάβενναν* pro *τήβενναν*. „Eis-demque vel similibus erroribus contaminatus in hac Ecloga erat Vrsini codex, de quibus sigillatim quidem ille nil monuit, sed generatim ait: Diodori locus auxilio nobis fuit ad tollenda aliquot menda, quae Polybii Fragmentum maculaverant". — *Ibid. καὶ πίλεον ἔχων. καὶ πίλεον ἔχων λευκὸν* Diodor. l. c. — *Ibid. καὶ καλικίους.* VRSINVS, *καλίγας* edens: „Ita emendavimus, inquit, cum Polybius in msto habeat corrupte *καλλικίους*, pro *καλίγας*, & *κάντιλον* Diodorus, qui a Polybio accepit." — Cujus rationem merito damnavit WESSELINGIVS ad Diodor. monens, *καλλικίους* ipsum esse latinum vocabulum *calceos*; cum quo paulo etiam magis convenit *καλικίους*, quod dedit Bav. *Calceus* Romanorum erat; cum *ὑπόδημα*, id est *solea*, Graecorum esset & orientalium gentium. Vers. 3.

Vers. 4. *βουλόμενον. βουλομένου* Bav. — *Ibid. ἀγεννεστέραν* Casaubono debetur. *ἀγενεστέραν*, simplici litera *ν*, Vrsinus habet cum msstis. Vers. 4.

Vers. 5. *καθεὶς τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας.* Livius: *submisisse se.* — „Qui deos adibant, *manibus demissis* limina templorum osculabantur. Vide Dionem Chrysostom. p. 313, 16. Morem illum adhuc seculo XVI. obtinuisse in America, testes sunt auctores itinerum illuc peractorum. Vid. Morini Diss. de Osculatione manuum in Comment. Acad. Inscript. T. II. & apud Orientales ille mos adhuc obtinet." REISKIVS. — *Ibid. προσεκύνησε τὸν οὐδὸν καὶ τοὺς καθημένους, ἐπιφθεγξάμενος.* Nec necessaria ullo modo videtur, nec aliâs placet, Reiskii emendatio: *καὶ τοῖς καθημένοις ἐπιφθεγξάμενος, χαίρετε, ἔφη, θεοὶ σωτῆρες.* Corrupte vero *τὸν οὐδὲν,* Vers. 5.

pro

Verſ. 5. pro τὸν οὐδὸν, Bav. — *Ibid.* γυναικισμοῦ. Sic in Notis citat hunc locum Vrſinus; & eadem terminatione nomen iſtud ſcribit Bav. licet initio prorſus corruptum, μιαικισμοῦ. Quare neſcimus, unde γυναικιασμοῦ in Vrſini contextum irrrepſit. Eodem quidem modo editum ab eodem Vrſino in Diodori Sic. Ecl. XXII. videmus, ſed, an ex msto codice ibi ducta ſit iſta nominis forma, neſcimus: nihil in Notis monuit ibi Vrſinus, & in cod. Bav. deſideratur illa Ecloga. γυναικισμὸς formam legitimam judicavit ERNESTVS in Lexic. Polyb. monens tamen, alteram eſſe fortaſſe a γυναικίας, *effeminatus.* — *Ibid.* ἐπιγενομένων recepimus ex Bav. ἐπιγινομένων edd.

Verſ. 6. *Verſ.* 6. περὶ ὧν καὶ τὸ γράφειν ἀπρεπὲς ἦν. Forte ᾖ, ait Reiſkius. Immo vero nullo modo ferri ᾖ poſſet: ſed aut εἴη oportebat, aut potius tenendum ἦν, ſubintellecta particula ἂν, *foret;* nam adjecta ea particula non præciſe opus eſt. — *Verſ.* 7. δι' αὐτὸ τοῦτο Φιλανθρ. Mendoſe δι' αὐτοῦ τὸ Φιλανθρ.

Cap. XVII.

CAPVT XVII.

Verſ. 2. *Verſ.* 2. διαβεβλημένοι γὰρ πρὸς αὐτόν, *nam cum infenſi ei eſſent.* Eadem notione verbum iſtud apud Platon. in Phædone (c. 12. ed. Forſteri) cum dativo caſu conſtructum habemus. Mendoſe διαβεβλημένοις h. l. Bavar. De *Eumenis adventu in Italiam* Livius lib. XLVI. egerat, ut ex Epitome illius libri adparet; nam plenam Livii hiſtoriam poſt librum XLV. non minus quam Polybii, invidit nobis fortuna. — *Ibid.* ἐμφανίζειν αὐτούς. αὐτοὺς Bav. neutiquam male: ſic mox ἐκθεατριεῖν αὐτοὺς edd. cum msstis.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἐξετίμησαν. ἐξετίμησεν Bav. — *Verſ.* 4. τῇ τῶν ἐκτὸς φαντασίᾳ. τῇ τῶν ἐκτὸς φαντασίαν idem cum cod. Vrſ.

Verſ.

Verf. 5. ἀπιθάνου τινὸς αὐτοῖς. ἀπιθάνου τι ὅρια αὐτοῖς (sic) Bav. in qua monſtroſa ſcriptura quid lateat, videant acutiores: nos contenti fuimus Vrſiniana lectione, quæ utrum e ms. cod. ducta ſit, an editoris debeatur ingenio, nos præterit. — *Ibid.* εὕροντο λύσιν τοῦ προβλήματος τοιαύτην. Quamquam ſpecioſa erat ſcriptum cod. Bavar. εὗρον τὴν λύσιν, veriti tamen ſumus a vulgata recedere, ob ſimillimum verbi εὑρίσκομαι uſum lib. VI. 38, 1. Mox vero pro τοιαύτην, prorſus mendoſe idem Bav. αὐτὴν præfert. Verſ. 5.

Verf. 6. Ὡς γὰρ καθόλου δυσαρεστούμενοι &c. — „καθόλου verbum, quod eſt apud Polybium, confirmat veterem lectionem (in Livii Epitome) *in commune,* pro qua in vulgatis codicibus erat, *in comitio.* Verſ. 6.

Verf. 7. Septem verba, εἴ τι τυγχάνει τῆς συγκλήτου χρείαν ἔχων, per typothetæ errorem in editione Gronoviana, & inde etiam in Erneſtina prætermiſſa erant. Pro εἴ τι, mendoſe ἤτι habet Bav. Verſ. 7.

Verf. 9. Φήσας. Recte hoc Caſaubonus jam in verſione expreſſerat: *nulla re opus habere ſe confirmans.* Verſ. 9.

Verf. 12. τὸν σκυβαλισμὸν recte Caſaub. & ſeqq. conſentiente Bavarico, putamus & Vrſini codice. Mendoſe τὸν συνβαλισμὸν ed. Vrſ. Verſ. 12.

Verf. 13. πάντῃ πάντως, *quovis modo.* Nil opus fuit jota ſubſcripto: ſatis erat πάντη. πάντως vero ex cod. Bav. reſtituimus, quod etiam ex conjectura ad oram ſui libri adnotaverat Gronov. Temere vulgo πάντες, quod haud dubie debetur Vrſini ingenio. Amat illa jungere, πάντη πάντως, Polybius. Vide ad IV. 40, 5. Verſ. 13.

Verf. 14. ἔτι κατὰ τὰς ἀρχὰς τοῦ χειμῶνος. Vide ad verſ. 1. hujus capitis. καταρχομένου τοῦ χειμῶνος dixit XX. 3, 1. Verſ. 14.

Verf.

Verf. 15. *Verf.* 15. ὃς οὐκ. Caret ὃς Bav. — *Ibid.* ἀπεστάλκει correximus monente Reifkio. Vulgo omnes perperam ἐπεστάλκει.

Verf. 16. *Verf.* 16. οἷς ἅπασιν &c. — „Aut οἷς pro τούτοις hic debet accipi, aut deeft aliquid in hac regione.“ REISKIVS. — At iftiufmodi ἀνακολουθίας fermonis, poft fufpenfam per parenthefin orationem, familiares fcriptori noftro fæpius obfervavimus, vide ad I. 82, 13. — *Ibid.* πλὴν τῶν Ῥοδίων. Cf. cap. 5. & c. 19.

Verf. 17. *Verf.* 17. τούτους δέ. Mendofe τούτου δὲ Bav. — *Ibid.* παρέπεμπε. Cafaubonus: *quos fenatus, modo fpe, modo metu in pofterum oftentato dimifit.* — Ad quæ REISKIVS monuit: „παρέπεμπε, *afpernatus eft, cum contemtu & faftidio tranfmifit.* Et fic quoque accipi debet p. 1307, 22. [XXXI. 19, 3.] & p. 1354, 19. [XXXVIII. 2, 5.] ubi Cafaubonus recte vertit. Conf. p. 1455. ult. & 1456, 17. [XXXII. 9, 9. & c. 10, 3.] Pari modo apud Appianum p. 123. [de rebus Syriac. cap. 56. T. I. p. 620. noftræ edit.] παραπέμποντα eft *contemnentem* vertendum, non *comitantem.*“ — Perfpecte utique: atque id correctum in noftra Appiani editione velimus. Eodem modo apud Diodor. Sic. IV. 34. τὸ παραπέμπειν opponitur τῷ προτιμᾶν. — *Ibid.* ποικίλας ἐμφάσεις ποιοῦσα, *dubiam, ancipitem fignificationem eis faciens de futuris.*

Ibid. ἐπείχετο δὲ καὶ κατὰ τοὺς Ἀθηναίους. ἐπίσχετο δὲ Bav. Cafaubonus: *fed & Athenienfibus irati Patres erant,* REISKIVS: ἐπεῖχε legendum, ait, in activo. *irafci alicui & odium clandeftinum fovere* eft ἐπέχειν τινὶ, non ἐπέχεσθαι.“ — ERNESTVS: „ἐπέχεσθαι κατά τινα, *infenfum effe alicui*, Excerpt. Legat. XCVII. ubi tamen pro ἐπείχετο leg. ἐπεῖχε, ut placet Reifkio.“ — Nos quidem fatemur, de illa notione, quam verbo ἐπέχειν tribuerunt docti ifti viri, nihil comperti nos habere. ἐπέχειν τινὶ (fcil. ἵππον vel ἑαυτὸν) apud Homerum fcimus paffim

paſſim legi pro *equum dirigere in aliquem, hoſtiliter aliquem adgredi:* ſed, quid ille uſus ejus verbi huc faciat, non videmus. Quare ex ea notione, qua *adſenſum ſuſtinere, incertum eſſe* ſignificat, illud interpretati eramus. Nunc vero denuo relegentibus excutientibuſque hunc locum, & quæ præcedunt, & quæ ſequuntur conſiderantibus, (nam caput ſequens arcte cum hoc cohæret) probabile factum eſt, vim illorum verborum, ἐπεῖχε, vel, ut ipſum vulgatum teneamus, ἐπείχετο δὲ (id eſt ἐπεῖχε ἑαυτὴν) καὶ κατὰ τοὺς Ἀθηναίους, hanc ferè eſſe, *verum etiam erga Athenienſes continuit ſe ſenatus,* id eſt, *non nimis promtum ſe demonſtravit; ſtudium ſuum & benevolentiam, qua aliorum populorum legatos eſt proſecutus* (verſ. 16.) *continuit temperavitque.* Quod vero ἐπίσχετο habet Bav. minime id contemnendum videtur. Verſ. 17.

CAPVT XVIII. Cap. XVIII.

Verſ. 1. Οἱ Ἀθηναῖοι παρεγένοντο &c. Proxime hæc cohærent, ut modo monuimus, cum præcedenti Ecloga. Ac nil aliud ad complendam orationem deſiderari videtur, niſi Οἱ μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι &c. Verſ. 1.

Ibid. ὑπὲρ τῆς τῶν Ἁλιαρτίων σωτηρίας. — „*ne ſub corona venirent.* vide Liv. XLII. 63.“ REISKIVS. — At jam pridem veniiſſe, urbe eorum a fundamentis diruta, docet ibi Livius. Itaque pro eis deprecantur Athenienſes, ut e ſervitute liberentur, & urbs eis reſtituatur. Sed quam defunctorie & parum ſerio id precati ſint, oſtendit mox alterum petitum.

Verſ. 2. παρακονούμενοι correxit Vrſinus. Mendoſe παρακονόμενοι cod. Vrſ. παρακινόμενοι Bav. — *Ibid.* περὶ Δήλου καὶ Λήμνου. Eæ inſulæ a Macedonum regibus ademtæ Athenienſibus videntur. Perperam περὶ Δήλον καὶ Λῆμνον Bavar. — *Ibid.* εἰς ἑαυτούς. Sic a ſe emendatum ait Vrſinus, cum in cod. fuiſſet εἰς ἑαυτάς. Verſ. 2.

Sed

Verſ. 3. Sed in εἰς ἑαυτοὺς conſentit Bav. — *Ibid.* τὴν κτῆσιν. Sic recte habet Vrſinus in contextu, & ſeqq. editt. In notis Vrſini vero κλῆσιν bis ſcriptum, operarum putamus errore. τὴν ὠτῆσιν Bav. ſub qua ſcriptura videndum an aliud quid lateat.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. πόλιν σχεδὸν ἀρχαιοτάτην. Homero celebratam Iliad. II. 503. — *Ibid.* ἀφαιρουμένους correxit Vrſinus. ἀφορουμένους mssti. — *Verſ.* 6. οἰκεῖον, οἰκεῖος Bavar.

Cap. XIX.

CAPVT XIX.

Verſ. 1. *Verſ.* 1. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον Θεαίτητος &c. Et hæc Ecloga proxime cum præcedentibus cohæret. vid. cap. 17, 16. De *Theæteti* vero legatione conf. c. 5, 4 & 11.

Verſ. 3. *Verſ.* 3. ἔκ τε Καύνου &c. cf. c. 5, 11 ſqq. *Stratonica*, ſicut Caunus, Cariæ erat. — *Ibid.* ἐγένετο δόγμα, Ῥοδίους ἐξάγειν τὰς φρουρὰς &c. Caſauboni hoc debetur ingenio. ἐγένετο δόγμα Ῥοδίοις ἐξάγειν τὰς φρουρὰς Vrſin. cum msstis; quod teneri poterat, ni fallor, debebatque, inſerto commate poſt Ῥοδίοις.

Verſ. 4. *Verſ.* 4. οἱ δὲ περὶ τὸν Φιλόφρονα καὶ Ἀστυμήδην. Vid. c. 4, 1.

Cap. XX.

CAPVT XX.

Breve Fragmentum, Κατὰ τὴν Πελοπόννησον &c. quod in Eclogis de Legationibus num. CIII. vulgo legitur, manifeſte cohæret cum Ecloga Valeſiana, Τοῦ περὶ Καλλικράτην &c. Hæc autem Ecloga, ex codicis Peireſciani præſcripto, ad *Librum XXX.* Polybii fuit referenda: certe poſt hanc Eclogam demum in illo codice notabatur Λόγος λά. id eſt, *Liber XXXI.* Quare quum prius illud Fragmentum in eis Legationum Eclogis vulgo poneretur, quæ e libro XXXI. decerptæ ſunt, nam

Leg.

Leg. CI. manifeste cohæret cum eo Fragmento, quod ex lib. XXXI. ductum diserte Athenæus ait, vide XXXI. 3. 5.) hunc in locum illud transtulimus: cujusmodi transpositionem etiam cum aliis quibusdam brevioribus Eclogis fecimus, veluti Leg. XLIX. lib. XXIV. c. 11. & Legat. XC. lib. XXIX. c. 1. Quod si quidem aliunde compertum esset, nullam fidem mereri istam Notam codicis Peiresciani; (quod de alia simili Nota, quam idem codex præferebat, vidimus ad XXX. 6, 1. & locis ibi citatis;) potuerat utique Leg. CIII. suo loco in rebus *Libro XXXI.* expositis relinqui, & Ecloga Valesiana ibidem ei subjungi. Quam rationem si quis præferendam censuerit, facile nos quidem patiamur. At sic priora quinque libri XXXI. capita, una cum hoc, quod sextum caput Libri XXXI. ea ratione erat effecturum, non ad A. V. 589. sed ad annum etiamnum 588. fuerint referenda. Nam, quum jam anno 587. Achæorum principes fuerint Romam evocati, (vid. Adn. ad XXX. 13, 1.) consentaneum est, populum Achæorum non anno 589. demum Romam legatos misisse, qui pro suis popularibus deprecarentur. Et, sicut haud dubie hoc caput ad A. V. 588. pertinet, sic nil magnopere impedit, quo minus etiam reliqua quinque priora libri XXXI. capita ad eumdem annum 588. referantur: &, quod XXXI. 1, 3. legimus, *novos Rhodiorum legatos adulta jam æstate* (θερείας ἀκμαζούσης) *Romam advenisse*, si conferas cum vers. 2. ibid. & cum XXX. 19, 3 sq. videtur etiam revera indicare, eodem adhuc anno 588. legationem istam Romam advenisse, quo imperatum est Rhodiis, ut Cauno & Stratonicea præsidia abducerent.

Ista igitur ratio si probatur, finientur *Reliquiæ Libri XXX.* cum capite nostro 15. & a cap. 16. incipient *Reliquiæ Libri XXXI.* Eidem vero rationi aliunde etiam haud exigua veri species accedere videtur. Nam (quod neutiquam h. l. silentio prætereundum erat, & cujus etiam rei caussa potissimum quæstionem hanc, quæ per se minuta videri poterat, uberius excussimus) cum Rebus A. V. 587.

gestis finitur ea *Pars præcipua & principalis Historiarum Polybii,* quam solam primum exsequendam susceperat; qua *Res intra LIII. fere annorum spatium, ab initio Punici belli secundi usque ad Persici belli finem* (ab ineunte Olymp. CXL. & anno ab V. C. 535. usque ad annum 587.) *gestas* complecti constituerat, quemadmodum diserte ipse docet I. 1, 5. ubi vide Notata, tum III. 1, 9. & III. 4, 1 sq. Cui potiori parti suæ Historiæ, priusquam novæ illius historiæ exordium faceret, (quæ a novis in imperio Romano motibus ab Olymp. CLVI. A. V. 599. usque ad belli Punici III. & Achaici belli finem A. V. 609. progrediebatur,) veluti *Adpendicis* loco adtexuit earum rerum expositionem, quæ ab exitu belli Persici usque ad novorum illorum motuum initium, adeoque ab A. V. 588. usque 598. gestæ sunt: qua Adpendice id præcipue propositum habuit, ut, cum, *quo pacto Romani, per totum orbem terrarum victores & domini, administrarint dehinc imperium, tum, quis fuerit, singulorum populorum status, &, quonam modo animati fuerint in principem terrarum populum,* ostenderet, quemadmodum ipse professus est lib. III. c. 4. Hæc igitur Adpendix (quod ex Reliquiarum vestigiis intelligitur) duobus Libris, XXXI & XXXII. erat comprehensa: & ex his, quæ dicta sunt, fit utique probabile, Librum XXXI. a rebus anni ab V. C. 588. incepisse.

Vers. 1. *Vers.* 1. παραγενομένων τῶν πρεσβευτῶν. De legatis agitur Romam missis ab Achæis, ad deprecandum pro evocatis. Pausan. VII. 10. καὶ Ἀχαιῶν ἄλλοτε ἄλλας ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν πρεσβείας τε καὶ ἱκεσίας ἐπιπεμπόντων, λόγον ἐποιοῦντο οὐδένα. Conf. Nostrum XXXI. 8, 1. — *Ibid.* τοὺς περὶ Καλλικράτην. Cf. XXX. 10, 9.

Vers. 2. *Vers.* 2. Τοῦ περὶ Καλλικράτην μίσους. — „τὸ πρὸς Καλλικρ. μῖσος, aut τὸ μέγεθος τοῦ πρὸς Καλλ. μίσους.“ REISKIUS. — Quorum alterutrum utique necessarium videtur: certe πρὸς Καλλικράτην pro περὶ Καλλ. legendum; tunc forsan ad τοῦ μίσους intelligi poterit περὶ, nam & τεκμαίρεσθαί τι dicitur, & τεκμαίρεσθαι περί τινος. — *Ibid.* Ἀνδρω-

Ἀνδρωνίδαν. Eumdem, ut focium Callicratis, commemoratum vidimus XXIX. 10, 1.

Verſ. 3. τῆς γὰρ τῶν Ἀντιγονείων πανηγύρεως. Ad vulgatam fcripturam Ἀντιγόνων, monuit VALESIVS: „Legendum τῶν Ἀντιγονείων. *Antigonia* videtur fuiffe dies feftus in honorem Antigoni ejus, quem Tutorem vocant, inftitutus a Sicyoniis.“ — Adde Notata ad XXVIII. 16,3. Verſ. 3.
Ibid. ἐν τῷ Σικυῶνι. ἐν τῇ Σικ. fcribendum putavit Valefius; præter rationem. vide ll. 52, 5. XXX. 15, 1. — *Ibid.* κοινὰς μάκτρας. Quum κοινὰς μακρὰς vulgo, præeunte codice, legeretur, σκηνὰς pro κοινὰς fcribendum fufpicatus eft Valefius; κλίνας vel κοίτας Gronovius. Perfpecte vero REISKIVS, non in κοινὰς, fed in μακρὰς ineffe vitium videns: — „Imo vero μάκτρας, ait, *mactras, folia balnearia, omnibus communia.* Sic dictæ funt illæ *mactræ* ad fimilitudinem piftoriarum. Eadem ignominia affectos Socratis accufatores narrat Plutarchus in lib. de Invidia & odio [p. 954, 28.“ [p. 538. ed. Wechel.] — Quod autem ait καὶ πυέλους ταύτας παρακειμένας, indicat, πυέλους *minora* fuiffe *vaſa*, quam μάκτρας; quod & inde conftat, quod πύελος etiam quævis *urna*, *cacabus*, & *urceus* dicitur; in μάκτρᾳ autem duo etiam homines fimul lavari poffunt, ut ex illo Eupolidis dicto apud Pollucem VII. 168. intelligitur: Εἰς βαλανεῖον εἰσελθὼν, μὴ ζηλοτυπήσῃς τὸν συμβαίνοντά σοι εἰς τὴν μάκτραν. Quare nefcimus, cur fpreta Reifkiana emendatione, ita ut ne mentionem quidem ejus facere dignaretur, e longinquo incertam petere conjecturam ERNESTVS maluerit, quam certo Reifkii invento uti, quod e proximo offerebatur. „πύελος, inquit, (in Lexic. Polyb. ad hoc vocab.) eft inftrumentum balneatorium; a recentioribus μάκτραν vocari tradit Pollux, *folium.* Sed præcedentia verba funt corrupta, quibus ait, in balneis effe κοινὰς μακράς. Valefius corrigit σκηνὰς, quos & *tholos* vocant Græci, [Germani] *Badſtuben:* fed his non convenit, quod *adjectas* ait πυέλους. Intelligenda funt *lavacra profundiora & latiora, in quæ plures deſcendere & una lava-*

lavari possent: κολυμβήθρας vocant, ex quo forte lectio vitiosa orta, cum fuerit κοινὰς κολυμβήθρας."

Vers. 4. *Vers.* 4. εἰς ταύτας ὅτε τις καθείη. REISKIVS: „Aut εἰ ταύταις ποτέ τις καθίῃ, a καθιέναι, aut εἰς ταύτας ὅτε τις καθίῃ, aut καθίζῃ, aut καθίῃ, nam parum refert. καθιέναι, pro καθιέναι ἑαυτὸν, aut pro κατιέναι dici, monitum est ad p. 279, 20." — De verbo καθιέναι rectissime utique vir doctus monuit. At particula ὅτε optativum s. potentialem verbi modum requirebat, conjunctionem non admittit.

Vers. 6. *Vers.* 6. τοὺς δὲ συριγμοὺς &c. Citavit hæc verba Suidas in Συριγμός. — *Ibid.* ἐπιβάλοιτο. Postulavit hoc constans Polybii aliorumque scriptorum in hoc verbo usus.

Finis Tomi Septimi.